

This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines


Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + Refrain from automated querying Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/



A. let a. 1432° 2114 Valeins

Google





C. VALERII FLACCI

SETINI BALBI

ARGONAVTICON LIBRI OCTO

C V M NOTIS


PETRI BVRMANNI I.

INTEGRIS ET SELECTIS

LVDOVICI CARRIONIS AEGIDII MASERII LAVRENTII BALBI LILIENSIS IVSTI ZINZERLINGII CHRISTOPH. BVLAEI NICOLAI HEINSII ET ALIORVM

RECENSUIT SVASQUE ADNOTATIONES

THEOPHIL VS CHRISTOPHORVS HARLES



ALTENBURGI -EX OFFICINA RICHTERIA GIO IOGG LXXXII.

Digitized by Google

TOSE TO LE JOY D

MOUNT HOUSE

PUBLICATION OF BURNEY

terre de la servicia de la composición En composición de la composición de la

:

Digitized by Google

VIRIS

INGENII ERVDITIONIS HVMANITATIS

CHRISTOPHORO SAXIO

PROFESSORI ANTIQUITATIS
ET HISTORIARUM
IN UNIVERSITATE ULTRAIECTINA

E T

SAMVELI FR. NATHAN. MORO

PROFESSORI GRAECAE AC LATINAE LINGVAE

IN VNIVERSITATE LIPSIENSI
ORNAMENTIS REIPVBLICAE
LITTERARIAE

VINDICIBUS ARTIVM TO LITTERARYM ELEGANTIORVM SOLLERTISSIMIS ET CELEBERRIMIS

AMICIS SVIS VETERIBVS

HANG VALERII FLACCI EDITIONEM

OMNI QVA PAR EST OBSERVANTIA ATQVE

PIETATE

D. D. D.
THEOPHILVS CHRISTOPHORVS
HARLES

C V & M B A C O - F R A N C Y &.

COLUMN TO THE WAY

MAINAM IN THE RESERVED

AND THE STATE OF STAT

The state of the s

・ Andrew State (1997年) - Andrew State (1997年)

andre de la Santa de Mariera de M O como de Mariera de M O como de Mariera de M

 $\mathcal{F}_{\mathcal{F}}^{(i)} = \mathbb{F}_{\mathcal{F}}^{(i)} = \mathbb{F}_{\mathcal{F}}^{(i)} + \mathbb{F}$



LECTORI BENOVOLO

do fere anni funt elapsi, quum Valerium! Flaccuri ea mente, vt ex illo particulas de-ligerem Anthologiae meae latinae poeticae ") inferendes, studiosius perlegissem. Poetae vero ingenio, sauitate reliquisque virtutibus poeticis acteo delectatus eram, vt et dolerem, auctorem, admodum inuenem, e vita decedentem, nec opus absoluere, nec illi expoliendo vltimam manum admouere potuisse; et qui factum sit, vt is ingenio atque vbertate rerum pariter atque verborum praeslantissimus, a Virgilioque secundus, interdum hoc haud inferior, cuius poelis magnitudinem ac sublimitatem saepe spirat, stque referta est nobilissimis sententiis reliquisque orationis poeticae luminibus, vniuersim, ad intelligentiam antiquitatis non minus quam ad animi delectationem miré efficax, in multorum praecipue iuniorum,

⁷⁾ Prodiit illa Altenburgi, 1774. in 8.

iuniorum, esset ignorantia, et minore, quam par videretur, dignitate, aliquoties mirarer. At, quum perpenderem, atque cognoscerem, raritatem pretiumque exemplarium, commentario, ad intelligendum auctorem difficilem plurimis necessario, stipatorum, in primis Burmanniorum, în caussa esse, cur optimus poeta, in quo multa loca nequaquam satis adhuc explicata funt, in paucorum veniat notitiam; nouae editionis, quae praeterea opes superiorum interpretum haberet coniunctas, parandae cepi confili-um. Ad anod (ulcipiendum atque exequendum id me quoque impulit, quod de interpretatione permul-torum locorum tam varias vidi esse doctissimorum hominum, tamque discrepantes sententias, vt et plurium scire iudicia de iis, quae non satis explorate percepta essent cognitaque, et noua legitimae interpretationis praesidia habere, ad moderandum iudi-cium poetamque recle intelligendum, perquam vtils fore existimarem. Ego vero, quum de ingenio poetae argumentoque huius carminis Burmannus in praefatione, quam cum eiusdem catalogo Argonautarum, interdum locupletiore a me facto, et cum aliquot virorum doctifilmorum praefationibus, in quibus de Valerio nostro potissimum agitur, repetendam curaui, satis adcurate intelligenterque disputasset; me, quomodo versatus fuerim, in hoc labore haud adeo facili et quibus subsidiis ad emendandum illustrandumque poetam instructus accesserim, pau-cis expediam. Primum igitur disseram de copiis, quibus post Burmannum, vti mihi licuit, et de cura, quam, quantum in mea fuit potestate, in contextu refingendo adhibui; tum de ratione, quam in alienarum animaduersionum delectu meisque accessionibus sequutus sum.

Que mihi igitur adminicula ad manus fuerint quorum quidem maiorem vim aliquoties desideraueram, haec funt. Vt primum de noua editione cogitrueran curanda, Ernesti, V. C. antiquae elegantioais litteraturae in Germania vindicem, penes quem exemplar Bononiense cum lectionibus variis ex codi vetere excerptis effe, ex Bibliotheca lat. Fabriciana ab illo locuplerata (tom, II, p. 255.) noueram*), edii, et, vi illud mecum communicaret, decenter rogani. Nec, quod cum grati animi tellificatione profiteor, vir fummus, pro ea, qua floret, humanitate litterarumque bonarum inuandatum ardore, defuit meis precibus. Illa editio, libris tarioribus adnumeranda, et a Burmanno reliquisque editoribus leuiter inspecta **), non solum lattam optimarum fingu-

") Scripfit vero V. C. de mandas, quae ipsis placehoc fuo exemplari: "Ha- bant." Enimuero ed. Bobeo exemplum editionis Bo- non. et cod. vet. differre nonienfis 1498. cum variis lectionibus manu veterrima addriptis, in his eriam verabus eliquot, quae in edd. pr. non funt, fed et ab aliis infertis e manuscriptis libris. Putati effe ex codice Farnefience, sed lectiones cum nul-pla! libr. II. 138. Carrion la editione vetere omnes confentiunt, vr e libro scriper ductae effe videantur. Sed dum ess comparo cum editione Burmanni, reperi, ed. Bonon. non fatis diligen. veni. II. 167. est vus, quam ter confultam effe ab Hein- falsam lectionem, Burmann. so et Burmanno; nam in- scribit, a se in nulla inuenterdum eins auchoritate pot- tam effe editione. III. 270.

cod. Farneliano, patet ex eo loco, quem Pius libr. II. p. 439. ex illo profest:, vbi nullam notaui varietatem.

**) Viros doctos a me haud temere incusari leuitatis, en pauca e multis exemhaud adcurate contulit Bon. odit. nec Vossius ad H. 46 D. vbi scribit, se ex illa repofuiffe iunctusque veni, quam tamen exhibeat iundisque crane vti ad lectiones fir- Carr. prodit, Bonon. habefingalariumque lectionum dedit segetem, sed estam tot egregias codicis antiqui, atque emendationum viri cuiusdam docti adiunctas habuit dotes, vt etiam illa vna sufficere videretur ad auctorem multis locis sibi restituendum. Exempli autem Bononiensis haec est inscriptio:

C. Valerii Flacci poete elegantissimi Argonautica diligenter accuratoque emendatu et suo nitori reddita in hoc volumine continentur. In forma maxima, In fine libri hace leguntur: "Explicit boc opur C. Valeria Setini Bononiae impressum per Benedictum Hectores um Bibliopolam fub anno Dei M CCCCLXXXXVIII. die XI. Aprilis. Ioh. Bentiuolo vrhem foeliciter illufrente." Ernesti V. C. de varis lectionibus margin ni adiectis haec notanit in fronte exempli sqi: ,, coli latus est hic liber cum Msto vetere a viro docto sec. XV. aut XVI." Qui contulit hoc exemplar, is e cod. suo varias lectiones additas virgula fignauit; quaedam tamen vocabula in prioribus praesertim libris, interdum correxit in iplo contextu: id num ex alio exemplari; an ex ingenio; an ex codice fecerit suo, non clare semper declarauit: suas tamen con« iecturas interdum infarfisse videtur, quas non virgu-las notasset aut fignasset litterula l', quod fignificari potest vel siue lege. Hinc intelliges, quando scripsi,

the, quo, vette bona lectio, quis, ibi reperiatur. III. 305. est in Bonon. exprobibebit, non cobibebit, quod protulit inde Carrion. num igitur nostram, an priores consuluerit, quas non habeo, edd. Bonon. nescio. III. 625 haber illa obfore, et Carr. citat abfore.

IV. 934. exempl. Bonondedit reclinem, et tamen scripsit Burm omnes vett. editt. ad Carrionem vsque habuisse reclinem. V. 432. ex. Bonon. ater iam bene dedit: quare Carr. et Burm. scribere non debuerat, omnes vulgatas habere acer. Sed hactenus.

vel codex aut codex collatus, vel correctum, vel coniectura esse videtur, vel alia einsmodi generis. Enimvero de his indicium fit penes arbitros lectoresque ina telligentes. At exemplar illud vna cum adferiptæ lectionis varietate, quantum profuerit ad poetany emendandum, ex paucis speciminibus, quorum adhuc maiorem copiam, a tibi videbitur, facile reperies, poterit cognosci. Et Bonon, habet II, 205. veram lectionem bireaeque pro vulgata atraeque.!

III. 98. dedit iam fellamia, quod Maserius excogitaffe sibi videbatur. III. 324. singularem habet lectionem a patria pro vulgata, a prima. IIII. 204. 211. 214. veras iam exhibet lectiones quo-uifat - remeetcaestus. IIII. 273. fingularem, et, vt arbitror, veram offert lectionem effugit, vbi vulgo legitur effudit. VIII. 458. firmat Heinsli coniecturum ab agris pro vulgato in agris; VIH. 332. legit vorat pto vulgato trabit; vt alias supraque iam memoratas varias lecliones praetermittam.

Maiorem adduc vim singularium aut probarum lectionum suppeditauit codex collatus, qui optimae notae esse videtur, e. gr. I. 418. clauum pro, coelum: ibid. v. 491. relinquunt, pro, sequuntur. I. 536. secreta pro, decreta. I. 780. miseros pro, seros. I. 808. incognita. sirmat quoque coniecturas V. D. vt Pii, I. 622. fulsere, Burmanni I. 150. matresque, pro, natosque; vt Gronouii aea I. 742. pro, acta; Heinsii II. 361. mentes pro, gentes. II. 389. Zinzerlingii et Heinsii, induere pro vulgato, imbuere. H. 464. Heinsii, turgensia lumina; III. 66. ecctionem corroborat Laeti Pomp. antra pro vulgato astra, et Carrionis cod. IH. 146. socios pro, potius, atque vest. 158. Protin et pro, protinus. III. 266. in loco vexato codex praebuit lectionem singularem cura

voi vulgato eris; III. 439. pettora fort Mopfut; voi vulgato eris; Drackenb. tamen ad Silii locummem. nescio vnde? aruis dedit. VI. 164. aula pro vulgati; vnda. Sed obet iam satis exemplorum; quae quidem codicis probant bonitatem: plura, si volupe erit; in notis inuenies adnotata.

Tum contendi Carrioriis editionem Antwerpise 1565. 8. vex officina Christophori Plantini, et ea notaui in viumque converti, quae acutissimus mihique amicissimus lob. Fridr. Herelius in Epistola critica (Altenburgi 1767. 8.) p. 68. sqq. pauca quidem, at erudite ingenioseque scripta; nec non vir quidam. doctus in Miscellaneis observationibus in auctores. veteres et recentiores, Vol. IIII. (Amfielaed. 1734. 8.) Doruille in commentario ad Chariton, Markland in Animaduers ad Statii Siluas et in Epistola critica ad Hare, (Cantabrigiae 1723. 8.) Oudendorp et Burmann in notis ad suas Lucani editiones, Christian. Crusius, haud admodum felix poetarum interpres, in Probabilibus criticis, Lips. 1753. p. 48. seq. aliique viri docti passim adtulerunt ad emaculandum ac restituendum Valerii contextum, quem Markland in Episola memorata p. 28. vocauit menderum emnis zeneris the faurum locupletissimum.

Forte fortuna nactus quoque sum Burmannianum, quod correctum postea dedi typothetis, exemplar, cuius orae quaedam suspiciones suerant additae, quas serius demum perspexi auctorem habuisse Cortium, qui quoque editionis Burmannianae confecit censuram, ad quam interdum prouocat, in Actis Eruditorum Lips. cal. Iulii 1724. p. 281--285. Quam, quum haud longa esset, et tamen ad notitiam et commendationem Burmannianae editionis haud parum face-

re mihi videratur, in margine infimo repetere plaeuit*). Illas Cortii emendationes licet pauces, at. tamen

mens 1724. 4.mai. Alph.5. pag. 12.

Merita Viri Celeberrimi Petri Burmanni in rem litomnes eruditi. qui modo non fint ad obscurissimas et mercenarias disciplinas proicci, habcant, quod illi acceptum ferre hand refugere poffint. Eam autem inprimis partem, quae in emendendis et illustrandis veruflis scriptoribus versatur, ita egregie ornauit, vt illi, qui Phaedrum, Petronium, Velleium, Quinclilianum, cura tanti viri perpolitos vel keniter trachauerint, magnifica omnia et exasciata opinione fint. praecepturi quando de Valerio Flacco. cum observationibus Bur-Irritauerat iam: olim cupiditates doctorum hominum, cum spem saceret Flacci prodituri et Ouidii: nunc eo ardentius exoptabunt Ouidinm, (quem vt aliunde cognouimus ad Indices usque absolumm

: *) C. Valerii Flacci - tiam Cl. Burmanni ct mo-Argonauticon Labri VIII. - destiam in castigandis Poor ourante Pet. Burmanno --- tis ex his in Flaccum lucu-Leidae ap. Samuel. Lucht- brationibus agnoscere licet. Sunt quidem pauci, atque ii fere vitilitigatores, qui, bus ad iudicandum arder animus, diligentissimo cuiterariam tanta funt, vt que infesti, ipsi ignaui et focordes, qui conarus Burmannianos et vules labores allatrare ausi funt: nihil tamen adhuc famae optimi Viri apud harum rerum peritos detraxerunt. Neque mirum hoc in tali Critica videri debet; cum omnes, qui in ista arte ad aliquod nomen ingenii peruenerunt maleuolis iudiciis obnoxii fucrint. Et si maxime virtutem praesentem odiffe pergant homines male feriation posteritas tamen illi suum decus rependet. Erunt etiam aliquando, qui, quod Burmannus Viris clariffimis manni in lucem emisso, ac- Graeujo arque Broukhusia praestitit, quorum famae acerrime confuluit, Burmanno itidem praestent, debitasque illi laudes vindicent. Sed ad Flaccum Valerium ve reuertamur, non ille in vitimis laudibus Burmanniania ponendus crit. Dignus crat iam habet) quo magis peri- tali interprete vates, et in

tamen haud spernendas, primum nomine Viri docti, dein, cognito auctore, nomine Cortii signatus, suis quas-

quem non incideret subitaneus quidam et tumultuarius notarum confarcinator. Iam anno 1702. satisfecerat ex parte votis eruditorum, cum Nic. Heinsii in Flaccum Animaduersiones, ex tenebris 'erutas communicaret. Sed neque Heinsius, neque infaustus ille plagiarius Alardus, etiam Carrione, Weitzio et Bulaco stipatus, omnes labes deterferant: multo minus omnibus locis Incem, qua egebat Valerius, affuderant. Multa itaque relicta erant emendanda, plura illustranda, in quibus ingenium fuum exercere poterat Cl. Burmannus. ctsi pro diutino vsu et mulra Poetarum lectione, audacius censuram peragere pomisset; modestissime tamen fese gessit, et omnia cauti et circumspecti Interpretis officia impleuit. Pauca fane in ipfo contextu immutauit caque omnia certa clara funt, adeo, vt quilibet lectorum affenfum dare cogatur. Ne in adnotationibus quidem nimium coniecturarum numeram attulit: quas non experieur, nisi in locis pessime effectis, deploratis atque depositis. Cre-

deres, non tantura temperis Cl. Autorem commodaffe Valerio, quantum Petronio aut Ouidio. Comra vero ante viginti amplius annos eum huic Poetae intentum fuiffe, manifesta indicia adfunt. Sacpius cum Graeuio atque Broukhusio, cum illi in viuis effent, de locis male sanis sese egisse, passim memorat; excerpta etiam litterarum, quibus illi confulti fententias suas expofuerant, inspersit. ctiam Bentleium cuius evéexiav praeclara declarauerant monumenta; vt videre eft ex note ad Libr. III. 122. Alicubi etiam praedicat, fo olim multa exempla verbil cuiusdam ad Valerium adnotaffe, quae cum postesi idem ille Bentleius pracceperit ad Horatium, omittere debuiffet. patebit, non tempori, sed moderationi Cl. Burmanni tribuendum effe, quod ita, vt diximus, caute in castigando Poeta fuo versatus siti Eximias tamen quasdam emendationes, cui volupe cst inquirere station Libr. I. 39. 100. 529. 590. 785. deprehendet, ex quibus de reliquis iudicium ferre potcrit.

quasque inferui locis. Pari ratione viro enidam' docto prius adferipleram coniectoras, paucas quidem,

at

erit. Verum non tam corrupta scriptura, quam intricarus et hand raro ab ipfis imerpretibus de prauatus fenfus, negotium facessiuit Cl. Editori. Flaccus enim vbique nitidus, vehemens, sublimis arque facundus incedens, imperitie, tardis et humi repentibus ingeniis haud raro impofærat: quod Balbi, Pii, Maserii, Carrionis aliorumque exemplis facile demonstrari posset. Cl. autem Burmannus non modo ea loca, vbi illi haesitarunt, pleraque omnia feliciter expediuit: sed illa etiam, quae non tacta ab aliis, lectorem tamen vexare aut morari possent, egregie explicuit. Ex eo genere placebit studiosis interpretatio Lib. I. 10. Eripe me populis et babenti nubila terrae; 4. 262. magnumque sonantes baurit; v. 428. quod gemina mater spectabile tela Duzit opus; addle v. 767. L. II. v. 620. Lib. III. 48. IV. 105. V. 167. et infinita alia, in quibus rarioris constructionis, aut vnius saepe vocabuli dilucida explanatio, quod in rali Poeta summe erat necessarium, gratissimam lurem foeneratur. Nec ver-

ba saltem, sed ipsas res et historiam interpretatur:, vt cum ad Lib. III. 479. oftendit, cur Hercules a quibusdam humilis staturae fingatur; qualia bene multa nullo negotio inuenire quess. Saepe tamen, vt ingenue omnia indicemus, optimus ille Interpres ipse vacillat, et, qua est ingenua fronte, fele haesitare, ignorare, quid verba velint, profitetur. Quod illi nemo vitio vertet, qui secum consideranerit. quantis tenebris immersus, quanta errorum copia obrutus fuerit Vir docussimus, in quibus omnibus tentare medicinam makuit, etiam successu carentem, quam nihil plane afferre. Alii certe ita veluti manu ducuntur ad bene merendum de Flagco: cum iis maxime locis animum intendere possint, quae corrupta aut impedita effe indicauit Cl. Burmannus. Genuini hoc atque ab omni ostentatione remoti interpretis erat; non minus tamen, quod neque Gronovii. Heinfii, Graeuii neque amicissimi Broukhusii auctoritate permotus cft, vt veritatem desercret, magnisque Viris adhaerescerer; quin potius, at sagaces, Alardi exemplo, quod mecum Iaegerus, doctor litterarum bonarum et historiae in Vinnersistate

potius, vbicumque res po-Rulauit, libere dissensum profitetur et in alia omnia ire, acquum existimat. Inter tot virtutes primo loco memorandum erat, quod non modo ineditas Gerli. Vossii in Flaccum annotationes adiunxerit et quasdam nunc primum Heinfii, quas nempe codici suo adpinxerat, euulgauerit, sed etiam, vt index habet, integras do-Aorum Virorum notas fubiecerit. Vere integras. Non enim fequitur Cl. Burmannus corum mores, qui integras promittunt, tacite tamen inter integras et vni*versas* discrimen quoddam agnofcunt: fed ne fic quidem lectoris exspectationi sarisfaciunt. Euoluas enim Tacitum, Cacfarem, Iustinum aliosque huius modi scriptores, quibus in fronte fplendidum titulum verunt; sed spes tua falsa erit. Tantum enim abest, vt vniuerfas Pichenae, Vrfini, Bongarfii, aliorumue notas, etfi index cas mentiri videatur, inibi reperias, vt ctiam, quas exhibent magnifici promifiores, decartatas et misere truncatas dederint, adeo vt multas ali-

as etiam editiones requirere debeas, si animo tuo satisfacere velis. Non ita delufit optimus Burmannus le-Aores fuos, tuto Carrionia Balbi, aliorumque, quorum integras notas promittit, fingularibus editionibus carebis; cum omnia illorum. nisi nos comparatio nostra fallit, bona fide exhibear. Neque Praesationes et Dedicationes desiderabis, a viris illis concinnatas: quasvtilissimo consilio, Flacco suo praemisit. Nulla tamen earum plura de Poeta docebit, quam ipsius Burmanni, quae omnia ad varias editiones spectantia. docte enarrauit: fimul errores quosdam Maittairii, Fabricii et defenforum importuni illius Alardi opportune castigauit. Accedit Catalogus Argonautarum ex Argonauticis et aliis scriptoribus collectus; non talis quidems quales editionibus Carrionis et Alardi adiunctos conspicimus, aut Simson in Chronico et Tho. Galeus in notis ad Apollodori bibliothecam dederunt, minus accuratos et legentibus parum accommodatos: **fed** ybertim ex omni genere fcripto-



tate Altorfina celeberrimus, et ingenio copiaque litterseum florentissimus, pro sua insigni humanitate,

leipearum et stirpem et mannus, quae nostra spes actatem, quantum fieri po- est, Cl. Cortio, qui apud and, Argonantarum omni- nos nouam Lucani editiomm tradit. Subjungitur et, nem molitur, haud inuideiam supplementum Valerii bit. Denique nec illud prac-Flacci ex Apollonio maxime tercundum existimatimus, ab Ich. Baptista Pio con- quod in notis non modo de cinnamm, qued alize queque editiones vetustiores iam expresserunt; item verso Latina metrica Orphei sed etiam de aliis viris do-Argonauticon, cuius auto- dis iudicia sua admisenerit, Cribellum rem Leedrifium Mediolaneniem effe ex Alde Barthio, Reinefio aliisme docnit Burmannus, cum vulgo eum ignorare videantur. Agmen claudunt Indices neceffarii, quos maiose cura et diligentia, quan feri folet, confectos effe spesa. Alardi certe Index enormioribus mendis scatet, quarum aliquot Celeb. Editor pelt Cetalogum Argonautarum enmocravit Indicavie its multa aliorum autorum loca, quae in notis il-Infrantur aut emendantur: in quibus eximia est emen-Manilii Lib. V. 502. rum castigatiorem cum haquan vide in notis ad Libr. Saepissime etiam II. 466. varies lectiones rum aliorum mm maxime Lucani laudat, ques, vt putamus, Heinfius olim collegie, et. Cel Bur-

interpretibus Valerii (ad quem numerum pertinet iblud de Pio ad Lib. III. 404.) aut eos tamen elogio quodana ornauerit. Ita haud inutilia neque ingrata funt. quae habet de docto illo Virgilii Interprete La Cerda ad Lib. III. 317. de lacobo Grononio ad v. 392. de Clerico, quem festino elogio, illud cymbalum huius seculi appellat ad v. 400. de multis practerea. Nos, qui videmus in plerisque curam Valerii Flacci satis feliciter CL Burmanno ceffiffe. optaremus, vt Vir eruditifsimus post Ouidium, etiam Catullum, Manilium aut alium quem veterum Poetarum rerum cupidis communicaret: sed aeras, grauissimae curae cumulata negotia (ctenim, post obitum Cl. Senguerdi, etiam Leidensis Bibliothecae curam Burmanno

mecum liberaliter communicauerat, quam vir hic eruditissimus, licet paullo serius, se ipsum illarum

auctorem coram professus esset.

His opibus instructus in adornanda hac editione ita versatus sum, vt orationem, eamque frequentius quidem in posterioribus libris, quam in duobus prioribus, ex adparatu editorum pariter atque scriptorum codicum, quoad mihi quidem visum suerit melius, (me tamen errasse, diffiteor nullus, veniamque rogo), diligenter emendarem, coniecturis tum meis tum aliorum haud paucis animaduersionum farragini immixtis.

Quod Burmannus, vti iam Cortius celebrarat in Actis Lipfiens. memoratis, praeclarus extitit Valerii interpres multis naturae atque eruditionis praesidiis ornatus, (quamquam cel. Ruhncken: in praefatione ad Velleium Paterculum pronuntiat, Burmannum acumine critico minus valuisse; eumque, si verum dicere sas est, meliorem suisse grammaticum quam criticum, haud negamus; tamen verecundia et temperantia critica multos vicit in mutando textu nimis audaces, ingeniique sagacitate aut tumore potius nimium elatos:) illius notas retinui integras; reliquorum autem interpretum observationes, quum interdum vel eadem, siue haud ita multum dinersa scriplissent, vel multa, erudita quidem, quae vero ad sensus perspicientiam saepius parum conducerent, largius adposuissent, nunirum, Carrionis, Pii, Maserii, Balbi, Bulaei, Zinzerlingii, Gerardi Vossii, Heinfis,

manno commissam esse querimus: dum verum bocognouimus) ea persua- numque iudicamus, tot
dere videntur, fore, vt exantlatis laboribus eius
vota nostra frustra sint. honestum otium condonaNihil tamen magnopere re.

Hinfi, fagacissimi alias critici et acutissimi nostri gut, modo contractas, aut illarum tantum fummam, meis varii generis animaduersionibus intexam, reddidi; ita samen, vt nihil, quod ad expli-cadum pertineret poetam, consulto delerem. Ego vero, quomiam vicorum dochillimorum commentationes mole iam widi laborare, eo parcior fui, measque animaduersiones interpretationibus reliquorum vel fichianxi, vel breuitatis studio, vbicumque commodam fuerit vilum, inferui, aut tantummodo vocis seinnui a ceteris. Heinstus denique et in praefatione et in notis Ersurtani cuiusdam codicis, quem non vno loco testem aduocasset Piccartus in Criticis Periculis, iniicit mentionem, (adde Fabricii Bibl. lain. IL p. 254. ed. Ernestii) illum tamen non amplius reperiri in bibliothecis Erfurtanis, Herelius mens me per litteras fecir certiorem.

ka vero Valerium Flaccum reddere fludui tum cepiis maioribus ornatum, tum mea qualicunque. (de qua quidem viri docti acquique iudicent,) aliorunque opera purgatum a mendis, (quibus tamen omnibus tollendis me imparem fuisse, consiteor,) seque explicitum. Neque tamen diffiteor, me, si praemidiflem tarditatem et redemtoris, viri honesti, aliis negotiis, quae sibi videbantur, granioribus difiricli, et typothetarum, in quorum manibus exemplar, curis meis emendatum locupletatumque, vitra quatuor vel quinque annos haesit; atque si res integra manfiflet, inter ea temporis plura collaturum fuille ad maius editionis non magis quam lectorum commodum, ad opus expoliendum, ipsumque poetam line inde melius forsan interpretandum illu-Arandumque. Atqui, ne vana me dixisse videar, pauca

pauca hic subiungam, plura per aliam occasionem, si deo placuerit, fortasse suppeditaturus. Valerius noster Flaccus Libr. I. v. 723. sqq. imitatus est Virgilium Aen. I. 462.

Sunt lacrimae rerum: et mentem mortalia tan-

pari ratione, more suo, imitatione sequutus est noster libr. II. 491. Maronem Aen. I. 589. vbi vide cel. Heyne, quem quoque conferas velim ad Virgil. Aen. I. 632. comparatum cum Flacco nostro II. 651. qui veterem heroum morem deseruit. Sic quoque noster V. 400. sqq. expressit Virgil. I. Aen. 410. sqq.

Talibus incusat, gressumque ad moenia tendit.
At Venus obscuro gradientis aere sepsit;
Et multo nebulae circum dea sudit amictu;
Cernere ne quis eos, neu quis contingere posset
Moliriue moram, aut veniendi poscere causs as etc.

De pictura libri V. 411. 417. sqq. (vbi corrigas velim v. 413. at) cel. Heyne in Excursu XV. ad Virgilii Aen. I. 453. pag. 126. med. ita iudicat: "Valerius Flaccus V. 411. in falligio templi, (ita quidem nobis videtur) et in foribus 417--465. expressas historias apud Colchas memorat: sapienter quidem hoc; sed idem in operis summa infelix; non enim adparet, quorsum ista descriptio anaglyphi inserta sit. At noster poeta (Virgilius) ad confirmandum Aeneae animum his rerum imaginibus egregie vtitur." Pari ratione si quis Virgilium aut Apollonium Rhodium, diligenter contulerit cum Valerio Flacco, perpetuo fere illorum imitatore, multa adhuc reperiet, quae valeant ad illuminandum poliendumque nostrum carmen. Ad libr. II. 271. notat Burman. fingulare fuisse Valerio, qui scyphum tribuisset Baccho: at respexisse.

spexisse videtur Horatium, (qui quamquam illi haud clare adserit scyphum) libr. I. od. 27. 1 sqq. dum canit:

Natis in vsum laetitiae scyphis
Pugnare Thracum est: tollite barbarum
Morem, verecundumque Bacchum
sanguineis probibete rixis.

De loco III. 143. vide Gesnerum in Thesauro L. L. voc. feretrum pag. 639. — Historiam rapti Hylae III. 561. paullo aliter narrat Theocritus Idyll, XIII. vbi consules Warton. Poetae vero in enarrandis fabulis antiquitate obscuris diuersas diuersarum gentium opiniones sectati, eam, quae ornandae sui carminis particulae maxime idonea commodaque videretur, deligere, aut mutare ornareue sueuerunt.

Quoniam igitur supplementa quasi conscribere coepi, criticorum quorumdam copias, in quae incidi, adducere iuuat ad maiorem nostrae editionis commendationem. Thomas Wopkens in Lectionibus Tullianis, pag. 23. (Amstel. 1730. 8.) vindicat illustratque antiquam lectionem in Val. Flacco I. 39. fictis dat vultum et pondera dictis. - Cel. Ruhncken ad Vellei. Patercul. II. cap. 70. pag. 307. calculum adiicit emendationi Herelianae in Flacci loco V. 102. altius in ventos rediit ratis, vbi Vossius, etiam ad hoc Paterculi caput pag. 1012. edit. Ruhncken, probat - ventos recipit ratis, damnatque Sabellici aliorumque opinionem, qui cecidit reponere voluerunt. — Valerii locum corruptissimum I. 672. putat Oudendorp. in curis poster. ad Frontini Strategemat. libr. I. cap. V. pag. 66. feq. (Lugduni Batau. 1779. 8.)ita legendum:

seu.

Seu voluitur axis'
Vi superum, seu sidere opus, tollique vicissim
Pontus habet.

additque: ", vbi constructio non est babet sidere, (quod emendaui pro staret. Opponil verbum debet $\tau \tilde{\omega}$ tolli) et vicissim tolli. Sed babet opus sidere et tolli, sine vt sidat et tollatur. Scio, damnari a viris doctis locutionem, opus babeo illa re. Sed nihil obsitat, quo minus infinitiuo iunctum adhibeatur."— Gebbard ad Liuium VI. cap. 39. init. ex cod. vet. sirmat lectionem Val. Flace. V. 456. operum defixerat error, et vsum verbi desigere vberius illustrat. adde Drakenb. ad eumdem Liuiilocum, ed ad III. 476.— Gronou. ad Liuium XXVIII. cap. 45. p. 285. tom. IV. ed. Drakenb. ex cod. Oxon. probat quoque, ac sus sius explicat conducere vulnera cera apud Valer. Flace. I. 480.

Atque ita, si res mihi suisset integra, plura congerere potèram. Enimuero moles pretiumque libri creuisset. Quare hoc Catone si lectores, iique arbitri iusti aequique, erunt contenti, me laboris temporisque, poliendo explanandoque poetae sacrati, non

poenitebit.

Inter ea temporis, quo exemplaria opinione tardius sudabant sub praelo nactus sum egregios duo Schraderi, critici, interdum audacis quidem, at sagacissimi atque acutissimi et in hac arte veterani omni laude laureaque condecorandi, libros: in quibus quia Valerii loca quaedam docte illustrantur aut emendantur aut vindicantur a vanis falsisque aliorum coniecturis, haud ingratum molestumque fore arbitror lectoribus, quando ea, quae huc faciant, libris illis non cuilibet notis, hic repetita legerint. Edidit vero vir doctissimus Librum emendationum, Leowardiae

dine 1776. 4. et Librum Observationum Franceker. 1761. 4. vtrumque exquisita raraque eruditione refertum. In Praesatione igitur ad priorem librum pag. XXXVII. hace notat.

"Quid? quod N. Heinsius, criticus sagacissimus, "et idem poeta summus, huiusmodi coniecturarum "(n. prauarum) copiam essudit. Etenim Valerii

"Flacci libr. III. 152. corrigere consbatur:

"Currit hyems Zeten et Broten Abarinque relinquit.

"in quo bis errauit, primum, quod Ze; deinde, "quod ten corripuit. Vt enim Graeci, Znrus, Znlum, fic Latini, Zetes, Zeten, vtraque syllaba promotion, pronuntiant. Ne multae scribendum cum, Maserio, Zelyn, sic Apollonius Rhodius, quem, Valerius sequim. I. 1041, vocat:

, Ή δε μεγαβρόντην, Σφόδριντ έναξιξεν ... Ακατος,

"Indeus de Zhaov eidev. "fic liber Carrionir exhibet. "Idem reponi volebat I. 412.

"Phleias imniofis

ggravis irvuit Oabum

"Sed in hoe vno tria peccata admilit: vnum, quod bifyllabum mutanit in trifyllabum: nam Grae, cis 'est Queac, bifyllabum. Apollonius Rhodi, us I. 115.

,, Φλέιας δ' αυτ επί τοῦσιν Αραιδυρέηθεν ίκανεν.

"Orpheus Argon. 192.

, alterum, quod primam syllabam produxit: terti, um, quod vitimam corripuit. Acenim producitur

XXII

"a bonis poetis; (v. Voss. A. G. II. 36.) a malis austem corripitur, velut auctore versus ab Hygino "f. 221. memorati:

"Plures esse malos Bias indicat ille Priencus. "v. Muncker diss. de Hygin. p. 7. Enimuero scri-, bendum Phlias, priore longa; quod vel Apollonia "us et Orpheus doceant. Nec diuerfus fyllabae mo-,, dus est servatus in, Phliaftus. Ouidius in Ibin. "v. 327.

"Quaeque in Adimantum Phliasia regnatenentem: "

Idem in Praesatione pag. XXXXV, "Vehementius," ait, "peccauit vir eruditissimus, (Burmannus) cum "Valerii Flacci libr. I. 67. corrigere conaretur hoc , modo

nunc aërii - dracones Celidae, ignaras Cereris qui vomere terras. Inbuit. -

, Keheos enim tribus syllabis, atque adeo prima breui "pronuntiatur." Cap. IX. pag. 179. vbi multus est de vocabulo accola, eiusque permutatione cum incola, in Valer, Flace. IV. 513. corrigit

Strophadas nunc accola ponti. Pag. 196. "Hic locus" inquit, "in memoriam redi-"git haud dissimilem, sed suspectum, Valerii Flac-_ ci V. 430.

Flebant populcae iunenem Phaetonta forores, Ater et Eridani tepidum globus ibat in amnem: At iuga vix Tethys sparsumque recolligit axem, Et formidantem patrios Pyroënta dolores:

"vt enim Tethys Solem in Iberum mare cadentem "excipiat Il. 36. fic iuga Phoebei currus, et equos "dispersos vix commode recolligit. Non nemo " certe nette congruenter Ouidio, Lucrotio Lucianoque nom I. p. 280, scripfisset:

At inga vix Phoebus, sparsumque recolligit

Axem,

Ft fermidantem patrios Pyroenta dolores:
"mt Titan, quod nomen viitatum poetae. Fauet
"quidem vox, patrios."

In libro Observationum pag. 21. ita emendat locum

difficillimum Valerii Flacci II. 437.

Hattenus in populos vati, Samothraca, diemque

Missa vale.

Que quam omnia fusius probasset, summam eorum debo: Samothraca est Samothracia. Deinde Samothraca vale firmatur Apollonii Rhodii versibus adcommodatissimis, quippe ad verbum fere expressis et connersis, I. 918. sqq. Tur per - aerder. Nam quid inter vijoos nexaeorro et Samothraca vale differt? Verba autem manere et valere librarii pariter permuterunt in Manil. II. 399. et Quid. Metam. Allik 809. vbi vide Burmenn. Tum vati, sequente structure, mirifice congruit cum Apollonii µuInσιμαι — τα μεν & θέμις αμμιν ά είδειν. Indidem denique firmissimum vati praesidium peti potest, qui non alius est, ac poeta de se loquens, vt III. 216. to, prodite, Diuas - vatique patescat etc. et libr. II. vers. 216. beu vatem monstris - o qui me vera canentem etc. Adpositus est locus Ouidii Fastor, III. 323 Emiss quid agant laqueis — nobis concessa canentur. Quaeque pie dici vatis ab ore licet. Tum fob examen reuocat coniecturas Salmafii ad Histor. Aug. script. pag. 32. Gronou. Observat. I. 15. Heinsii denique et Burmanni ad nostrum locum. -

Quod Valer. Flace. VI. 550, scripsit:

Dixit et in Sucten

Heinfius

Heinfius corrent in Surge vel Burge. Schrader veropag. 79. emendat in Seuthen, quod nomen aliquot Thracine reges habuille conflat. v. Cary. in historia regum Thraciae pag. 8. 10. 27. 47. Perfes autem, cuius duces h. l. memorantur, Scythiam monisse legitur vers. 34.

Hactenus Cl. Schrader. Quod vero supplementum. Vilerii Flacci ex Apollonio maxime ab Io. Baptisto Pio concinnatum, item interpretationem latinam metrieum Orpliei Argonauticon, cuius auctor Leodrisius Cribellus esse perhibetur, atque plutimorum superiorum editotum dedicationes atque praefationes, quae omnia exemplum ornant Burmannianum, in hac editione omisi, et indicem verborum contraxi, id feci eo confillo, ne libri mole pretioque poetarctipidi ab emtione et lectione cohiberentur. Denique, quum operis non pracessem, vt errores typographicos, quos omnis sollertia humana cauere non potest, ego vero ob temporis penuriam inquirere atque indicare nequeo, ipse benenole corrigas *) mihique faucas, etiam atque etiam rogo te oroque. Scr. Erlangae d. XVI. Decemb. clo locc Lxxx.

THEOPHIL. CHRIST. HARLES.

Sereniff. Marggranio Onoldino a confiliis aulae, et Roetorices ac Poefeas P. P. O.

⁹⁾ Sic lege pag. 3. b. ad v. r. lin. 3. offendie pro, offendie: ibid. lin. 5. air pro, ane. ib. lin. 6. Valer. 1. 644. p. 19. b. lin. 29. vr pro, et. pag. 32. a. lin. 32. quae pro, qua. pag. 38, a. lin. 27. V. 155. pro, II. 155. ib. b. lin. 20. vollie l. fere pro, fullollie. pag. 284. a. lin. 46. Seruium Virgilii ad v. 432. excitati. pag. 325. v. 652. auroqua. pag. 824. b. lin. 15. Medeam pro, Mediam etc.

PETRI BURMANNI

PRAEFATIO I.

SIVE AD PRIMAM EDITIONEM SVAM

A. cfo loce in.

LECTORI BENEVOLO

S. D.

uem ab aliquo ism tempore publico debemus, emittimus nunc Poëtam; inter Latinos solo Marone inferiorem, Valerium Flaceum, animaduersionibus, Viri Nobilistimi Nicolai Heinsii illustratum. Neque dubito, quin non exiguam a verse doctrinae cultoribus gratiam initurus sim, qui hunc Vatem, qui ab omni acuo inter Epicae Poeleos principes est annumeratus, iterum producam. Plurimi, apud Graecos et Romanos exstitere, qui ingenium, in verlibus expeditionem Argonautarum confignando, periclitati funt, quorum maximam partem à Gyraldo Dialog IV. de Poetis, vbi de nostro Valerio, Flacco agit, enumeratam videre licet. Tritam cam Va-. tibus Orbitam vocat Statius, et fastidium Romanis creasse nimiam Aegonauticon scriptorum turbam, credibile videtur. Sed, quod Flacci prae ceteris excellentiam declarat, omnes illi illacrimabiles longs nocte premuntur, vnus vero Valerius, ex immenso ilso numero, ad nos superstes, peruenit. Quo luculentius et certius aliud argumentum. dari non posse, conteudo. Neque cos tantum, qui in eodem genere laborarunt, excellens Flacci iudicium et diligentia superauit, sed, si a solo Virgilio discefferis, nullus deprehendetur, qui cum eo comparari mereatur. Abfuit quidem longius a felicibus Augusti temporibus, quam Lucanus; sed tanto internallo declamatorem illum post

post se reliquit, vt operam ludere videri posset, qui cos inter se componere velit. Nihil enim Lucanus praestitit, quod ipsi Poëtae nomen conciliare posset; Neque argumentum Epico carmine dignum elegit, neque fingere ca, quae Heroicum spiritum decerent, valuit. Perpetuus declamator, et fine vilo indicio, inanes quasdam fententias, ve Scholasticus, infarciens, rumore et fastu solo conspicuus est; denique in toto Poëmate, nihil Poëtici argumenti aut spiritus apparet. Nam non moramur peruerfum illorum hominum iudicium, qui omnis Disciplinae Poëticae ignarissimi, statim Scriptorem venerantur et laudibus in coelum vehunt, vbi graues quasdam de moribus fententias, et longas de vitiis aut virtutibus disputationes, versibus comprehensas offendunt. Nihil enim stultius et ineptius fingi aut dici potest, quam Poëtam Historiam quandam conscribere, et illam acutis Scholasticorum sententiis illustrare: Epici enim Poëtae partes suns praeclarum aliquod Herois factum ob oculos ponere. quod ita fabulis et ministeriis Deorum implicari debet, vt omnia potius a Poëta fleta, quam religiose narrata esse videantur. Omne autem Poëtae munus fola Heroicae istius actionis narratione obsoluirur, quae per omnes Epici carminis leges et partes producta, vicem inanium disputationum implet, et non tam ex sententiarum pondere ct dictorum grauitate, quam ex ipía actione lector ca addiscere debet, quae Poeta docere animo suo proposuit. Ipfa illustria veterum Heroum gesta, siue quae gessisse finguntur, animos legentium afficere, et attrahere oportet; procul esse omnis vana et vmbratilis subtilitas, et fimplex et nuda narratio totam inonociar absoluere debet. Inspice omnium consensu habitum Poëtarum Principem Virgilium, qui vna serie, ab initio diuini operis ad finem vsque, verum Poëtam agit, vnicus in delineandis iis, quae ab Heroë suo, et aliis, quos inducit, prisci seni viris, bene aut male administrata fuerunt. Si eius vestigiis infistere posterioris actatis Poëtae voluissent non tam tur-' piter coelestem doctrinam commaculatient, neque vbi paucis admodum verbis de Actibus quorundam Hominum egiffent, statim, tamquam in porticum aut Academiam effent translati, Philosophos agere coepiffent. Non movendi funt aut turbandi disciplinarum termini. Poëtae

se barbatorum gregi admiseere dedignantur, et ex vanis istis argutiis, et sententiarum strepitu se expedientes, et ipfas humanae vitae et conditionis actiones ex alto quafi comemplantes, populis, et habenti nubila terrae fe eripiunt, et quafi inter Deos recepti effent, spiritum diuino igne afflarum per varias ambages et fabulosum sententiarum tormentum (velut telum per balistam torqueri solet) praecipitant. Hoc sanctissime plerique Graecorum Poëtae, qui Epicae fictionis auctores fuere, et inter Latinos par modo illud nobile, Virgilius et Flaccus, religiose cuftodierunt; qui ctiam, vt omnes suac gentis Poëtas vicerunt, ita ipsos illos, quos sibi effigendos propostrerant, Homerum et Apollonium Rhodium, palmam fibi cedere Instituerunt iam olim, et his etiem tempocoëgerunt. ribus Viri doctissimi, inter Homerum et Virgilium comparationem, et per species demonstrarunt multum Latino vate minoremette Graecum, in Valerio et Apollonio id. nemo accurate, et vi decebat, adhue tentauit, cum facillime quis id practure posset: santum enim inter vtrumque discrimen intercedit, vt ne quidem cum Flacco congredi auderet Apollonius. Sed cum id iusti commentarii negotium fit, neque praefationia angustiis illud circumscribi posse, in opportunum tempus reiiciendum esse pu-Ne temen hace gratis me dixisse quis existimet. fpeciminis loco celeberrimum illum Hylae raprum, a toe. Poëtis etiam aliis decantatum, ex vtroque breuiter describernus, vt per se Lector diindicare possit, quanto melius Poëtae personam impleuerit Flaccus. Apollonius narrat. cum in Myforum terras appuliffens Argonautae, Herculem, cuius remus fractus fuerat, abiiffe folum in filuam, vt euulsam arborem sibi in revum aptaret. Hylan autem feorsim ad aquam quaerendam, ve omnia Herculi reuerso ad coenam parata effent, contendiffe. Dum autem e fonte haurit aquam, a Nympha rapitur; clamantem exaudit Polyphemus, qui ad eum locum, vade vox audita, accurrens, nullum Hylan offendit, regreffus vero obuiam. fit Herculi, narratque Hylan a nauibus abiisse, neque rediffe. Commotus Hercules illuc tendit, et errabundus quaerit Hylan, totamque nochem in filuis agit. Sub diem Tiphys hortatur socios, vt vento ferenti vtantur, qui cupide confeensa nane auseruntur; neque sentiunt Herculem

1

lem abelle, nife cum iam illuxerat. Origur mormur. Iafon tristis fedet, nec vllum emittit verbum, solus Telamon crumpit in verba, et impatienter fert absentiam Hereulis, cuius impetum sedant Aquilonis filii, et tandem, quafi ex machina, e mari emergit Glaucus, qui iubet faceffere defiderium Herculis: fato enim datum effe, vt Mercules aberrans reliques ex XII. laboribus absoluat, et. Hylas Nymphae jungeretur: Quid in his omnibus admodum fuspiciendum sit, aut Poetici spiritus non video, praesersim ti quis conferat Valerianam narrationem. Inducit ille Herculem comite Hyla in siluas abeuntem: fed non erat is Hercules, cui casu quodam, vel a Nympha quadam, minorum gentium Dea, malum creari poffet. Regina Dearum Iuno, quae semper caput eius odiis vrguebat, rata tempus nocendi, Pallada, quam ci fauere sciebat, aggreditur, et sub titulo quodam honesta procul ablegat. Vide quam egregie per ministeria Dearum hic spiritum praecipitet Poeta; quam praeclare de Hercule fingat, quem nemo, nifi Dea, vexare audebat, quam nullam omittat kuno laedendi Herculem occasionem. Ablegata Pallade Iuno, dum quacrit rationem confilii exequendi, non enim aperta vi Herculem aggredi fustinet, videt chorum Nympharum venantium, ex quibus Dryopen, quae, Herculeo fragore percussa, fontem suum repetebat, in amorem formolissimi pueri Hylae sollicitat: cui, vr in Isqueos cadat, offert et suscitat ceruum, qui, velut mansuctus, lento gradu ingrediens, Hylan imuitat ad infequendum, psulletimque eum ex oeulis Hereulis abducit, donec ad amnem Nymphae perueniens, vao faleu eum transiliens, spem pueri eludit. Puer, sessus curfu, procumbit ad amnem, vt sitim sedet, inclinatum autem Nympha detrahit, Hercules interim arboribus euellendis occupatus, credit Hylan alio calle reuersum, et iple, confecto fibi remo, ad focios regreditur. Cum autem Hylan non reperiret, iterum in filuam renertitur, et omnem viulatu et clamoribus implet, cum interim ventis secundis slantibus socii vellent vela dare, sed absentem omnes Herculem lacrimis et votis reposcunt: Inno iterum, Herculi infensa, ventos ferentes excitar, et ne amplius moram ferrent Argonautae, efficit. Neque Tiphys, qui magister cent carinae, desistit increpare desidiae et igna-

ignauise focios. Tor machinis expugnatus Islon deffium ad focios refert, an abeundum effe censeant, an Herculia causa diutius morandum? Scinditur inuentus variis studiis, et plurimi, qui se Hercule non inseriores iactant, inire vias volunt. Alterius factionis Dux Telamon fumma ope obmititur, sed a Meleagro et reliqua multitudine victus Isfon, tandem cogitur Hercule relicto abire. Vide, mi lector, quanto ingenio, et quam felici iudicio Flaccus superet Apollonium, qui contra omném veri spcciem Argonautas cupide Herculem deseruisse fingit, Iasonem non multum Herculis caussa sollicitum, et reliqua frigide admodum et iciune exsequitur. Valerii sictio omnibus numeris absoluta, et Poetica gravitate plena est. Iam si ipsos versus Flacci fingulis Apollonii opponere l?beret, magis Latini vatis excellentia eluceret. Huic etiam adiungere possemus certamen Amyci et Pollucis, et ostendere, quam misere et inepte Apollonius in eo argumento versetur, quam egregie autem et liberaliter Flaccus hos Athletas commiscrit, et veriffimum Barthii iudicium, quod ille ad Seat. VI. Theb. 746. rulerit, effe, demonstrare possemus; sed haec sufficient, cum maioris hace emolimenti fint, quam vt hoc loco plenius tractari poffint. Neque etiam, quamuis in procliui res effet, cum Latinis Poetis Lucano, Statio, Silio Italico, Claudiano, nunc Flaccum committere libet, a quibus omnibus viftor abiret. Tam naturalis vbique eius Orationis pulchritudo, tam castigatus sermo, tanta granitas er fublimitas, vt, quod maximum est, omnia sui seculi viria ignorauerit et superauerit. Nam non curamus paucorum iniquiora de nostro Flacco iudicia, cum nullus vinquam repertus sit scriptor, qui non obtrecutores suos repererit; et multo maior turba fit corum, qui meritis vatem hunc laudibus extulerunt, et a Scaligeri censura vindicarunt; quorum iudicia lector post praesationes collecta, perspicere poterit. Dignus ergo erat hic vates, qui familiarior effet studiosae iunentuti, et in quo euoluendo plus laboris poneretur. Sed deterruit plurimos ab eius lectione difficultas, quam in co rite intelligendo plurimi deprehendisse se putabant. Multi obscurius eius poema esse clamant, quam vt cum voluptate et fructu perlegatur. Sed hi fere funt, qui nullam operam in veteris aeui monumennumentis accurate perscrutandis posterunt, sed leui et perfunctoria festinatione, cruda sua studia propellere amauerunt. Accedit alterum incommodum, quod infelicius noster Flaccus, quam reliqui Poëme, fatum sit expertus: non enim quemquam inter Latinos scriptores exstare puto, qui magis corruptus et a librariis excarnificatus ad manus nostras peruenerit. Rarissimi etiam cius codices manu scripti, in bibliothecis, post instauratas literas fuere reperti, ex quibus pessime assecto medicina adferri posset. Inter primos, qui vatem nostrum illustrare et emendare adgressus est, suit Ioannes Baptista Pius, qui ante duo fere secula clarum fibi in literis nostris nomen parauit: sed cuius editio rarissime in nostris oris conspecta, a paucis, nec sine summa difficultate, parari potuit. Circa idem tempus, sed impari successu, Aegidius Maserius, suas in Valerium annotationes edidit. Sed plurimis adhuc locis tenebrae erant offusae, quas posterioris seculi Viri docti demere tentarunt, sed quo succesfu, ex Nicolai Heinsii praesatione, cupidus Lector cognoscet. Quae autem hodie absolutissima huius Poëtae editio vulgo habetur, est ea, quam Lampertus Alardus anno praeteriti seculi tricesimo cum Carrionis, Bulaci, Weitzii et suis notis curauit. Sed quam parum illi viri, Carrione excepto, ad auctorem hunc illustrandum, contulere, facile vnicuique patebit, qui diligenti labore cos excusserit. Nihil enim in illorum commentariis fere deprehenditur, quam tralatitium et vulgare, et quod in Lexicis, et Antiquitatum compilationibus, ad nauscam vsque repetitum, exstat. Es saepe magna cum ambitione coacervant, quae nemo, paulio modo humanioribus literis imbutus, ignorat, et in locos communes dilapsi, ca verba, in quibus eruditiores haerent, ficco pede transeunt. Denique pauperem suam supellectilem surtis et plagiis auxerunt. Sed ne meum hoc iudicium effe putes, ecce tibi Doctiffimi Barthii verba ad Stat. X. Theb. 787. vbi agens de loco Valerii Flacci. lib. 111, 442. haec scribit. ad Valerium notat nuperus Editor (Alardum innuit) funt ex Meursii commentario ad Lycophronem. p. 269. Wouwerii ad Petronium. p. 478. nostris ad Claudianum. p. 379. iure quidem iam plano talium Corrasorum; qui Obsernatiomes doctorum constipare, dissimulatis, vbi videresur res facere.

cere, nominibas, id putant Philologicum effe, et interpretari auctores poffe. In ifto autem bomine quanti faciendum putas, quod ait alibi, se vocum emendationes aliis relinquere? Sed quid talis aliquis audaculus magistellus ad tantum Poëtam? quem qui commode enarrare voluerit, omnem Graecam Romanamque Eloquentiam in numerato babeat oportebit. Constat enim Graecismis, et Graecorum Poetarum expressionibus magna cius pars. Et pro summorum Latinerum Antiorum una, merito suo babebitur sapienti. Vides Lector, quam verc de hoc hominum genere Vir saccissimus indicauerit. Non enim iis praesidiis instructi erent, quee ad doctiffimum, et simul tot locis male affedum. auchorem enarrandum requirebantur. Recondita etiam vatis nostri doctrina, et non vulgaris et abstrusa saepe loquendi ratio, alios interpretes desiderabat. Hinc quoque puto Flaccum Scholasticorum nostratium, qui tot Auctores conspurcarunt, manus obscaenas euasisse, cum viderent non tam leui opera hunc posse extrudi. Et tamen vnus omnium merebatur Flaccus, qui a viro, in lideris exercitatissimo, perpetuo et vberrimo commentario illustraretur, qui omnes salebras, in quibus hodie haeremus, demonstraret, et eius lectionem planissimam redderet. Promisit hanc nostro Flacco operam saepe in commentariis suis ad Statium Barthius; sed cum infinitis aliis eruditissimi Viri laboribus, vel intercidit illud scriptum, vel a Viro occupatissimo elaborari nequiit. Sed ad hoc opus aggrediendum, nemo a renatis literis magis accommodatus reperiri potuiflet, quam Vir in Poetis vtriusque linguae versatissimus, Nicolaus Heinsius, qui tam feliciter, omnes fere, quos Latium nobis transmisit, explanavit. Iam Adolekens hunc fibi, lectione indentidem repetita, perquam familiarem reddiderat, nec eorum morem securus erat, qui tum demum ad scriptorem quemdam animum appellunt, cum vident Typographis in mentem venire, typis eum describere. Sunt enim hodie venales quaedam semiliteratorum animae, quae operam fuam Typographis pro foliorum numero addicentes, omnibus scriptoribus, qui recuduntur, manus suas admo-Quos inutili farragine annotationum, vndique corrasarum, omnis artis criticae ignari, onerant, et sacpe, vt pueros et imperitos fallant, Iconum et Numisma-

tum lenocinio exornant, et ita orbi obtrudunt. Alia erat ratio viri Nobilissimi, qui a pucritia seuerissimae discliptinae innutritus, deinde per varia itinera, ca conquisuerat ex manuscriptis praesidia, quibus munitus hanc prouinciam rite administrare posset. Sed infelici furto, per Lavernam rapacem, omnibus, quae collegerat, ablatis, videbatur omnis eius Viri labor intercidisse, ni extremis vitae annis, aliunde iterum comparatis subsidiis, intermissam curam resumsisset. Sed nihil tamen dum vixit. praeter nuda Poëta verba, nobis exhibuit, annotationes autem magis policadas et augendas sibi reservauit, vt ex eius praesatione discere quinis potest. Credibile est, si longior lucis viura Viro excellentissimo contigisset, illum labores suos in nostrum Poëtam suisse aucturum. breui secuta mors huius, vt et aliarum commentationum. fruchu nos fraudauit. Ipfa quidem editio, quae anno octuagesimo Amstelodami prodiit, multis partibus emendatior est omnibus, quae cam praecesserunt, sed tamen fatendum est, eam tam negligenter ab operis Typographorum fuille habitam, vt vix vna pagina fine quadam menda exhibeatur. Hanc tamen nos in hac iterata edi-· tione, emendatis librariorum lapsibus, expressimus, nisi quod aliquando ab ea recefferimus, secuti codicem ipsius Heinsii, in cuius margine ea adnotauerat, quae in altera editione aliter legi voluitlet, si ipsi per longiorem vitam licuisset. Hinc etiam Lector, diuersam a communi Ortographiae rationem in hac editione deprehendet, quam Nobilissimus Vir sibi, ex multo vsu antiquissimorum codicum, persuaserat olim magis obtinuisse; neque, nos. cum Valerium ab Heinsio emendatum in lucem emittimus, aliquid mutare voluimus, quamuis non in omnibus Viri Eruditissimi sententiae accedamus, et quasdam vocum literas aliter efferendas effe credamus. Adnotationes autem, quas subiecimus, vt et alia, quae iam olim produxi, debes, Amice Lector, Heinfianis Heredibus. Inter quos Frater, mihi summo amore coniunctissimus, Vir Ampl. Carolus Crucius est, qui egregia humanitate Heinsiana mihi scrinia reclusit. Notior est Heinsii eruditio, et exactiflimum judicium, quo instructus ad emendandos Poetas veteres accessit, quam vt vobis commendari a me sit necesse. Incredibilis eius praedicanda industria, qua

qua per totius Europae bibliothecas peruagatus, codices manu exaratos ad editos contulerit, et excerptorum tantam fibi copiam comparanerit, ve nullus fere Linguae Latinae auctor exftet, ad quem non symbolam conferre pomerit. Huic-Thesauro digerendo, et instruendo, vltimis vitae annis, quos otio et quieti literariae consecraue. rat, vacabat; sed omnia absoluendi facultatem immaturum fatum praecidit. Quocirca, licet vltima manus ples risque eius lucubrationibus non sit imposita, cupide in men Viri, harum rerum non rudes, quin recepturi fint has reliquias minime dubito. Sed immensa tamen iactura, quam ex praecipuo Heinfiano labore deperdito fecit res literaria, omnes commouebit, vbi in his, vt et in aliis, adnotationibus, totics mentionem commentarii Virgiliani factam viderint. Quo abierit illud egregium feripeum ne diuinando quidem Horedes, et defunoti Heinfii amici exputure possunt. Certe statim post eius fatum a nullo conspectum, neque hodie, etsi diligentissime omnia scrinia excussa fuerint, repertum suit. Si sorte in rapaces manus peruenerit, vel in tenebris occlusus latear hic Thesaurus, publice omnes, per sacra Musarum rogamus, ne patiantur egregium et eruditissimum Poëtain, dintius Sospitatorem suum requirere. Nos, si Deus vis. res et otium sufficiat, ea, quae ex Heinsianis scriptis cumpublico communicari poffunt, non prememus, sed subinde aliquid', quod ad literas ornandas facere possit, ex Thefauris illis proferre studebissus. Vale, et paucos, qui irrepserunt, operarum lapsus emenda.

TESTI-

TESTIMONIA DE VALERIO FLACCO *)

Fab. Quinctil, Inflig. Oras. lib. x. c. 1.

Multum in Valerio Flacco nuper amisimus.

Dominicus Marius Niger in Comment. Ad Ouid. 1. Amer. XV.

Valerius Flaccus Heroicorum post Virgilium eminentissimus, ve mos quidem fert opinio. cuius exstant pulcherrimi illi Argonauticom libri octo. in quibus quam magno spiritu insurgat, quantum ingenit felicitatem ostendat, facile studioso lectori patet. ad perfectionem opus suum deducere, intempessiuae mortis interuentu non potuit. sed de hoe et Argonautis plura in commentariis nostris in Valerium. Flaccum dicemus.

Aegid. Maserius in Comment. ad lib 1. v. 218.

Subita cum pulcher arundine crines Velat Hylas? Ex hoc (inquit). Mopfi vaticinio facile cognoscimus, Poetam liquisse opus imperfectum. Ea namque vates depromit, quae Valerius esset descripturus, sod nec Medeae sugam, nec libetorum caedem, Creusaeue existum sato interceptus expressit.

Bernardin. Scardeonius de Vrbe Patauii lib. 1. cl.isf. 111. pag. 55.

Qui Valerio Flacco nostro Setiam oppidum Campaniae patriam suisse credunt, sequuntur illi quidem coniecturam cognominis Setini: quasi id patriae suae nomen sit, non samiliae. Atqui sane saluntur maxime. Constat enim eum suisse Patauinum, vel ex Epigrammate Val. Martial. 1. 79. vbi cum dolens conqueritur nullum sua aetate, neque honorem, neque praemium Musis esse, sed protribunali in foro, et in iudiciis tantummodo acquiri posse, dicens O mibi cararum etc.

Flaccus inter eos Poetas, qui Heroira decantauerunt, fuit iudicio omnium admirandus, si spectes quanto is spiritu, et quanta selicitate in scribendo carmine caeteris praeset. Hic est Flaccus, cuius praematurum obitum Quintilianus lib. x. vbi claros oratores commemorat dicens. Multum nuper in Flacco amisimus. Hunc ergo suturum magnum etiam oratorem, nedum Poetam illustrem Quinstilianus

dum fuit. confulto omifimus testi-

^{*)} Ba, in quibus nihil noui aut fingularis, quod a iudicii acumine aut veritate commendaretur, di-

tame haudistio comieccerat. De hoc Valerio Flacco, Tortelius ingenii aestimator eximius, vbi de Argonautis scribit, its honoriscentisme loquime. Clarissimus ille Peets Valerius Flaccus diusno
camine rem omnem Argonausrum explicite. Enstant attentistims
gracciari operis libri octo ad reditum vsque Heroum; reliqui vero,
vel amisti casu, vt multis accidit, vel Poetae morte intercepti sun.
Scripturus erat multo plures libros, et maiora poemata, nist mors
intempessima illum mobis eripuiste. Videtur autem in his, quae
scriptit, Apollonium Rhodium non tentummodo argumento operis,
verum ipsis etiam carminibus expressiste, Opus suum alii caniiciant
dedicatum fuiste Domiciano Caesari: alli vero Vespassano Patrig
cum in praestatione ipsius operis dicat.

Eripe me populis, es babensi nubila serrae Sanste Paser.

Conflat mediocri censii, ac tenui patrimonio suiste, et Romae presdietam seburbanum exiguum possediste: in quo Musarum curas deposere solitus suerat. Huic puer maxime gratus suir, qui Amazonius dicebatur: huius formam et indolem atque venustatem laudat Manialis eleganti epigrammate. Amicos habuis multos, sed, praecipuos Scellam conterraneum, et lulium Secundum, et Maternum et Quintilianum. Martialem vero prae caeteris coniunstissimum, et incimum, ve ex plurimis elus epigrammatis plane constat.

Ludonic. Carries.

haicium de Valerio Doctorum um honoriscum est, ve non desuerine acerrimo indicio homines, qui hunc etiam Graecis illis, Apollonio, Orpheo ingenii felicitate longe putarint praeponendum.

Inl. Caefar Staliger lib. v. cap. 6. Poet.

Orpheus aptius canit apud Flaccum Minyas et Phrymm, Athemastem, quam apud Apollonium terrae coelique creationem. Quid enim viris milisaribus, cum Philosophorum vmbris? Initium quoque operis Flacco gravius atque numerossus, tamessi quantum probenus, in sequenti libro fatis est declaratum. Toto etiam opere, quanquam est ille nostra inferior exspectatione, splendidior est Apollonio. Chironis autem et Pelei adsessus infantisque ingenium longe felicius describit.

lemque aderas summo decurrens versere Chiron.
et perro. Flucci tempediatem mox cum Virgiliana et aliis comparabinus: ad cuius tamen vel nitorem, vel efficaciam minime adipirat
illa Argo apud Apollonium. Porro: Iafonis oratio ad Aceten longa est inculentifisma, asque artis plena.

mendinins, solue ares preus.

Valerius Flaccus excusatione dignus est. Cuius cum estet ingenitus felix, iudicium magnum, diligentia non valgaris; immatura morte praeuentus acerbum item poema suum nobis reliquit. Est assem camino duriusculus: penitus vero nudus Gratiarum comitate.

Int. Caefar Scaliger in Hypercritico.

IVXXX

TESTIMONIA

Caspar. Barthius I. Adu. c. 17.

Valerium Flaccum maioris pretii Poetam, quam quis praetetiens censeat, esse, vel ignoratio eius apud vulgum nobis persuadet: Est enim omnium veterum minime tritus manibus Schelasticorum, quod genus velut ab eo abhorret, qui duriusculus censeatur, et minus gratiarum amans: sed nos quiduis potius, quam absurdum censemus.

and the state of t

Ego fane Valerium legens, decorum acutumque Epos, nec adfectaram grandiloquentiam, fed grauitatem animi agnosco.

Lib. xxvI. c. 3. dilates in the

Pluris omnino faciendum ego reor in numero Latinorum poetarum Valerium Flaccum, quam vulgo faciunt, immo non vulgo et iam eruditi. Sonus, Spiritus, Eruditio, Grauitas, in eo funt infigues.

Lib. XIVIII. c. 16,

Valerium Flaccum nemo scriptor nominauit tanto ingenio, tanta eloquentia Poetam, praeter Quintilianum.

Idem LVI. Adu. c. II.

Valerio Flacco, spiritu, granitate, numeris et orationis acqualitate nemo post Augusti principdrum scriptor prior exstat: medius enim inter illum tumorem et argutam iciunitatem, ingreditur nobili animo, nobili sermone: vt magnopere mirer poste este, qui non summis auctoribus Latii eum adscribant, qui vnam solummodo eius paginam legerint. Quod si Lucano et Papinio componere tantum scriptorem volueris, facile videbis quid illis supersit, quid huic non destit, vt constitutatur ex tribus illis Princeps, post Maronem, Heroici operis et carminis in Poesi Latina.

Idem ad 11. Theb. 92.

Val. Flaccus scriptor mihi vnice carus ob inassectatam, genuinam, Romanam dictionis maiestatem, a qua in translationes peregrinas singulis paginis ausertur Papinius.... Sane ego eum auctorem Argonautica scribentem legere malo, quam vel Ouidium, vel Papinium: quorum ille tenuem materiem lasciuia vtique violasset aut depudicasset, hie magniloquentia contriuisset.

Idem ad 11. Theh. 209.

Possquam Famae descriptionem, a Valerio lib. 11. consignatam, retulisset, subdit. Quae cum sequentibus si apud Maronem legerentur, sane per multa iam secula adorabilia suissent, nunc inanibus paedagogis aliter visum diu suit. Nostrum aeuum incipir de tanto austore paullo melius sentire. Sed succedent vere docti cordatique homines. mices qui abiditation authoritation al dabunt: non enim reference licet dicere. Cum Romano acuo omnino non interfuente Veletius, nofiri nimirum iudicio referuatus. Primus Angelus Politianus Vir maximus vexillum velut ad protrahendum ererit, licet ante eum non aemini innottuerit. Gerte Pomponius Sabiquis, Virgilii interpres, eum non fermel citat in testimonium. Priores tres Argonautican libros i cama dimidio quareb in Sangallensi coenobio reperiste jain dum Poggium, constat ex codice egregii Vini Laurensii Pignotii, cuius subscriptionem manu Poggii recenset vir summus, Gervosius.

Ibidem v. 485.

Quo loco (1. 775.) quae sequentur Dirae et imprecationes, eloquentism illius egregii Poetae docent, nulli toto Latio secundam, attidiorem lenge Papiniana.

Idem ad 1. Achilleid. 191.

Libernissime huius egregii Poetae testimoniis ytor, vt quem na glestum, et insuper imiuriis adsestum ab aliis, a prima vsque pueri; us dilexenim. Cuius assessus memoria vndique per libros nosseos seruata est hactenus, et nos ad ipsim totum demerendum alicuius (some vnius aux duorum) mensis opera deligabit.

Voffins de Poetis Latinis. cap. 3.

C. Valerius Flaccus e Sciia fuit, Campaniae vrbe, sed in Venera regione sedem habitt: vnde spen Antenorei laris vocat Martialis lib. I. Epig. 79. reliquit octo Argonauticorum libros; sed imperfectos, vnde Quincillianus conquerirur in eius obitu multum sisse amisum. Quam Martiali suerit carus, liquet ex eo, quodibilem vocet, curarum preium non vile suarum. Pauperem suisse, ex codem Epigrammate cognoscitur.

Passessi im Practorio sub Imagine C. Valerii Flatsi bace legi testann' Nathan. Chyeraeus, in Deliciis seinerum in Buropa. p. 146.

C. Valerius Flaccus Patuinus, carmine Heroico, labores Argousus rum decarteauir, quod opus fato praeuentus imperfectum inemendatum que reliquis, cum fui magno defiderio illorum temporum.
Îndiofis, ismo ved restimonio Fabii Quintiliani, conquerentis, usper,
in Valerio Flacco multum amifim effc, Nec tacuit M. Valerius Martialis, Testurem Aponam non minus gaudere Stella et Flacco, quam
foo Livio. Ad quem etiam scribens, alumnum et spem Laris Antoserai eum appellar. Floruit sub Vespasano et Tiro, peruent etad imperium Domitiani, eo genere carminis, aetatis suae nemini
focandas.

Digitized by Google

PETRIBURMANNI PRAEFATIO II

SIVE AD SECVNDAM EDITIONEM

8 VAM A. CIO ICCC XXIV.

LECTORI ERVDITO ET AEQVO.

oluimus tandem fidem, totics publice datam, et Poetam egregium, VALERIVM FLACCVM, omnium fere eum notis, quae dignae nobis visae sunt, vt manibus eruditorum versarentur, illustratum emittimus. De Auctoris ingenio, eruditione, et artis Poeticae summa facultate, et nos in praesatione, editioni olim minori praemissa, quaedam diximus, et Heinsius, aliique Viri docti, quorum praesationes, iudicia et elogia hic adiecimus, tam accurate et diligenter disputarunt, vt nobis gratiam longae dissertationis secisse videri possint. Quaedam tamen vt analecta, hinc et illinc nobis, dum quotidianis studiis vacamus, collecta de ipso Valerio, et deinde de variis eius editionibus, et, quos sortitus est, Commentatoribus, huc congerere visum fuit.

Et primum quidem de Patria eius admodum ambigi et certari inter viros eruditos videmus, et ex Setia vrbe oriundum fuiffe plurimos opinari, quia inter eius nomina,
Setini occurrit. Quem errorem post alios Heinsium confutasse satis feliciter credimus, neque quemquam postea
repertum iri, qui eum Patauinis inuidere velit. Memorat Felix Osius in commentario ad Alb. Mussati Historiam
Henrici VII. pag. 388. Tom. VI. part. II. Thesauri Italici, Historici cuiusdam Patauini, adhuc inediti, Guilelmi
Ongbarelli, qui de Valerio nostro etiam disseruisse dicitur.
sed quid censuerit, non addit, ideoque de eius sententia
nihil constat. sed nuper Petrus Marcelus Corradinas,

1. C. Sciinus, in libro de Cainitate et Ecclefia Setina A. 1702. Romae adito cap. I. pag. 7. Setiae adieruit Valerium familiam, et Poetam nostrum; non alio argumento, nifi quad recentiones scriptores, quos magno numero recenser, eum Setinum fecerint. Onod vero Alumnus Accurei larie a Marciali dicatur, hoc non ad natales, sed ad lares, vel sedes et habitationem, vel quod ibi nutritus fix, (quod a Voshio et alits, qui temere hace arripuerunt, hante) effe referendum. sed praeterquam quod alio loco, vt Heinfins oftendit, Martialis cenferi tellurem Aponant Flace diese, si vim vocis alumni confideremus, illa proprie de infantibus recens natis, qui ali debent aliena ope; dicieur, non ade allis, qui sedes, et lares in alias vrbet transferunt. Et hime alumni et alumnae, ratione nutricum, peffirm infantes occurrunt. Sic idem Martialis lib. XII. Ep. 60. Nacalem suum, qui incidit in Kalendas Merties, vocat Martis alumnum diem. natam et alumnum vt fynonyma ponit, eodem libro Epig. 21.

Nula nec in media certabit nata Sabura, Nec Capitolini collis alumna tibi.

vbi non est alibi nara, quae in Capitolinum collem domicilium transfulit, sed ibi genira est, et in ipsa vrbe Roma: se metaphorice lib. IV. 19. vocat Endromida, alument Sequenicae textricis, quia in Sequenis erat a muliere ibi nara consecta. Virgilius de Marcello, Romae 2000 VI. 277.

Nec Romala quendam Vilo se sansum sellus iastabit alumno.

Ouidius de Ioue in Creta nato III. Amor. X. 23. seffis lenderer almemo. Horarius lib. III. od. 18. ex veriori femenia Scholiastae et interpretum, ruris almenos vocat vernulas, natos im rure illo. vt et dulces almenos od. 23. et se Ouidius III. Amor. XV. 3. dicit, Peligni ruris almenos. Ennium Rudiis natum suisse constat, et eum almenos vocat Rudiarum Silius lib. XII. 397.

Name Rudiae sele memorabile nomen alumno.
putidum esset plura congerere, (nam sexcenta licet) quibus alumnos loci vel vrbis vocant, sbi natos, Poëtae et alii. Sed mirari praeterea Corradini acumen licet, qui arguere Quincissimum a generoso vino sius Patriae, id est. Setino, apad antiquos laudatissimo, ad sius ingenium, addit.

Į.

ri

Citat vero Quinefil, in lib. ad Marcel. et de Inflit. Orat: lib. x. cap. 1. vnde aliquis conficeret, illum numquam Quinctilianum consuluisse, et duos diversos libros faceres ad Marcellum, et de Institutione Oratoris. cum pateat inspicienti Quinctilianum, libros illum sues de Institutione Oratoria inscripsisse Marcello Victorio, sed in his ne haereamus, et condonemus hanc ignoranciam viro in aliis studiis occupato. Vbi vero arguit Fabius a vino Setino ad ingenium Valerii Poëtae? omnia, quae de Valerio dicit Fabius, fex verbis absoluuntur: Multum in Valerio Flacco nuper amilimus. sed bonum virum fescllerunt forte sequentia verba, quae de alio agunt Poëta, Saleio Basso, Vebeniens et Paeticum ingenium Saleii Bash fuit, nec ipsum lenectute maturum. huius vehemens ingenium forte ab scuto aliquo scriptore vino Setino posset comparari. lices nec id fecisse Fabium credam in Besso, multo minus in Flacco nostro, sed verosimile, Corradinum hanc conjecto. ram hausisse ex Criniti verbis, lib. IV. de Poëtis Latinis cap. 68. qui de Valerio agens, licet Patauinum credat, addit tamen, alios Setinum facere ex Setia, cuius vina in magno pretio fuere babita. et statim subiungit; mirum videri debet, quanto spiritu Flacous insurgat, quantaque ingenii felicitate in scribendo carmine praestet. Hic est ille Val. Flaccus, in cuius obitu multum fuisse amissum queritur Fabius Quinctilianus in libris ad Marsellum Victorium Haec non recte ab eo intellecta fuere, qui et inde libros ad Marcellum dinersos, a libris de Institutione Oratoria, non inspecto ipso Fabio, opinatus videtur. Idem Corradihus paullo post A. 1705. edito de Veteri Latio libro. tomo II. lib. II. cap. 23. latius hoc, adductis fere iisdem testimoniis, non tantum adferere, sed Heinsii argumenta refellere conatur, praecipue vero tenut Heinfio eripere, quo nixus erat maxime, argumentum de infolita Flauianis temporibus nominum quinque cumulatione. quod vt faciat, quaedam exempla profert hominum, qui ante hace tempora quatuor nominibus; praenomine, nomine, cognomine, et agnomine, infigniuntur; nullum vero quinque nominum, quod Heinsius negauerat, concesserat tas men solitum suisse quatuor nominibus homines infigniri; fed fi hoc fierer, quarto fine vitimo dixerat semper indicari illos, cum brenitatis caussa citarensur; er sunc Bal-. bum į. j

bum semper Boëram debuisse vocari, non Florence; quod penultimum erar, contendit ve ita Maro, Nafo, Lucanut, ete. qui tribus fuere moti, appellari folent. Quare producere debuiffet aliquem ex antiquie auctorem, qui Balbam vocauerit nostrum, non Fluerum. Its quidem ret centiores, sed in anciquitate versaussimi, Critici, saepe Balbam nostrum vocant, quitin opinione ea erant; Balbi. illud agnomen haefisse Valerio: ve Parrhasius ad Claus dian. III. de Rapt. 274. et Quavitis per Epistoli o IV. passim C. Balbam nominate et ita alii. Verum si ratio ille Heinsii valeat, possimus contendere, illum etiam deberi Serinum, quod vitimum est, simpliciter vocari, ve Lacamus, Italicus, Gallus, Sabinar, et alii appellari folent. Et fi iam Seciai cognomen habuisse concederemus Flaccum, non magis inde conficere liceret, illum ex Setia oriundum, quam Lucanum ex Lucania, Italicum ex Italia vel Italica, etc. quia illa cognomina non femper patriam demonstrant, ve hoc pluribus oftendi in praesatione ad Tomum VII. Thesauri Italici pag. 17. vbi et post Fabreteum docuimus, si tot nomina cumulentur, illud a Patris defumeum, plerumque poni in ablatito, et ita vocandus effet, C. Valetius Flaceus Balbus Setia scilicet oriundus? quamuis id aliquando fallere addiderimus. Lepidum ausem est, quod Flauiani temporis adducat in exemplum T. Plantium Silumum Aemilianum, cam pueris constet. illud vleimum nomen effe indicium adoptionis, qualis aperte Heinsius exceperat. sed nec meliori fide deinde pro fus sententia adducit Pignorium, quasi ille in libro de Originibus Patauinis pag. 113. testetur ex antiquis editionibus nostri Valerii liquere, Flaccum fuisse Setinum; non Parautaum, cum ille nihil adfirmet, sed haec tantum dicat: Cains Valerius Flacous, qui Argonautica scripsit, an noftras fuerit, dubito. Antiqui libri Setinum nuncupant, erat autem Setia in Agro Romano, ferax boni vini. qued Sesinam dicitur, nune vero est Sezza. Iudicat id es Raderus ad Martial. lib. 1. Ep. 77. Puit quidem Flaccus Pocta, Pataninus natione, verum nibil praeterea de isto felmus. an ille, qui dubitat, testatur hoc liquere, id eft, cerrum effe, et constare ex antiquis editionibus? Immo prudenter doctissimus Pignorius rem in medio relinquit, neque etiam perfuelus viderur, eumdem fuiffe Flaccum; ه. و د څ CF

quem Martialis celebrat; forte quia ex vsu tommuni enm Balbum, vel Setinum debuiffe vocari credebat. Cavillatio etiam est, quod Heinsium falsi arguat, quia plura nomina dixerat dari Flacco, cum vnum tantum habucrit, et reliqua fuerint, praenomen, cognomen et agnomen. quafi id ignoraffet Heinfius, fed cum vno vocabulo illa omnia volumus comprehendere, praenomen, nomen, etc. an. non liceret sub voce generis, omnes species comprehendere, et dicere aliquem habuifle plura nomina, id est, praenomen, nomen, cognomen, agnomens et an ideo falsi crimen Viro docto intentare liceret? haec puerilia et inania vere funt. De conjectura vero Heinfii, quali Setiuns Balbus, vel Balbus Sesimes, fuerit codicis possessor vel emendator Flacci, nihil definio, sed eam in medio relinquo, quia non liquet. De ipsius Poëtae vita et fatis non magis nobis constat, sola nobis de stilo eius, et ingenio acstimandi copia est relica; cuius excellentiam celebrarunt omnes docti, qui in Poeticae artis arcana penetrarunt, et quorum testimonia a nobis collecta fidem faciente Argumentum vero, quod fibi fumfit exornandum Valerius, funt Argonautica, fine prime ille militis nauelis, quae ab antiquis Poetis celebrata famma contentione fuit, ve in praesatione prima diximus. Leue vero hoc et inutile visum fuit quibusdam argamentum, nec dignum, in que magna se exercerent ingenia, inter quos Ludovieus Vines lib. III. de Tradendis disciplinis circa finem censerio. quem saepe sumit, fastu talem de Poetis nostris Argonauticis fert fententiam: Valerium Flacoum, ve Apollonium Rhodium, non video quid attineat legi, ques nibil sit, in quod tempus confumatur potius: non tam illorum, nel carmen vel dictionem impreho, quam argumenti lenitatem. Sed fi carmina et dictionem probet Viues, et fola argumenti leuitas displicest, qui placere Homerus possit, non video, quem tamen vehementer commendat, et merito. Viues nec magnum Vatem obtrechat, quali mima grave argumentum sibi elegisset. Nisi, quod de varoque opere pronuntier hanc sententiam; Alterum (Ilias) calidum, alterum (Odytica) callidum. multa non fatis probi exemple continent, et quae de natura rerum, et bemanis attingis moribus, torquentur, quocumque est visum iis, qui Vati favent immedice. An vero granius argumentum Iliadis videri

deri potest, quo Ira illa Achillis, et inde tot mala et calamitates oruse eclebrantur? An etiam errores illi Vlixis. quos posteritati tradere certe tanti non poterat videri, gravius argumentum videri potell, quam prima illa, quae maria aperuit, et cum remotiffimis gentibus mutua commercia exercendi viam patefecit, natigatio? Certe quo altius repetere rerum illustrium, et temporis mythici primordia poterant Poëtae, eo nobiliori in argumento verfari fuerune via, et facem, licet nubilam et obscuram, Historicae vegitati praeserre. Nam ab Argonautica expeditione seriem quali Historiae contexi videmus, quae deinde per Thebanum et Trojanum Bellum, ad origines fere omnium civitatum et regnorum Graecorum deducitur, donec certi aliquid reperiatur, in quo deinde Historica veritas fe exescest. Certe Herodotus Historiam suam orfurus, ve ab altiffima vetuftate per obscura tempora certo file deducat cam ad tempus Historicum, oftendire omnem materiem et cauffam bellorum, quae Afiam et Europam colliferunt; initium duxific a nanalibus illis latrociniis et rapinis, quae laudi et gloriae habebantur clim: et cum Phoenices primi fherint, qui mercaturae canssa maria exercerent, et in Graeciam merces suas vemales portarent, illos, saddit, primos rapuisse lo filians Inachi: quam iniuriam ve vindicarent Graeci, in Phoeniciam craiecisse, et Europam rapuisse. Alios deinde Graccos injuriae auctores extenifio, et nanc longa abiifle in Colchida, et cum ibi illa, quorum gratia (lucri nimizum et dinitiaram cupidine profecti erant, ve merces illius regionis, ques sub velleris aurei imagine Poëtae exhibent, compararent) peregifient, rapuisse regis filiam Medenn: et eum Rex Colcherum missifet legatos, qui res repeterents, respondisse Graccos, se hoc iniuriae, quae in rapen leus facha cret, rependendae caussa secisse. Huio latrocinio successisse Helenae rapium, et inde Bellum Trojamana, a que sperpetuas faisse inimicitias inter Graccos, et Afracicos, quae in bella deinde cum Persis eruperunt. Quid Thucydides? nonne ille quoque, in operis fuo exordio; res Graccornan ab origine repetens, omnes Graccos et Barbaros oftendit. olim latrocinia exercuisse, cum ve necessitatibus suis subuenirent, tum quaestus causle; esone fuiffe gloriole et honefte, et inde deducit origines

gines vrbium, quae in litoribus muniri coeperant, mer, carurae et potentiae caussa: et cum Phoenices et Caros maxime maria et terras ad mare fitas infestarent, Minos classibus suis purgasse mare praedonibus: et hinc ad Troisnum bellum descendens, ostendit, quantum viribus et diuitiis creuerint Graeciae Populi? Immo ipiam quoque Troianam expeditionem larrocinii quamdam antiqui foeciem habuiste, et nauigia fuitle andaig reone Antonire. gor magacusvencuive, veters et praedonum more constructa? Quia ergo omnis potentiae et divitiarum, quibus Gracci postes eminuerunt, origo ex his nauslibus expeditionibus, quas plures et anniuerfarias fuisse credibile est, est deducenda, gratum certe debebat hoc Graccis argumentum esse, quando maiorum suorum fortis facta, quibus yt fundamentis inniteretur omnis, posteriorum porentia, celebrarentur. Grave ergo argumenmm, et acceptissime omnibus Graeciae incolis Poemanum materies erat , quae licet minus nostras mentes capiat, non ideo leuis dici merctur, quia hac sub specie omnes Historias priscarum gentium, quae ad nos nibil attinent, abiicere licebit. Non damnaret, credo, Viues Poëras Hispanos, Lusitanos. Anglos, Batauos, et aliarum gentinm, qui carminum suorum argumenta, ex primis in Indiam er Americain. ante tria fère secula susceptis, nauigationibus peterenta Hac enim expeditiones vera lacrorinia fuere, et antiquifsimi illius temporis, de quo Herodoms et Thueydides agunt, faciem nostro orbi retulerunt. Ex Europa enim in genees, nec fitti, nec nomine ante cognites, nullius injuriae aur damni dati reas, irruunt lamones et mercatores, qui tamen se Christianos dicebant, sectamone profirebantur, quae non modo iniuriam inferre prohibet, fed illam etiam vindicare vetat; sed qui auaritia et divitiarum immeniarum cupidine inflammati, cum Dei et hominum contemu, caedibus et rapinis comnia crudelifsime implent, et dominis caesis, aut in durissiman seruitutem redactis, amplistima terrarum spatia occupant, et insident, posterisque transmittunt. Has expeditiones fi Poëta ita carmine nobis exornaffet et laudaffet; ve virtutis auitae et gloriae laudisque maiorum certiflima effe documenta popularibus fuis persuaderet, an ille in lesi, et, quod legi nihil aninet, immili argumento venfari videri derl poffet?, et bacc quidem Graccorum Poëtarum cauff sim satis honestem fuisse docent. Quod Latini vero Poër tae Graecos aemulari et, si possent, superare Auderent, quid mirabimur? cum enim antiquitate cum Graecis certare non liceret, immo, fi verum fateri vellent, consta, ret, plurimos Italiae, certe inferioris, quae Magnae Grae, ciae et Latii nomine appellabatur, incolas his expeditionibus et latrocinlis origines suas debere, nibil in annalibus fuis priscis debrehendebant Romani, Graecorum rebus, in antiquissima vetustate gestis, simile, quo originea fuas illustrarent. Nisi quod divino ingenio es spiritu Vat tes, Virgilius, Gentis Iuliae incunabula ab Acnea et Vepere deducere volens, ambitioni Romanae, et praecipuo Augusti superbiae callide suerit velificams. reliqui Poëtae argumenta a Graecis reperta, excolere et Latino sermone polita et ornatiora exponere ciuibus fuis conabantur, camque vim mentis et doctrinae intenderunt, vt auctores fuos ingenio et arte superarent; nam Valerium Apollo-l nio palmam praeripuisse alias ostendimus, et saepe in notis obseruamus: contrahenda enim oratio, quam Viuis calumnia nobis exprellit. maluimus autem rationes cerras. et firmas Viui opponere, quam cum Barthio ad Stat. 11. Theb. 156. audaciam arrogantis indicis traducere, et superciliofum et non-Poëtam de Poëtis Latinis iudicium ferre, indignari. quamuis temerarii nobis omnes illi videntur, qui de Poëtis sententias ferunt, ipsi expertes. omnis eius suauitatis et studii, de quo nemo reste sentire. porest; nisi sacris illis initiatus. Celeberrimus vero This Bartholinus, dr Medicis Poetis, rigidam Viuis censuram, alio modo refellere aggreffus est, et Medicis commendare: Argonautarum et aurei velleris inuolutum argumentum; eo nomine conatus, quia omnia ad Chemiam tendere cum Suida et aliis, quos laudat, credit; et Aureum Vellus arhitrarur librum fuisse, in membranis scriptum, qui continebat aurum conficiendi artem; Draconem effe Mercurium, et reliqua; quae numquam nos Poetis in mentem; venifie credimus, neque illos artis istius gnaros fuisse vila vestigia deprehendimus. Ita Fabulas Equi Troigni; Iouis in pluniam auream mutati; Martis et Veneris adulteril; immo vniuersum Metamorphoseus corpus, ad artis. istius arcana Tollium et alios traxisse nouimus, in quibus refellen

refellendis tempus terere non licet; cum en non certioribus nobis argumentis inniti videantur, quam corum ridiculi conarus, qui Homeri, et Virgilii carmina, Ecclesiae Iudaicae et Christianae speciem et sata exhibere sunt commenti. placeant his nugacibus ludibriis homines, qui otio abutendi tempore abundant, nos folidioris doctrinac copias ex veterum scriptis parandas effe censemus, et ex hac expeditione praeter illam, quam ex Poëticae artis elegantia et sermonis Latini venustate, voluptatem capimas, antiqui et obscuri aeui res gestas et priscorum virorum facta repetenda, et diligenter exigenda effe arbitramur. Nam hanc militiam Heroum, quam Valerius noster, et Orpheus, et Apollonius, vna naui Argo, obiisse canant, fuiffe veram expeditionem bellicam credimus, pluresque fuitle focios et milites, quam quinquaginta illos Argomautas: naues etiam plures, praeterque raptum Medete ei velleris, alia etiam egisse in vicinis Colchidi regionibus hos nautas magnos; sed quo maior virturis esser admiratio, Poëtas omnia in principes iuuentutis Graccae contulifie, quorum ve maiori veneratione memoriam coleret posteritas, praesertim ciuitatium primarii incolae, qui ab Heroibus illis saepe genus suum deducebant, cos folos fine militibus et adiutoribus, omnia per se egiffe, er vna naui iter totum emensos finxisse, certe Eustathius ad Dionyl Perieg. verl. 686. tradit, Argonautas multas instruxisse naues, et quasdam ab iis aberrasse, carumque magistros, colonias condidisse, ve surigae Dioscurorum, qui Gentis Heniochorum et Tyndaridarum auctores fuere: qui et de Vellere ea tradit, quae modo ex Bartholino narrauimus. Hinc alii corum nauigationem non Colchide finiuerunt, sed Oceanum et Erythraeum mare peragraffe Argonautas tradiderunt. vt Pindar. IV. Pyth. 445. et Herculis expeditioni contra Amazonas adfuiffe, tradit Scholiast. Pindar. III. Nem. 64. et idem ad IV. Pvth. 15. ad Syrres etiam peruenitse air: immo fuifse, qui Europam omnem circumnauigaffe contendunt. Nec his conzentus Olaus Rudbeckius, vir eruditissimus, sed amore patriac celebrandae saepe ad absurda abductus, probare voluit, Issonem cum sociis, postquam rapuissent Medeam, vt Acetem persequentem effugerent, in Paludem Macotim nauigasse, et ostia Tanais inuectos inde per fossam in Rha

Rhaflanium, hodie Volgam, venifie; hine in mare Balthicum intraffe, et ad Hyperboreos et finam Finnicum penetrafie: quo cum venisient, nauem per terram traxisse, et per fluuium Vlense venisse in mare Cronium, hinc in mare Mortuum, et Cimmerium, inde ad Iernidem sive Hiberniam insulam, et per mare Occiduum ad Herculis columnas, et post varios per mare Mediterraneum errores tandem ad portum Iolciacum rediisse. Quae si non fomnia et Iudibria, ego nulla vinquam agnoscam. sed excussit haze Rudbeckii opinionem satis diligenter Georgius Caspar Kirchmajerus, edita Wittebergae A. 1685. differtatione de Argonautarum expeditione, cuius scrinie nos non compilabimus; sed Lectori imegrum iudicium relinquimus, cum haec, quae et olim et hic dicimus, praesationem non librum nos scribere memores, sufficere credamus; nec plura de ipso Poeta et eius argumento, addere decreuimus. Obiter tamen de obscuritate huius Poëtae, quae caussa fuisse videtur, cur neque tam nobile inter Epicas nomen, vt merebatur, sit consecutus, neque toties edisus et commentariis illustratus, yt alios eius ordinis videmus, in ora hominum venezit, aliquid addemus. Dictionem eius et stilum vere Poëticum et Latinum effe nemo Latinae Linguae et Poeticae artis peritus negabit: abest enim ab eo omnis tumor inanium sententisrum, et affectatum Declamatorise vanitatis acumen et argutia; sed multa, fateor, singularia, ram in verbis quibusdam, quibus aliter vtitur ac reliqui, quam in ipsis locutionibus, deprehendi agnoscimus, et ad ipsa Poëtae nostri loca adnotare non praetermisimus, praecipuam vero obscuritatis caussam, illis, qui nolunt in expendendis morose verbis scriptorum, quos legunt, hacrere, obuenire ex conciso saepe et abrupto loquendi genere censemus. vid. ad lib. 1. 202. VI. 213. et 269. VII. 520. et infinita alia loca. deinde saepe omissium verbum aliquod, vt II. 375. 398. et III. 575. et praecipue, quod substantiuum. vocant Grammatici, fum, vt II. 133. 475. VII. 159. et passim. praeterea particulas, quae copulant membra orationis, vt et, atque, que, nunc omittit, nunc traiicit, et saepe remotiori vocabulo, quam fieri solet, coniungit. vid. lib. 1. 502. 529. II. 222. III. 444, IV. 342. V. 397. et centics alibi: immo praecedenti voci iungere, cumsequenti.

sequenti adhaerere deberen, mo que vidimus ad VII. 196. Pronominis etiam relatini, vt vocant, quo connexi folent sequentia verba, omissio obscurat saepe eius orationem. vid. II. 404. V. 565. Et alia verba, quae lector supplere debet, omissa esse vhique fere, vhi alii posuissent, in notis animaduertimus. hace et fimilia qui non observant. haerere saepitsime in Flacci sensu expediendo facile credi-Eruditio etiam fingularis, Graecae literaturae fumma peritia, multa ipsi subministrabant, ex fabulis Graecorum et veteribus monumentis, non exposita et obiua. in quibus percipiendis et interpretandis etiam docti hodie vix se expediunt. Deinde multa etiam esse effusa e primo Poëtae calore et manu, quae fortasse secundis curis emendafiet et polivifiet magis, credimus ve ita Barshius ad Stat, v. Theb. 99. non expleta nec emendata multa in hoc Poëmate agnoscit. sed maximam labem Valerio et vulnus imposuere librarii, qui rudes omnis elegantiae infinita loca depranarunt, in quibus castigandis laborarunt maxime interpretes, et nos saepius sudasse, non modo, et non liquet pronuntiare coactos, lector deprehendet. Et hae etiam non impulerunt caussae, vt in notis saepe amplioribus verbis ea exponenda esse duxerimus, quae quidem Doctis clara et manisesta credimus. sed Tironibus et non adsuetis Poëtarum lectioni moram iniicere possent; maluimus enim vberiores iusto videri, quam obscura loca intacha relinquere.

Altera nunc Praefationis pars versabitur in recensu editionum, et commentariorum, adnotationumque, quae a renatis literis, et artis Typographicae incunabulis ad nostra vsque tempora prodierunt. de quibus, quantum eorum a nobis versatum et inspectum fuit, ex animi sententia, procul ab odio et inuidia indicium et sententiam feremus: subiecturi denique, quid nos in hac editione praestitisse nobis visi sumus.

Et primo quidem meriro miramur, nullum eum interpretem, aut Scholiastem fortitum inter vetores, vt Terentio Donatus, Virgilio Seruius, et alii aliis Poëtis hanc operam dederunt siue obscuritas deterruerit, siue nulla

ex

ex labore Poëras, quem pauci versabant, fnam rara vel poeius nulla eius apud vereres Gnammaticos mentio) gloris speraretur. et hinc quoque penuriam scriptorum codicum fluxific arbittor. Que pero tafu et fortunt inwenters codex Valerii Flued, ante illa tempora vix moti. » Poggio fuerit, enarrare supernacuum credo, cum nemo, ex bibliochecarum, aut historiae literariae scriptoribus id omiferit, satisque iam eruditis id conftet. Primam vero omnium editionem memorari video Bononiensem, A. 1474, per Vgonem Rogerium, et Dominum Bemochum Regienses, a Labhaco in supplemento IX. no. vae Bibliothecae pag. 351. ex regia bibliotheca, et a Maitairio in Annal. Typogr. t. 1. pag. 1091 Hanc paffin landant Pitts et Masserius in commentariis, sed mihi eam videndi formuna defuit, ita ve de eius meritis, nifi ex indicio istorum commentatorum, existimare non licent. Antiquiteren tamen exstitisse editionem, et ab inso Poggio, quem magnam partem Valerii Flacci, cum Afconii Pediani fragmentis, et aliis (vid. eruditissimem Cl. Drakens borchii in Silium Italicum praefationem) auctoribus reperifie nouimus, curatam suspicari quis posser ex Tomaini Bibliotheca Pignorii, quae inferta Thefauri Italici Tom. VI. part. III. pag. 149. et descripta est ab rodem in Biblioth. Patatin pag. 8c. vbi inter eius libros recenfentur, Fragmenta Afconii Pediani, et C. Valerius ex EDITIONE Poggii. fed quia inter libros calamo exercitos refertmur, malo credere, ex codice. Poggii fuiffe exemplar descriptum, quia ipse Pignorius in Ansenore suo pag. 80. haec hahet. Eft apud me MS. quoddam, in que in fine bacc leguntur. C. Valerii Flacci Argonansicon. Hac fragmentury reperture est in Monasterio S. Galli, prope Constantiam XX. millibus passum, una cum parte Q. Afconii Pediani. Dous concedat altert, vt verumque opus neperiat perfections, nos quod potaimus egimus. Porgius Florentinus. Ex quibus verbis etiam colligeret aliquis, insum a Poggio inventum codicem ad Pignorium perpenisse, sed video Florentinam editionem itt 4. fine nota anni, aptid S. Iacobum de Ripoli, referri ab codem Mairairio pag. 377. de qua, an prior, an posterior sit Bononiensi, diiudicare non licer, alteram A. 1494, in fol, fine nota temporis et loci memorat Cl. Fabricius in the state of the s iom. H. Biblioth. Latinac p. 633. 1) fed nec eam Maintirius inter eins anni editiones numerat, neque ab alio vilo eins mentionem fieri noui. Venetiis deinde A. 1501. edidie in 4. Christophorus de Pensis de Mandello, quam nation commentatores prisci laudant, vt et Carries et Zinzerlingus, quem vide ad lib. 1. 41. sed neque hanc oculis meis lustrare contigit. Florentinam, a Philippe Junea editam A. 1503. in 8. memorat Maitairius tom. II. Annal. pag. 165. quae an cadem fit, quae annum 1517. praesert, de qua postea agemus, nescio. Saepe vero veteres Typographos, acque ac nostri tomporis, iisdem edisionibus, si non cupidos emtores statim reperirent, notas annorum renovasse, et prioribus rescissis, novos indices pirefixifie deprehendimus. Quare hanc quoque, fi exstet, inter non visas nobis reponimus. Secuta deinde Parisiensis A. 1512. per Iod. Badium Ascensium et lobannem Paruum, cuius etiam copia nobis facta non fuit. eam vero esse, quam Parisiensis nomine passim citat Maserius, credimus. Sed Iuntinam A. 1917. in 8. versandi facultatem habuimus, camque curaffe Bartholomaeum Fontium. varia linguarum literatura munitum asque instructum, ex praesatione Benedicti Philologi Florentini ad Bernardum Michalottium didicimus; fed quae simul scrupulum iniicit de commentario eiusdem Fontii, **) quo destituirur illa editio: nom addit, elegantem et cruditam eius interpretationem se vna cum aliis lucubrationibus publicare iam accinctum esse, quae an vinquam prodierit nescio. edidit quidem Georgius Remus I. C. et Noricae Reipublicae confiliarius Francof. A. 1611. opera exquifitiffima Bartbolomaei Fontii Florentini V. Cl. familiaris Matthiae Regis Pannoniorum; sed inter illa nihil, quod ad Valerium nostrum spectet, reperi; nisi quod, in dialogo, qui inscribitur Tadeus, ad Tadeum Vgoletum, de Locis Persianis pag. 13. Valerii explanationem se prosessum esse dicit.

y) vel in nouffima editione cura cel. l. A. Ernesti, Tom. II. pag. 252. vbi. editio ex officina Alcentiana Parifiis 1511. prodiiste dicitur, et exemplum 1494. est repetitio prioris A. 1474. Practure ca celi Ernesti ibidem notal, et Eurmannum, in hoc genere

litterarum tam tritum, minus adcurate dixisse de editionibus, quam vellet, aut lector diligens postulet. HABL.

**) Fontius in textu licentius versatus esse, arguitur in Bibliotheca lat. Fabricio - Ernestina pag. 252. HARL.

. A. 1536. Argentorsti prodiit editio minori forma in adano, ve verget, emendata at ad vetuftiffima exemplaria recognite ner Philippum Engentinum, qui Friburgi vixisse videur: inde enim mense Maio breuithmam, nomine dedicationis, epistolam dedit ad Iuuenem Paulum Richart Escencenfent, qui seque mini ignorus, asque iple Engenemme: Adjecir vero nihil nomrum, sed singulis libris argumenta carmine hexametro proposuit. Licet vero inctet, se emendasse ad antiqua exemplaria, vanum et gloriosum fumi venditorem, de quo nihil mihi praeterea innomit, esse deprehendi. Sacpius eius lectiones, yt diversas, Carrion et alii adducunt: sed si Pii editionem adhibuiffene, deprehendere potuiffent, illum Pii vestigiis institusse: non modo enim editionem Pii in Poëtae verbis vbique exprimit, sed sope eius correctiones in suam admittit. Manifestum huius zei dat indicium locus lib. 11. 275. vbi cum in Pli editione fit, praecipit vitio operarum pro proccipiti, idem mendum exstat in Engentini. editione: quod videtur postes deprehendisse, nam inten errate ad calcem correxit; vide notas ad d. l. Eodem libro. verl 294. Pius ediderat, fatis iam defuit wum, fed in notis corrigit, fatis id defuit, quod in textum recepin Engentinus, quem posteriores secuti sunt. vt et vers. 539. Pii coniecturam, Est feroula regui, exhibet. vid. et ad lib. IV. 195. et similia saepe notanimus ad ipsum Poetam. hie non repetenda. Carring ad d. L. lib. IV. 199, ex Engentini editione citat, fumantem, cum tamen spumantem dederit. an Carrionis manus, an operarum estaperit, nefcio. Vide et ad lib. VI. 647. et alibi in notis.

Hanc vero Engentini editionem secuti sunt nura noda Colinaeus A. 1531. et Gryphius 1545. et 1548. Gryphius an diuersae sint, an mutato titulo eadem sit viraque, viz definire possum Lugdunensis nomine passim Carrioni infignitur. Sed, quod dicendum semel est, mirari saepe solto infaniam et surogem imperitorum et indoctorum, qui sine vilo discrimine omnes libros ab Aldo, Stephano, Colinaea, Gryphia et similibus excuses, venari et pretio immo-

immodico emere tam animole folent, ac fe omnis humanioris disciplinae et cruditionis fortunae siese essent in possessione tahum codicum; quos munquam trachant, tiquorum de pretio vero nihil bibliotheearum dominis conflat. Aldinae editiones non omnes vno ordine effe habendas deprehendi: funt enim, quas caffe nuce non emam, et quae scatent vitiis, ex correctorum negligentis et audacia ortis, feruebat praelum Aldinum maxime, et vindique correctores, apros er inceros, doctos er indoctos conquirebat Vir industria, si quis slius, insignis s sed id vnice Audebat, vt cito et properanter libri, et simul megna exemplarium copia exenderentur. Dictis fidem facient illa, quae de fuorum Adagiorum editione narrat Erasmus in prouerbio, festina lente. Et hine praecipine auctores, quos primus e MSS. edebas, deprauatissimi prodierunt. quia, quidquid non intelligebant correctores, mutabant; si quid vero antes simpressum suerat, consulebant saepe, si otium effet, priores interpretes, et caecos duces non magis oculatae sequebantur operae mercenai riae; quae vitra crepidam indicare non poterant, (ve inquit Pius ad lib. 111, 730.) et pro arbitrio constituebane verba auctorum ex fua fententia. Hine frequentiffime, si modus vindice dignus in deprauatis, ve fera omnes sunt primae editiones, codicibus incidebas, audacter mutabant; recidebant, intrudebant non verba, fed facpe verfus integros. Quare, quotiescumque viri docti, vt Naugerius, operam Aldo addiechant, ve in Quidio vt aliis fachum, cgregise funt chitiones; sed vbi minorum gentimin mercenarii correctores e fuerunt pesofedii editionibus Here nullius funt pretii. Breukhesfias ad Prop. H. VII. 76. notet in Aldina officina multos bones auctores malo mangonio per Hieren. Auentium-effe interpolatos. numquam de vniuerfis Aldi editionibus difudicandum, nec vno pretio omnes habendae, led fingules excutere par est, et emendates distinguere a vitiosis. Quid de Graceis eius editionibus dicam? quae maximam partem funt monstruosae, nec characterum venustate, nec emendatis lectionibus commendabiles, quoscumque Codices MSS. (nam primus fere Gracea excudere coepit) nactus' erat, flatim non collatos cum aliis; (nam eius paupertas vix copiam multorum fufficiellat) non recenfitos viris doctis dabat excutiendos, fed quotidianis officinae fuae merce-

mercenariis faptim corrigendos; unqui voi offendebunt, quodlibet pro quolibet hipponebint: non patiebaturchim moram eius festinate et rem ex editis codici-bus faciendi spes praeceps. Exemplum et documenrum cius rei, ne temere quid adfirmaffe videamur, manifestum est Plutarchi editio Aldina, ita depravata et mendoss, ve vix sensus inde confici possit. similie etiam, licer paullo melior, Athenaei et aliae. Cafaubomus in praceat. ad Athenaeum dicit, Aldum neque felicom fieir fuife de nempe feeids excliptaribus (quia nempe modico pregio vulgaria comparabat) neque in emendatione ettisient faris accuratum. Neque melius fuit fatum edidontim primarum ab aliis Typographis in aliis partibus Italiae curatarum, vt hoc oftendit multis exemplis Simon. in Biblioth. Critica t. I. cap. 17. et de hac negligentia fuere continuae querelae vere doctorum virorum. vnum audiamus nunc Daumium Epift. 4. ad Boftum. nofi quetelas virorum doctorum super monstrosis Aldini codicis (Pitterchi) mendis. plura nunc non addo: hic enim locus ista agendi plemius non videtur. videri potest et Barth. ad Statii IV. Theb. vers. 717. et ad Claudian. I. Laud. Stilic. in principio. et quid de Silio Aldi indicet Carrion, vid. lib. II. Emend. cap. II. et quae Cl. Drakenborchius in egregia praefatione fua ad Silium de Iunta et Aldo vepronuntiauit. Iam vero quidquid Aldus, Iunta, et siii alicuius nominis Typographi ediderant, id eupide. statim vitra montes exprimebant Probenius, Stephanus, Colinaeus, Grypbius et alii. quorum duo priores merito fuo diligentiae laudem, et in arte fua palmam retulerunt. Frobenianae enim et Stephanorum editiones iure magni funt ab eruditis: quia illis admoti fuere viri doctiffimi, qui collatis editionibus variis, et codicibus scriptis, vbi copia erat, multa millia mendarum fustulerum erexerunt bonas editiones non festinato, se cura et studio curandi. Colinaei vero et Grypbii nultas fere vidi, quae hanc laudem mercantur, et quae non ad verbum faepe hanc vel illam editionem exprimant. Quare, lucri cupidine, et fortuna omnem corum Typographorum operam gubernante, tolerabiles funt, si ad bona exemplaria sunt expressae; soedae vero et insidae, vbi malos anctores. sequintum. Me de aliis enages longius, Valerii codices, a Colinaco et Gryphio, expressos excutiamus, quos Argentoraten-

toratensem Engentini tam fideliter imitatos esse testor, et adfirmo, vt et vitia operarum retinuerint, et in paucissimis locis ab archetypo differant. Exemplo vno aut altero (nam raedet iam harum observationum, quales passim in notis occurrent) defungar. Libr. IV. 268. qualis in alta Pliade capta ratis edidit Engentinus vitio operarum: nam Pii editio alto habet; fed et Colinaeus et Gryphius alta dederunt, ex qua lectione vitiofa et stulta sententia oritur. Eodem lib. verf. 214. frigida ratis Dentibus aret bumus, pro raris Engentinus ediderat, nec emendarunt duo hi Typographorum Coryphaei, vel corum correctores, ignari Latinitatis, et modorum Poeticorum. lib. 111. 165. Argentoratenfis editio habet, iam abies piceaeque raunt, pro iamque: et hanc metri labem retinuerunt Colinaeus et Gryphius. plura reperiet lector in nostris animaduersionibus, unde et in paucissimis locis has tres editiones discrepare deprehendet, et omnes fere lectiones, quas Carrion ex Argentoratenfi editione tamquam mendosas citat, certus esse poterit, easdem in duabus aliis exftare; fi vnum vel alterum locum excipias.

Has editiones excepit celeberrima Ludouici Carrionis, qui typis Plantinianis in 8. edidit 1565. Vocatur vero hie fcriptor ab Heinfio femper Carrion *), non Carrio, et reche: ita enim in editione Plantiniania fe iple vocat, nec ideo Heinfius a Crenio t. XVI. Animadu. p. 146. corrigi merebatur. De codice eius egregio, quem nactus erat, Heinsii praefatio est consulenda, et, qui quo abierit, ignoratur; magno eum emtum volebat Barth. XVIII. Adu. 15. Carrion vero fretus eius Codicis bonitate, vt saepe nostra nimis amamus, non fatis fibi cauit a mendis, quibus inquinatus erat, et ideo male audiit ob audaciam in mutandis locis, vt ex fingulis fere eius notis, et cenfuris doctorum virorum fubicctis, lectori patere poterit: conftat certe hoc laboris pretium tuliffe vaniffimum hominem, vt passim vapulet, nec sidem suam nec eruditionem viris andrew basicar man se Jamus and meinet encruditis

*) Contra ipse versaui MScpt. manu exemplari meo adscriptum cod. Festi, f. Paulti Disconi ex fuir. Certium huius animaduer-Guelferbyt. n. 10, 3. qui olim sionis, orae exempli fui adscri-Carrionis foity in cultus fine iele prac, fuiffe auctorem, poftea se ille arteripferse noman finum L. nimaduenists mild videor. HAR-

eruditis probutterit. Barili. dichterf. xtV. 6. Carrio volle stanto supercidio nibil vidit in omnibus iffis, adeo ve tum rodice quoque fuo obique mibi faspettus fit. lib. 1. Ado. 17. -dicity eum plus naso, quan petiere edoratum: et hac et fimilibus verborum formulis in libris Aduerfaciorum facpe com duriter exagina. Inolementifime vero ad Stat. V. Theb. 2001 of allis commencaris illius locis. 'Valerium quoque corrupitle Carrionom confet lanus Guilielmius in -Mifelit Quaelt. Planin. cap. v. et Thaletum wouten. vocome l'apientiene, id est, sommorodien, eine uridet. Brinchbefins ; fale Actico folitive er mordaciter perfrieure id genus hominum folicus, cum ad Propert. 111/Eleg: 11. 29. notaffety Caprionem in libratino pro ergo, imperiplene se legisse adirmaro, addit: Oretlerem, fi in Comeras -legistes fed missium facianus hominom, cuius shores, ischantiam or inoruditum faltum breuker, ex Liphanis enistolis inteditis; viuis coloribus videbimus depictis; Non vidiffo ente Pii editionem putos certe numquimo quod sciam, aduocat, et quae citat ex Die, illa sunt ex Adroramentis Pii, quae supra vidimus. Mascrii mentionem facit in praefatione ad Lectorem, et aliorum etiam interpretum, fed, superbe, nihil illorum, praeter instantiam quamdam (quod ad hunc Poetam attinet) ad nos peruenisse, suae mercis putidus jactator, et incerus judex aliorum laborum pronuntiat. Primac editioni Carrion Schelia adiecit, quae et nos integra verbis Poetae subjecimus. Sed eum codem fere tempore Gifanius emitteret collectenea fua in Lucretinm, et in illis multa sibi sublecta crederet Carrion . A. 1566. alteram editionem curanit, minori forma in 12. typis Plantinianis. In cuius ctiam textu multa mutanit, et nouas Cassigntiones adiccit, in quibus Gifanium passim inclementer excipit, et vt solene fimilis farinac homines, fua ipfi vitia exprobrat. Has Calligationes nos Scholiis eins adiocimus et intermiscuimus ita. vt caueremus, ne eadem bis lectori oburnderentur. promittit vero in bac vltima editione Carrion influm commentarium, sed quem numquam prodiisse credo. certe eius, qui meminit, neminem noni.

Post absolutum iam typis Valerium, minoris sonnas editio in manus meas venit, Rothouagi excusa A. 1614. cum Praesatione ignoti mihi viri, qui his notis nomen suum

fuum texit A. S. I. V. D. inscripsit vero Spiritin Allemandi Castelli noui Domino, et in suprema Arausiaca Curia Praefidi. Carrionis vestigia se premere profitetur, et margini eius coniecturas et varias lectiones, non raro fuis additis adleuisse iactat. Hanc nune excutere non vacat, neque tanti effe ex vno vel aliquo specimine colligo. An lateat Andreas Schottus dubito. Certe vitimus Carrionis Castigationes 1617, simul cum Laurentii Balbi notis, et fuis Andreas Schottus iuffit edi Coloniae Allobrogum, vt titulus fert, apud Efaiam Le Preux; Schotto adscribit illam editionem Barthius, qui tune Aduersaria fua scribebat lib. I. Adu. c. 17. et XIV. 6. et alibi. Valerius etiam Andreas et Alegambe in catalogum operum, a. Schotto editorum, hanc editionem retulerunt. Notae Schotti breuissimae, et omnia fere iam in libros Observationum ab co collata erant. Hace vero editio nouo titulo, qui annum 1689, et Parisiensem typographum mentitur, nobis etiam obtruditur, fed in qua nihil, nifi indicem, mutatum Lector reperiet,

Eodem A. 1617. nouam editionem in 12. curanit Influs Zinzerlingus Thuringus, IC. Lugduni in Galliis, qui et Scholia priora Carrionis fuis notis praemifit, quae editio cum rariffima sit, et in paucorum manibus verse-tur, notas Zinzerlingi etiam excudi curauimus. Conscriptae vero illae funt satis festinante manu, dum peregrinaretur, et ex prioribus notis, quas ampliores anre decennium concinnatas, fibi periisse putaucrat: sed cum quaedam recuperaffet, inde fragmenta illa lectori exhibuiffe fe dicit. Multa in iis funt, quae in Promulside Criticorum iuuenilium Lugduni A. 1610. iam vulgauerat. Hic vero Zinzerlingus fub nomine Iodoci Sinceri etiam edidit Itinerarium Galliac, vt docet Richterus in Epift. Select. 90. et Barthius eum ad Claud. I. in Eutrop. 295. et 11. 239. et ad 1. Theb. 461. et alibi, lodocum Sincerum vocat. Celeberrimus Graeuius ad Cicer. II. de Offic. 7. ciuem suum et politissimi ingenii hominem meritis laudibus celebrat. Et certe videtur ex ingenio eius coniectura capi posse, si vel diutius vixisset, vel maturiori iudicio cogitata fua castigasset, cum magnum in his literis nomen consecuturum fuiffe.

Ab eo fest tempore reffarant viri dochia steque quisgnem manus admouit Poites police dones dempertus Alordus producere infelicis ingenii foctum, A. 1630. non prubefectes gum edicionem erfi connibus palman progripore confeat Borrichine de Politis Latinio Differt, I. per fineque lecurus indicium Grenius ad Scioppii Confunct page 327. st. t. IX. Animal 690 note bona gum corum venis, in slie omnis ibimus priocessi et proprium indistum, et suctoriesen virorum idocuiffimorum. Mem commentarium eine anog artiact, vellem aftenderetur nabis, quid ex fue penu promierit group vel vaus difficiliar decus note luce illustreme, vel depranata lectio emendents. Quantus enim quantus ello impudentiffimis furtis ex priorum doctorum ferinis est compilante pulla facpe mentione corum facia, ve in prima praesitione probauimus, et hoc fam orbi literato oftendit Brouckbuffus ad Propert IL LII. 171 et Tibul. I. VIII. 46. en infe Crewins de Franchus librariis page 11, eum insen funce refert, et Brouekhusiii verbis id firmat: et nos passim etiam in notis inscitiam cius et plagia adnotatimus. Quid de cius commentario censuerit Barebius, patet ex notis ad Stat. 1. Silu. IE. 177: qui omnie confuse et cornupte produxisse, sit, partim pro fuis, partim Barthii, Vacillare ad emnia, nec fidelem etians bonunque exscriptorem, nedum ve de suo aliquid boni ad enarrandum santum auctorem conferre quiverit. Gronouium iastantiam eius castigauisse vidimus ad lib. IV. 267. Haec praemittere vifnm fuit, ne nos celumniandi et reprehendendi libidine detrahere eius nomini videri possimus: nam, quod factum nollem, inter laudatores Alardi referre cogor virum egregium, et multis meritis erga rempub. literariam commendatum, Cl. Fabricium, qui Volum. 11. Biblioth. Latin. p. 634. *) laude potius dignam eius industriam censet, quam, quod non satisfecerit omni ex parte eruditis, reprehendendum, quia non plures annos quam XXVII. natus, ediderit Poëram. Quac fane actas, fi in furtis manifestis excusationem mereretur, nescio quando hoc crimine accusari aliquem sas effet: qui enim ca actate nescit aliquid producere ex sua penu, nac ille numquam ad bonam frugem peruenier. Excusare quidem in hac actate licet minus accurate dicta, quae postea.

nie ex edit. Ernesti tom. II. p. 253. Ilart.

postea, vbi maior exercitatio et lectionis copia accesserit, emendentur; fed totum commentarium, alis fubreptum in auctorem, quem non intelligimus, impudenter congerere, quo colore talis improbitas et confidentia defendi possit, non video. Inter praecoces sacpe eruditos multos referri video, ab illis, qui bibliothecas er catalogos eruditorum praecocium magna mole conficiunt, qui certe eruditorum nomine indigni funt. Quis enim hodie, fi enumerare velit cos, qui ante annum vigefimum Doctoris titulis et infignibus ornantur, non ingens volumen quotannis extruderet, et ephemeridas praecocium conficeret: fed qui fere omnes inter rudes et indoctos, qui Rudia cruda propellunt, ellent numerandi, ca enim peftis studiorum hodie graffatur, vt pueros omnium rerum imperitos, immo ne Latinae linguae quidem gnaros, doctorum praemiis honeftari videas. fed de his guerendi locus hic non eft. redeamus potius ad Alardum, cuius cauffam apere ante biennium quoque Nicolaus quidam Alardus, et gentilem faum contra Brouckbusii calumnias, vt vocat. defendere tentauit, in decade Alardorum p. 27. fed et infeliciter, et fimul fraudulenter. Accusatori, vt vocat, enim Belgae opponit Belgam defenforem, Hugonem Grotium, qui eadem commentandi methodo in annotatis in Nouum Testamentum vium se esse faterur. Bone deus! quam bene comparatum Alardo criminis focium! fed amifimus hodie vera rerum vocabula; nam qua fronte, nescio, adseuerare ausus fuerit hic Alardus, Grotium omnia fua ex aliis compilaffe, idque confidenter ipfum Grotium profiteri, in verbis annotationibus praefixis, adfirmare suffineat. Quae hace impudentia? folis Alardis, credo, frontis tam expudoratae, et crubescere nesciae esse licet. Fatetur quidem Grotius se profecisse ex omnibus, qui ante fe in N. T. commentati funt, fed abstinere corum nominibus propter inuidiam et factionum studia, quae eo tempore feruebant, et quia volebat inferuire omnibus Christianorum sectis, addit vero vir magnus, et merito Principibus Literatorum adnumerandus, ie tamen nibil protulife ex aliis, quae probabat, quin nouis argumentis firmimerit, in quibus vero in alia omnia ibnt, rationes, cur id faceret, diligenter adscripsisse. Hoc si vocari possit furem literarium esse, nemo huius criminis absol-.vemr.

vetar, qui post alios sibi in quemcumque auctorem commentarios scribendos sumet, et qui, vt licet et decet, semper priorum dicta vel nouis rationibus probat, vel certis argumentis refutare solet. Denique vnus ille Nicolaus Alardus repertus est post ea, quibus orbem illustrauit magnum illud lumen, tempora, qui Grotium, at quem virum! tam infamis plagii reum ausus fuerit agere, et cum tali heroë ineptum illum magistellum componere. Grotium quaedam mutuatum ab aliis nemo inficiatur. fed hoc omnibus commune eruditis. hic vero agitur de commentario, in quo nihil vel paucissima ab auctore profecta, sed dissimulatis sere auctoribus, omnia a capite ad calcem furto et plagio sublecta esse deprehenduntur. Haec labes a Grotio, et ab omnibus ingenuarum artium cultoribus longe abest. Alterum vero ridiculum est. quod addit, Crenium Brouckbusii sidem dubiam iam dudum fecisse. nec hoc verum. nam in illa de Furibus Librariis differtatione, Brouckhusium vocat Crenius, onmibus laudatissimum auctorem et amicum suum, nihilque in eo culpat, nisi quod furtum Alardi ex Canteri lib. III. Nouar. Lect. 26. non reperisse se adfirmet in sua editione Basileenfi 1566. fed haec Crenii, non Brouckhusii culpa. si enim inspexisset tertiam editionem Canteri Nouar, Lectiou num apud Plantin. 1571. vidisset librum tertium non vndecim, sed vno et triginta capitibus constare; et si hanc editionem videndi copia non fuisset, saltem Facem Criticam consulere debuisset, in quam Canteri librum ex tertia illa editione expressum, tomo III. reperire potuisfer: hoccine vero est fidem Brouckhusii dubiam facere? sanae mentis nemo ita colligeret; quid enim? an co in loco, vbi amicum suum vocat Brouckhusium, simul eius fidem in fuspicionem Crenius vocaret? apage hanc mas lignam verborum interpretationem. Alterum furtum ex Parrhasii commentario ad Claud. III. de Rapt. vers. 347. in finis codicibus reperire se non potuisse Crenius addit. Atqui ego totidem verbis, quibus produxerat Brouckhufius, illud deprehendi in editione Basileensi 1539. commentarii Parrhasiani pag. 251. nisi quod (ingenue enim agendum est,) non videam Parrhasium, errore memoriae, Propertii distiction Ouidio adscribere, sed vero auctoris hace duo funt, quae ad Brouckbufii verba notauit Grenius. ſed

sed nullum verbum addidit, quo vel Brouckhusii sidem dubiam faceret, vel crimen plagii ab Alardo repelleret. et tamen haec a nouitio illo Alardo, priore, ve videtur, adhuc indoctiore, sed impudentia non minore praedito. fine vllo pudore orbi literato obtruduntur. Rectius ergo Lampertus ille, qui se ecclesiastico muneri sacrauerat, feciffer, si Poëtam nostrum, vix viris, qui omnem in bonis literis aetatem contriuerunt, intellectum, reliquiffet intactum, et perorando, disputando, docendo etc. famanz fibi apud plebem vrbanam in Germania sua parasset. Ad excusationem praeterea inuenilis actatis, qua Cl. Fabricio as viitur, quod attinet, ca certe patrocinari huius literarii furis alteri opusculo non poterit, quod sexto, post edirum in Flaccum commentarium, anno prorulit, narus iam annos tres et triginta. Inscripsit autem illud Epiphyllides Philologicas, quae totae cuiam collectae ex aliorum scriniis, nihil habens, quod eruditos viros tenest aut docest. Sed haec non funt huius loci, et relinguamus fures et corum patronos iratis suis geniis. Adiccit Alardus etiam notas Christophori Bulaei, non magni quidem illas pretii, sed quae breuitate sua obtinucrunt, vt eas in agmen et turbam variorum coniccerim. Fatetur iple Bulacus, se in gratiam Alardi sui, quem praeconiis inepris extollit. vt mulus mulum, (vid. ad lib. II. 583.) has notas destirutum omnibus fere libris, practer Virgilium (vid. ad lib. VI. 261.) scripsiffe: quod si credere licet. memoria ipli firma tenaxque plurima suppeditare debuit. nisi illum ante in chartam coniecta digerere modo instituitse credamus, in notis suis saepius nos remittit ad alias a se elaboratas in Cassium Parmensem, quae an prodicrint nescio. vid. ad lib. I. 99. II. 562. IV. 87. et alibi. Quale vero Poëma intelligat, ignoro. nam Cassi Parmenfis, praeter pauca fragmenta nihil exftare, noui. Orpheus vero Cassii, quem Achilles Statius ad Sueton. Rhetor. cap. vlt. produxit, spurius habetur. vide Voss. de Poëtis Latinis Cap. II. Cl. Fabricius Biblioth. Latin. lib. IV. c. 1. dicit, occurrere cum Nath. Chytraei commentario ad calcem Galatei, a Casa scripti, et a Chytraeo versi. sed duo vidi exemplaria, praescrentia annos 1519. et 1537. ex officina Wecheliana. fed in neutro Cashum inueniri pomi, quem Supplemento II. p. 266. separatim prodiffe Fabri-

Fabricius testatur. Praeterea s'carere voluit Bulacus culpa, qua Alardus se infamem fecit; nam aliena scrinia compilare fibi religionem effe dicit ad lib. 1. 331. qua deprecatione en omne plagii crimen sit amolitus, nunc exquirere non vacat. possiffet fortaffe Bulaeus magis elaboratas nobis notas dare, fi antiquarum editionum ipfi copia fuiffer; sed solam Alardi editionem vidisse, vel potius excusa quaeque folia ipsi fuisse transmissa, ad quae notes fuas concinnaret, suspicari me indicaui ad lib. VI. p. 446. Adiecit etiam editioni suae Alardus notas lob. Weitzii, qui plurimos Poëtas cura sua dignatus est. non agemus multis hic de huius Viri meritis; hoc vnum notaffe contenti, diligentiae notas eas effe maioris, quam iudicii, et filuam materiemque potius commentario elaborando, quam commentarios ipíos praebuisse. Nudam enim fere similium locorum, a veteribus et nouis scriptoribus in camdem sententiam prolatorum, copiam continent; in hoc laudabilis viri diligentia, quod fi quid in aliis operibus viri docti ad verba Poëtae nostri illustranda contulerint, id monere non neglexerit. quare nos paucissima ex eius notis excerpsimus, quae lectori monstrare viam ad indagandum, quid alii sentiant de hoc vel illo loco, poffint.

Constituerat etiam Gerardus Voshus, magni Vossii filius notas in Flaccum emittere, sed in prima actate, spe illa per mortem immaturam praecisa, non impleuit desideria doctorum; neque praeter notas in Velleium Paterculum, eum, dum viveret, quidquam emifisse noui. Sed reliquiffe in Cenforinum et Valerium Flace, heredibus notas testatur Tollius in oratione, qua patri Vossio iusta persolvit. Quae ignorare non potuit Celeberrimus Graeuius, cum ipse a Vossiorum heredibus acceperit has in Valerium Fl. notas, milique, ve publici iuris facerem, olim tradidit. Et tamen tamquam ex Graenii ad Nicafium epi-Rola eruditi Ephemeridum Parifiensium auctores t. XIX. A. 1691. p. 550. promittunt, breui prodituras Vossi Patris in Valer. Flaccum et Censorinum notas, decepit eos forte praenomen Gerardi, patri et filio commune. Hae notae meliori iure patrocinio illo, quod Alardo accommodanie Cl. Fabricius, egerene, quia a primae pubertatis iunene (obiit enim primo et vigesimo actatis anno, qua

detate etiam frater cius Dionyfius, ertiditissimus iunenis Patris spem decepit) scriptae limam illam, quae a plemae aetatis viris adhiberi solet, non reserunt. Ne tamen perinet tam praecocis doctrinae monumentum, inter doctorum virorum labores etiam illis locum concessi. accusat hunc iuuenem, iuuenilis considentiae, in notis subcrudis in Velleium Crenius t. xv1. Animad. pag. 272. qui tamen, vt videmus, Alardi operae palmam praebet in editione Valerii curanda; atque ille sex septemue annis maior edidit suas in Flaccum emendationes, ideoque minus shoc patrocinio et laude dignus debebat videri, quam Vossius, qui in tam tenera aetate virorum eruditorum

praeconia retulerat.

Ab Alardi temerario aufu neminem noui, qui ad Poëtam illustrandum accefferit. quod merito miretur quis, cum intra seculum, quod viuimus, nullus fere exftiterit auctor, quin commentatorum turba fuerit obrutus. Farmabii, Schreuelii, Minellii et nescio qui e turba paedagoigorum, typographis quotidie mercenarias suas operas addicentes, nullum non Poemm, Historicum et Oratorem contaminare erubuerant, sed a solo Valerio Flacco manus cohibuerunt, nec ipfi illi heroës, et interpretum principes, qui in vsum Delphini tot chartas perdiderunt, Valerium Principi suo planiorem reddere voluerunt. sed prudenter et caute ad alios et faciliores operam fuam transrulere: deterruit enim, credo, omnes difficultas, et au-Ctoris nostri minime obnius semi-eruditis sensus. gnus hoc vate interpres erat Nicolaus Heinfius, qui inter Poetas natus, et in facrario omnis politiae et eruditionis educatus, tot vulnera antiquis feriptoribus imposita fana-De eius cura et studio erga Valerium ipsius praestio lectorem docebit; ex qua patet, notas olim ab co iam conscriptas, furto ipsi fuiffe subreptas, et cum secundas curas iam adornasset, verbis Poëtae, quae excudebat Plumerus bibliopola, addendas, morte illius ipsam edizionem interruptam, eique per H. Werstenium supremam manum impositam, et sine adnotatis emissam Ann. 1680. Quae edicio quidem priores multum fuperat, quod verba Poëtae emendatiora exhibeat, quo nomine eam laudat Ill. Spanbemius ad Callim. Hymn. in Dian. vers. 221. fed temen negligenciae operarum manifesta saepe vestigia often-27:238

ostendit; de qua supinitate, quotidianis sere querelia, amicos suos satigantem Heinsium in Epistolis egregiis, quas breui luci publicae donabimus, videre licebit. Quarte cum mihi ad scrinia Heinsiana, quae hereditatis iure transierant ad amplissimos Goesios, et eorum assinem Cruscium, Fratrem mihi honorandum, aditus esset sactum annotae Heinsianae in manus meas venissen, eas edendi impetum cepi, eoque munere orbem literarium auxi. A. 1702. quas viris, in literis nomen magnum habentivous, gratissimaa venisse multis indiciis deprehendi. illa vero minoris sormae editio, renonata tantum priori pargina, mentitur etiam annum 1720. sed eamdem esses dubitantes de hac typographorum fraude, Eruditi Parisienses recte iudicauezunt.

Ab eo tempore, captus ipse Poëtse ingenio et eruditione, nihil practermisi laboris et industrise, qua in abditos Poëtae sensus penetrarem, et faciliorem iucundio. remque eius vsum mihi et lectoribus facerem. et cum omnes, quas nancisci licuit, editiones conculissem, has in Poëram eximium notas tandem elaboraui, non vno spiritu et continua contentione, sed vbi ab aliis negotiis otium concederetur. An ex voto successerit eura, aliis diitta dicandum relinquo, qui non magnifice de meis contribus sentire soleo, et si quid voluptatis ex noua et vere obscuri loci interpretatione perceperimy non minus adhud doloris capio, quod tot deprauata et difficillima Poetae nostri carmina nondum post tot curas aut medirationes licet longas, a me intellecta, felicioribus et dochioribus enodanda relinquere coactus fuerim. Id vero in primis operam dedi, ne temerarii Critici notam fustinerem, aut coniecturas leues es incersas (quo merbo Heinsbum saepo laboraffe negari non potest) lectori obtrudesemi; fed quo tiescumque vulgatae ante lectiones commodam explibat tionem reciperent, cas servare et allustrese maluerime Sed bacc, vt omnia nostra, lectorumitudicio permittimas, confeii laboris et moleftiarum; quasim hoc auctore experti fumus. Subfidia vero, quae mebis ad manum fuere, non multa fuiffe, faceor, praction enim editiones modo enumeratas, ques, practer duas aresus antiquisti mas, ante oculos semper habuimus, et recilationes Miss. codicum, ques Heinlins consuluis, anda dicuit multum auxilii f 3

auxilii ab ahis codicibus petere, cum in bibliothecis, etiam inftructissimis, raristimi fint, vt ex Heinsii praesatione liquet. Vnum adhibuimus, sed neque vetustum, neque valde accuratum, cuius vium ante viginti annos quidam nobis concessit, et ex quo varias quasdam lectiones excerpsimus. Alterius excerpts ad nos misit praestantistimus Vir, Dominicus Ferrarius, qui Londini curam agit instructissimae bibliothecae, quam rarissimis libris, vndique collectis, ornauit vir Illustris Thomas Coke, cui eo nomine me multum deuinctum effe profitcor. Variantes etiam lectiones, sed paucas, manu Theodori Graenii, amici olim et sodalis nostri iucundissimi, et Magni Praceeptoris filii, ad oram editionis Heinsianae adscriptas habuimus, sed unde illae sint petitae, ignoramus. omnes vero, praeter codicem illum venerandae vetustatis, quo Pius vius est, ex Germania illatum, videntur post Pii et Maserii editiones reperti suisse. Nam Aldum diuersum a prioribus habuisse codicem ex variis locorum plurimorum lectionibus apparet. Superesse adhuc codicem antiquum Neapoli, quem in Bibliotheca Iosephi Vallettae vidit Montfauconius, docemur ex eius Diario Italico pag. 306. Alios codices nostri Poëtne non inueni memorari, licet eredam in quibusdam bibliothecis exemplaria alia, sed pauciora, quam aliorum Poëtarum, exstare. Nam et Maserius in fine commentarii quatuor se codicibus adiutum profitetur, qui quo abierint ignoro. Idem recensum ibi agit Virorum doctorum, qui ante se Valerio interpretando fe accinxerunt, partim quaedam loca eius in aliis opusculis illustrantes, vt Sabellicum, Politianum, Parrhafium, Pium in Adnorationibus, Baptistam Egnatium, et alios, quorum et nos sapra meminimus, partim qui commentarios promiscrunt, ve Danielem Caietanum, et Volscem, sed quorum nihil ad Gallos praeter inchantiam peruenisse scribit. Praeter illos vero a Maserio memoratos vidi et Dominicum Marium ad Ouid. I. Amor. VII. 52. promifife commensarium in Flaccum, quem etiam intercidiffe puto. Post Makerium Mich. Piccartus manum admovere Valerio etiam meditabatur, vt ipse in praesatione Periculorum Criticorum nos docet, in quo libello etiam locum vinum et alterum Poetac emendat, adiutus codice Erfurtenfi, vt et Heinfius in praesatione sua monuit. Barthius ctiam etiam ad Guiel. Briton. lib. XI. 366. meminit commentarii fui in Valerium Flaccum, quem adolescenulus conscripserit. Clarissimus etiam Fabricius Bibl. Graecae lib. I. cap. 18. loannem Viricum Meurerum Brancosurti ante aliquot annos Valerium Flaccum vulgavisse testarur, quam editionem nec vidi, nec ab alio quoquam memoratam legi. Memini quidem, me Vitraiecti vidisse olim Meurerum quemdam, qui e Gallia et Anglia redax, ad me intuisebat, et magnisse promittebat, se corpus Argonauticorum Poetarum editurum, sed ab eo tembore (essuxisse fere (viginti quinque et sorte plures annos paso) nihil nec de homine, nec de eius scriptis inaudiui, neque in Ephemeridibus aut actis cruditorum eius mentionem vilam sieri reperi. Quare sorte Cl. Fabricius prosacio accepit, quod numquam praestitum suit.

Sed iam te verbosa satis et longa praesatione moratum, Lector, me effe vereor, nondum tamen ad Poëtae ipfins lectionem properare vtile studiis tuis credo, nisi antea iples Heroas, qui expeditionem hanc susceperunt, cognoveris. Et licet facile labore eos recensendi supersedere potniffem, et ad Mythographos veteres, qui eorum catriogum confecere, remittere licuisset: molestum tamen et medii plenum hunc quoque laborem non subterfugi. Videbam enim Editionibus Carrionis, et Alardi adiungi Argonautarum catalogum ex Orpheo, Apollonio et Valerio Flacco concinnatum, quem et ex Pindari Pyth. IV. Hygino Cap. XIV. et Scatii lib. v. Theb. et Senecae Medes in choro Actus III. et aliis veteribus illustrare pomis-Simforem criam in Chronici fui parte II. pag. 33. ex Apollonio, et Thom. Galleum in notis ad Apollodori Biblioth. pag. 26. Apollonio memoratos recensuisse, et practeritos Apollodoro notafie, sciebam. Sed dum hos omnes catalogos inter se comparatos perpendo, subito impetum cepi, accuratiorem ex omnibus his et aliis scripteribus conficiendi, statimque fabulosis et tenebricosis miquissimi acui tenebris ita me immersum sensi, vt vix in lucem emergendi spem viderem. Neque enim in aetatibus Argonautarum vllam rationem temporum constare, neque in stirpe et stemmate deducendo ordinem ipsum naurse congruere videbam. nam et huic militiae adscribi videbam Heroas, qui per naturae leges et ordinem fati

EXXXVIII PET. BURM. PRAEF. II.

eo vsque vitam extrahere non potuere, vi aliis ab hac expeditione remotis Heroum militiis nomina dediffe narrari deberent a Poëtis et Mythologis. in idem etiam tempus auos et nepotes coniici, confanguineos actate longe inferiores prioribus vt aequales adiungi, concoquere vix pofse videbar, hinc non nudum catalogum sufficere, sed de fingulis accuratius agendum censebam; atque ita sensim mihi hic, quem Praefationi, vt necessariam appendicem, adiungi volui, Catalogus natus est, quem ordine literarum dispositum exhibere vtilissimum credidi, vt non modo continua lectione eius frui possit lector, sed quotiescumque de aliquo corum, dum Poëtam hunc vel alium idem argumentum tractantem versat, edoceri velit, eo recurrere commodius queat, quam si secundum Flacci ordinem enumeraffem: quem si sequi voluissem, euolvenda semper magna pars catalogi suisset, vt ille, quem quaereret Lector, inneniretur, et tamen placebat facpe animo Valerium sequi, quia illum Argonautas ita ordinasse per paria credebam, vt vno ordine ad remum sedentes iungeret, ita enim Telamoni et Herculi principem attribuit locum, huic dextrum, illi laeuum latus nauis adfignans, et deinde Afteriona et Talaum componens, reliquis omnibus ordine suum adscribit locum, donec ad nouissimum remigem Idam peruenerit. Tunc enim eos recenset, qui a remigandi quidem munere vacabant, sed ad alios vsus erant destinati: qualis fuit Lynceus, qui acutissimo visu exploraret et terras et astra, doceretque Tiphyn, quantum illa distarent, aut propinquiora effent. Calais et Zethes velis ministrare inbentur; Orpheo celeustae partes imponuntur; Iphiclus vt rector et monitor inuenibus apponitur; Argo cura nauis committitur, et tandem Tiphys clauo praeponitur. Quae Argonautarum ordinatio ingenium etiam Poëtae nostri declarat; sed Lectoris commodum et vtilitas aliud fuasit, quem laboribus nostris et curis fautorem beneuolum fore vouco et precor. Leidae Kal. lanuariis CIo Iocc XXIV.

CATALOGVS ARGONAVTARVM

EX ARGONÁVTICIS

SCRIPTORIBVS COLLECTUS.

CASTVS. *) Peliae, regis Theffaliae, filius ex Anaxibia (fiue vr alii, teste Apollodor. lib. 1. p. 36. Philomache) Biantis filia. Qui Bias est Amythaonis filius, ille autem Crethei, hic vero Aeoli, ex quo et Pelias descendebar: filius enim Tyrus, filiae Salmonei, (qui Crethei frater et Aeoli filius erat, licet Diodorus Siculus lib. IV. p. 188. faciat filium Hellenis, Aeoli nepotem) et Neptuni. erat frater vrerinus Aesonis," qui ex eadem Tyro et Cretheo erat natus. Ab Erymologici M. auctore dicitur marile Aduffelbee, cum fuerit eius frater, nifi locus fir corruptus, et legendum, "Ausree olde Πελίω, πατρός τε 'Αλκήτιδός. Nam id iple locus Euripidis, quem adducit auctor, ex Alcestide vers. 732. indicat, vbi Mind) dicitur. et Scholiattes confirmat. Hic inter Argonautas refertur ab Apollonio Rhodio lib. 1. 224. Hygino fab. xIV. et nostro Poeta. omittitur vero ab Apollodoro et Orpheo. Poëta noster lib. 1. vers. 163. et 484. eum a lasone persuaium, inscio patre Pelia, addidisse se Argonautis, cum iam solucient nauem, narrat, et suisse primae actatis iunenem, qui duce lafone primos virtutis bonores carpere atdebat. Adicribit tamen eum venatoribus Apri Calydonii, simul cum Meleagro Ouid. vitt. Met. 306. vbi iaculo insignis Acastus dicitur, quam tamen venationem priorem fuiffe hac expeditione. multi statuunt. sed pares in fabulis anachronismos plurimos in hoc Catalogo videbimus: et huic similem infra in Peleo, sed venatus ille Apri reuera' posterior fuit: nam in illo perierunt quidam Argonautae, vt Ancaeus, Eurytion et alii. Redux ab hac expedirione dicitur duxiffe Hippolyten Hippolyti filiam, quae ab aliis Cretheis dicitur. vid. Pindar. Od. Nem. 1v. 92. et ibi Scholiast. **) sed hoe vltimum Patronymicum est; nam Od. Nem. v. 49. Key9yle 1##0-Abra dicitur. Hane Magneffam Hippolytem vocat Horat. 111. od. 7. vbi interpretes quidam ex Scholiaste Piadari eam proprio nomine

XII. 2. descripsit: vnde cum ed Acasti vxorem Asydamiam vocat, quod etiam facit Hesychius, w pluribus docet Verheik ad Anton. Liberal. Metamorph. c. 38. p. 257. Hati.

^{*)} Rex Iolci, quae erat Magne-fiae, fed a Peleo deinde adfertae The faliae. Pindar. Nem. Od. IIII. 88. (qq. et Verheyk mox laudan-dum. Harl.

**) Adde Schol. Arift. Nub. V.

• 59. qui Apollodorum lib. III.

Cretbella, led'a patre Hipperffedir dictam notant, ab Apollodoro eliam Astydamiam, a Suida Atalantam: Gallicus interpres etiam Polydamiam dictam a quibusdam scribit, quod vnde habeat vellem adscripsisset. Astadamiam vocat certe Apollodorus, vt in Peleo videbimus. Atalantam vero vocat certe Suidas, sed perperam: nam in Fragmento, Nic. Damasceni, and legitur in excesptis Peirescianis, nomen hoc non legitur, fed simplicititer incipit, 850 4 Audes word etc. fine nomine proprio. quare nos statuimus proprio nomine vocatam Hippolysen. scd Cresbeida distum, quia ex Cretheo descendebat. sed quis pater eius Hippolytus fuerit nescimus: inter Crethei enim polteros neminem co nomine reperimus, nec lafonis fratres vsquam reperi, cum vnicus fuerit Aesonis filius, sublato altero, in prima aetate a Pelia, vel eius ministris, filio. vide nostrum lib. 1. p. 823. quem Promachum vocatum constat. sed inuenimus lasona habuisse serveen Hippolyten apud Schol. Apollon. 1, 286. quae forte fuit haec Acutti vxor, et inde iure Cretheis potest dici, quia Aesonis filia, et Crethei neptis fuit. Porphyrion vero ad Horatii d. l. dicit hane Hippolysen tradi, nuptam fuisse Eurypyle. vbi quem Eurypylum intelligat nescio, cum diversos suisse viderimus ad Ouid. v.i. Met. 363. et xIII. 357. certe ante Acasti nuptias Erzypylo nupfille debuit, cum fimul cum Acasto fuerit a Peleo occisa, yt infra in Pelco videbimus. Maserius Vxorem Acasti notat a Suida Atalansen dici, filiam Hippolytes, quod vitimum ego in Suida non yidi. forte error Suidae inde natus, vel verba prima turbata, quod Aftydamia, vxor Acasti, inciderit in amorem Pelei, dum cum Atalanea in ludis Peliae decertat, vt Apollodor. lib. 111. cap. x111. 6. 2. Ex Acasto nata fuit Laodamia, Protesilai vxor, ve tradit Hyginus fab. 103. et 104. et hinc Laodamia apud Onid. x 111. Epist. 25.

Vix focer Ipbiclus, vix me grandaeuus Acastas, Vix mater gelida moesto refecit aqua.

vbi dubitari potest, an noster Acassus intelligendus, qui ad Belli Troiani tempora peruenisse non videtur, vt iam rede notauit Antonius Volscus; sed non oftendit tamen, quis ille Acassus fuerit, fed in eam sententiam venisse videtur, quia matrem Laodamiae, non Hippolysen vel Aflydamiam, sed Laodosbeam dictam reperit: quam vnde petierit, non indicauit: forte ex adscriptis codici suo glossis vel scholiis, ex quibus primi illi Poetarum interpretes, vt Domitius, Raphael Regius et alii, saepe bonam notarum suarum partem descripsere. Certe et Acastus hic, et Landothea mihi incogniti funt. sed fi alius fuerit, ctiam Thessalum fuisse Acastum illum credo, vt et erat Protesilaus. quosdam tamen credidisse Acastum ad Troiani Belli tempora superuixisse, et a Peleo, qui eius vxorem occidit, expullum regno, deinde iterum illud recuperaffe, eie 20 iterum Peleo, ex Euripide Troad. 1126. pater, qui ideo Neoptolemum fiue Pyrrhum, Achillis filium, properafle reditum versus Phthium refert, quia audiuerat, Acastum pepulisse regno auum Peleas quae non cepit nuperus editor Barnesius, et contraria Euripiden aliis tradere credidit. Hie etiam Acastus Patris Peliae in honorem instituit ludos funebres et agonem, quos saepe a pistoribus er artiseibus expressos memorat Paulan, vt lib. 411.18. v. 17. vt. 20. -1-1

hes Argians vocat Hygin. fab. 273 in ilsque, qui vicerunt, enumerate plusimos Argonautas. vide in Calai. ipfius etiam Acafi imaginem, peaeter Argonautas reliquos, maxima cura pinxir Micon, et eius eques, teste eodem lib. 1. 18. de morte Acafti nihil certi reperi: mm quod Morerius eum a Peleo occisum narrer, citetque eam in rem Supplementi Austor Apollodori librum 111. ibi nihil de

eins morte legicus.

ACTOR. hoc nomine plurimi in mythico seculo Heroës memorantur"), quos hic enumerare nihil aninet. quosdam recensuit Berthius ad Statia lib. VIII. Theb. 152. et Mezeriacus ad Epistol. Oudii primam. p. 38. Hic vero, qui ab Hygino et Apollonio adnumeratur Argonautis, ab aliis omiffus, dicitur fuiffe Hippafi filius, et Peloponnefius: duo vero Hippofi memorantur ab Ouidio. Vnus inter focios Meleagri in venatione apri Calydonii lib. viti. Met. 313. qui ab Hygino fab. 173. dicitur Euryti filius. Alter inter Centauros lib. x11. Metam. 352. in qua pugna Centaurorum et Lapitharum etiam memoratur Eurytus, omnium Centaurorum saevillage ab codem Poëta verf. 220. Potuit ergo verque ille Hippafer vous et idem fuiffe, qui eum patre simul contra Lapithas pugnavenir, et folius contra aprum abiit: veraque enim illa expeditio iuvene Nestore contigit. sed cum nihil hic certi videam, nihil quoque adfirmo, memoratur et Hippafus inter filios Pelopis a Schol. op. Orest. 5. et ita recte Peloponnesius effet, vide infr. in Sphise. Sed alins ferupulus iniicieur ex eo, quod Augene frater dicarur hic After Apollodor, lib. 11. pag. 112. Augeas vere filius 'HASE. quod imperite interpres reddidit, filius Helii apud eumdem lib. 1. p. 42. cam vertendum fit filius Solis : vt rece Allatius in Anonymo de x11. laboribus Herculis cap. 5. pag. 329. vbi Graece, nate 'HAI's, et als Apollon. Rh. 1. 172. 'Healese, vbi Scholiastes notat, eum quidem valgo dictum fuiffe Solis filium, fed reuera fuiffe filium Phorbantis ex Hyrmine, Melei filia. et Pausan. lib. V. 1. dicit male quosdam run Haste, Elei filium facere, cum fuerit 'Hale, Solis, vbi etiam Affore indigenam facit Elidis, et filium Phorbantis. fi ergo frater Aftoris Angens fuit, Actor etiam filius Phorbantis debuit effe; fed Pherbantes etiam ditterfi memorantur a Mythologis. Phorbas Olenius fuifie viderur: nam Eustathius ad Homer. Iliad; 614. dicit Phorbanes ex Hyrmine (quam Schol, Apoll, Nelei filiam facere modo vidimus) Alestoris sorore et Epei filia suscepisse Augean et Allers, et ex Allere, natos Cteatum et Eurytum. Phorbantis eriam filium facit Hyginus, vt in eo videbimus. Phorbanta veso erigine fuife Lapithae filium et Orfinomes, et concessisse Olemen, et ab Aletore Elidis rege in consortium regni adscitum memorat Diodes, Sic. lib. IV. pag. 189. et huius meminit Ouidius in Lapitharum pugna lib. #11, Met. 322. postes transit in Rhodan, vhi, infula a ferpentibus purgata, pollea tina 'liquitat rinat, tefe endem Diodoro pag. 228. vbi aperte Lapithae filius, et in Thefalia morarus, fedes quaesinifie certas, vbi confideret, dicitur. sed Meursus de Rhodo lib. 1. cap. v. de hac Historia agens, illa verba ex Dienysii cestimonio omittit, et Triopae filium fuife statuits

⁹⁾ Confer Verheyk ad Anton, Liberal, B. 256, Harl.

tuit, ex Hygini Poëtico Afronomico: et eum Carem fecit: vade apparet veteres confudifie plures Phorbantas. Nam et Triopes plures fuerunt. et inter eos etiam Thesialus, vt et Phorbas erat; nam Perrhaeborum tyrannus fuit. vid. Berkel, ad Steph. de Vrb. in Migot. et Triopas inter filios Solis a Scholiaste Pindar. Olym. vii. 131. et a Tzetze Chil. iv. 137. pag. 65. memoratur, vt et noster Affor ex Sole progenitus videatur, et ita ille cum Phorbante eamdem originem habuit. Quidquid in has ambagibus fabularum stangendum sie, mihi cecum est, Apollodorum et Hyginum, qui soli Allora referunt inter Argonautas, illum confudifie cum Allore Centauro, Hippafi filio. quos verosque noster Poëm memorat lib. 1. 146. et 148. quamuis inde certi nihil possit essici, an Actor fuerit Lapitha, an Contaurus, verosimilius ramen Lapitham fuisse puto, quia Clanis Centaurus eum interfecit, iam etiam Schenelus, de quo Valer, Flac. lib. v. 90. Actorides dicitur ab Apollonio 11. 913. fed qui dinersus ab illo, qui ab Eustat. ad Dionys. Alex. 484. Cometae filius dicitut, de quo infra in Afterione videbimus.

ACTORIDES. hunc quoque aliqui in Catalogum Argonautarum retulerunt, et in editione Carrionis ex Orpheo memoratur. ceree Orpheo lib. 1: vers. 136. Astorides cum Corono memoratur. Va-

lerius quoque lib. 1. 407. canit,

Linquit et Alforides natum Chironis in antro.

Sed de Valerio parum laborandum, ille enim fine dubio ibi Menertium, Actoris filium, intelligit, qui filium Patroclum Chironi commendar, per absentiam suam educandum et erudiendum: nam sub eo magistro cum creuisse, etiam tradit Statius 1. Achil. 174. et Afterides dicitur etiam ipse Patroclus ab auo suo Ouidio x111. Met. 273, et 11. ex Pont. IV. 22. sed de co infra in Menoscio agendum erit, sed major labor in Orpheo, qui certe Actoriden diversum facit a Menoerio: cum enim eum recensuisset cum Corono vers. 1361 deinde dicit Menoerium etiam accessisse Argonautis ex Opoente. ita vt ille animo suo diversum a Menoetio Astoriden conceperit; mis memoria lapíum fuifie statuamus. Actoris vero, de quo modo egimus, nulli filii occurrunt, nisi Cteatus er Eurytus, quos omnes fere Mythologi agnoscunt, vid. Apollod. 11. cap. VII. 5. 2. et Ouid. VIII. 387. et qui Molionidae etiam dicht. vide Periz, ad Aelian. Iv. 5. et Schol. Pindar. x. Olym. 30. sed eorum neuter huic militiae nomen dedit, praever hos etiam Astoris filium vidimus modo Sebenehum, sed ille iam occiderat ante hanc expeditionem. Eurytion etram, Menoetii frater, Actoris fuit filius Schol. Apoll. 1. 71. fed ille etiam feorim Valerio memoratur 1. 378. et de eo postea agemus. quare apud Orphea non patronymica forma Attorides capiendus, sed ve nomen proprium, quem vnde habuerit nos ignoramus. fimile nomen mox occurret, Aethalides.

ACTORION. hunc in Catalogum refert Carrion ex Orpheo, qui verf. 177.

'HAGES 3' 'Asregiere "IAE wait, 'Asregieres.

whi Eichenbachius cecte quidem emendauit "198 wait, nam Actoris
filii ecane Menoetius et Irus.") vade apparet, 'Assegiese effe patronymicum.

^{*)} v. Anton. Liberal, p. 254, feq. ibique Verheik. Harl.

nymicum, et idem esse, quod Aurestat. sed non animaduertit, inconcinne dici Asteriana esse filium Asterianis. quas luderet Poèra in duplici vocis eius vsu, vt primo loco esset nomen proprium, altero esset patronymicum. Illustr. Spanhemius ad Callim. in Gerer. vers. 78. vbi memoratur Polyxo, mater Astorionis; hunc Argonautam intelligi eredit, quem tamen ab Hygino et Apollonio nom Iri silium, sed Hippasi dici murat: consundens Astoriona cum Astorie, de quo egimus. Verum ego puto locum Orphei corruptum, et quia ille inter Argonautas non memorat Eurytiona, quem alii recensent, tegendum puto,

"HAUSE &" Eugerfur "IAN wale Arregiuves,

nam Eurysion erat lei filius, itte voro Actoris, frater Menoetil. reid. Schol. Apollon. 1. 72. et infr. in Eurysione. Graecos vero patronymica lea slectere notum est. et ita Tzetz. Chiliad. v. p. 79. Eteatum et Eurytum Actoris silios vocat Aktorismus. et Homerus

Eurytum Actorionem vocat III. B. 621.

ADMETVS. memoratus Apollonio, Valerio Flacco, Hygine, Apollodoro, Orpheo, er Statio v. Thebaid. 435. Rex Pheretis notissimus, et qui lasoni coniuncrus senguinis vinculo ex Chretheil dis erat. filius enim Pheretis, et nepos Crethei, ita vt effet patruelis lasonis. Aeson enim et Pheres fratres, vide Pindari Pyth, IV. p. 224. mater eius Perichymene dicitur ab Hygino, Minyae filia, (vt recte correverunt viri docti) ex Theffalia monte Chalcedomo. Ita etiam vocat Tzetz. Chiliad. 11. 53. fed Micyllus eam Clymenen vocandam effe voluit. de qua in lasone videbimus, er lphiclo: duxit exorem Akeftida, Peliae filiam, Acasti sororem, quae nota pictate, pro viro obiit voluntariam mortem, ve patet ex omnibus Mychologis, et Alcestide fabula Euripidis: vide Barth. ad Stat. vs. The baid. 332. Hyginus verb fabula CCLVI, ipfi dat Theonoen, Thestoris filiam. plura de Admeso vide apud Mezoriacum ad Ouid Epift. Oenones p. 449. fed quae Argonauticam expeditionem non toedant.

AETHALIDES. nomen proprium, lieer formam habeat patronys micam, ve observat Scholiaftes Apollonii. quam male Bebaliden erprimunt apud Hyginum. Mercurii et Eupolemiae, Myrmidonis flize, flius, Lariffaeus, Orpheus verf. 131. qui in Alope natum effe dicit. Apollonius vero lib. 1. 54. natum ad Amphrysum fluuium canit, cum Alopae habitauerit. Valerio nostro ab arte sagittandi celebratur lib. 1. 436. ab Apollodoto omifius. Apollonius eriam lib. 1. 64. vt afgeren, (Mercurii enim filio rece hoc munus mandari poterat) missum ab Argonautis ad Hypsipyten Reginana Lemni dicit. apud Statium lib. v. Theb. 406., quidam Codices Acebalium habent. fed Barthius recte oftendit vulgaram, Es Talaum, lectionem effe praeserendam, quamquam ab Orpheo solum illum effe celebratum perperam adfismat. Aesbalium etiam memorat Ouidius in Ibin. 621. vbi et Aethaliden quidam codices, fed ex commentatoribus apparet, illum adhuc, quis fuerit, quaeri. Aethalides Mercurii filium etiam laudat fimul cum Ariftea et aliis Tzerz. Chiliad. Iv. pag. 68. vers. 520. inter eos, qui morte et vita, Ta duedrifenere na Cffr, gloriari poterant. quod illustratur ex Laert.

lib. vIII. 6, 4. vbi Pythagoras dicitur de se praedicasse, fuisse se aliquando Aetbaliden, Mercurii filium, qui a patre obtinuit, vt vi-22 functus omnium, quae contingerent, memoriam haberer. quae gadem fere Scholiastes Apollon. lib. 1. 644. Male ille, qui Morerio adiecit observationes, reprehendit in eo, quod donum memoriae ad omnia, quae in vita et post mortem secerat, extendat, ipse vero restringit tantum ad Metempsychoses, quarum ille meminerat variarum, alii vero obliti erant. Sed Diogenes Laëruus manifeste dicit, illum petiisse a Mercurio, ζώντα και τελευτώντα μνήμην έχειν τών συμβαινόντων, et addit illum, dum adhuc viueret, omnium meminisse, et post mortem servasse eamdem memoriam, et tunc demum per metempsychosin in Euphorbum transiisse, et ita porro. Nihil ergo censurae meretur Morerius, porro hic Aerbalides Iasona etiam propinqua cognatione contingebat. Eupolemia enim mater erat filia Myrmidonis, hic vero vxorem habuit Pilidicen, Aeoli filiam, et Crethei sororem. Apollodor, lib. 1. cap. v11. Eustath. ad Homer. Iliad. A. 338. dicie Myrmidonem louis filium, eius Actora, qui duxit Aeginam, postquam ex loue Aeacum edidisset, et inde gennit ille Menoetium. idem fere narrat ad Iliad. B. 684.

ALMENVS. hic Apollodoro memoratus, aliis omnibus ignoratur. dicit eum filium Martis, et jungit Ascalapho tamquam fratri, sed et huius nullus inter Argonautas meminit. sed fine dubio corruptus est locus Apollodori, et simul ipse auctor errauit, legendum enim est langereg. ve iam recte emendauit vir doctissimus Tho. Gale. quia vero saepe etiam alii Mythologi confuderunt quosdam Heroas. qui Argonauticae expeditioni interfuerunt cum illis, qui Troiano bello Graecos adiunerunt; Apollodorus perperam hos filios Martis adscripsit Argonautis, quos Homerus Iliad. B. 516. inter Graecos. qui in Troiam militauerunt, refert, quos ex Orchomeno Minyeo venisse dicit, vnde forte inter Minyas retulit Apollodorus, uide ibi Eustath. Ameleen Hygino memoratur. sed corruptum er ignotum nomen est, vnde nihil extrico. praeterea hic Almenus dicitur narus ex Astyoche Astoris filia, qui diuersus ab Actore Menoeti patre. Homerus enim 'Ateller, fiue 'Attue filium vocat, cum eius Myrmidonem fuisse patrem viderimus. Etymologici tamen auctor in "ARTHE. Actoris patrem "Ales facit.

AMPHIARAVS. hic ab Apollodoro memoratur, cum alii omnes eum bello Thebano sub Adrasto intersuisse naturent. inter austores perditos Deiochus etiam Ampbiaraum accensuir Argonautis, testa Scholiaste Apollon. 1. 139. et idem censuise Senecam Tragicum in Med. 656. multi interpretum mirati suere. quid enim Ampbiarau, aiunt, cum Argonautis? sed Celebr. Gronouius reste ostendit, licet alii eum reserant inter Argonautas, Senecam tamen ibi de Mopso agere. inter venatores apri Calydonii resertur a Nasone viii. Met. 317. manifeste etiam Statius 111. Theb. \$16. Colchicae militae interstuise Ampbiaraum docet, cum eum ita Melampodi resspondentem inducit,

Equidem varil, paetr, omina Phochi Saepe suli, iam sunc prima cum pube virentem Semideos inter pinus me Theffala reges Duceres, etc.

quae verba male Lutatius Melampedi tribuit. his adductis locis motus Cl. Perizonius apud Hyginum loco corrupto et mutilo; vbi legitur, Atriacha Thestii filia, rescribi lubet, Amphiaraus Oeclei filius, matre Hypermestra, Arginus. quod nos nec refellere, nec probare audemus. licet probabilis sit coniectura, quia dicitur a Statii Scnosiafte 1. 41. Lyncei et Hypermestrae filius. errauetitque forte ille Scholiastes, confundens Hypermestram Danai filiam, quae Lynceo nupra fuit, cum Hypermestra Thestii silia, quae Oicleo coniuncta edidit Ampbiaraum. Qui Thestius si idem sit, qui Ledae pater dicitur Schol. Apollon, 1, 46. vbi corrupte legitur Ofenie, et eius mater vocata Andredice. Ille Thestius fuit Martis et Pisidices filius, teste Plutarch. de Flumin. in Acheloo, quae Pisidice Acoli filia, Crethei foror, et ita lasoni etiam confanguineus, ex his patet, errare docliffimum Baylium, qui purat a folo Apollodoro eum Argonautis adnumeratum tradi, qui plura de Amphiarne congessit, quo lectorem remittimus. Patrem eius Oiclea, non Ioclea vocandama docuit Munkerus ad Hygin. fab. 128. Oicleus vero erat filius Tiphatae, Tiphates Melampodis, qui Amythaonis, et ille Crethei. vide Eustrath. ad Iliad B. 666. sed Diodorus Siculus lib. IV. p. 166. Oiclea, sub Hercule contra Laomedonta militantem, Amphiarai filium facit, qui an idem sit, an nomen aui habuerit ab Amphiarae nescio, nec etiam, an plane alius. nam Diodor. lib. 1v. pag. 188. Oicleum hunc filium Antiphatis et Xeuxippes, nepotem Melampodis facit. quem vide. Hyginus eo loco et fab. 70. addie etiam Apollinis filium habitum, sed illa opinio inualuit, quia Augur vet vates fuit. mater Clytemnestra dicitur eldem Hygino ibidem et 73. nescio tamen, an Clytemnestrae nomen fit repudiandum, quod in Thestii familia videtur magis vittatum, nam eius silia Leda etiam fuit. vide Schol. Apollon. 1. 146. huius vero altera Clytemnestra Agamemnonis vxor. vxor Amphiarai Eriphyle fuit, cuius fabula nota, illa autem cum fuerit filia Talai Argonautae, etiam Cretheis erat, vide in Tulao.

AMPHIDAMAS. omnibus Argonauticorum scriptoribus memoratus, soli Apollodoro ignoratus. apud Hyginum male Amphiramus olim legebatur. apud Orphea vero vers. 148. 140164445 pro Aquidente, Filius suit Alei et Cleobules, tesse Hygino, gente Arcas. Orpheus vero Tegeatem facit. Fratres cius suere Lycurgus et Cepheus, de quo infra agemus. Aleus vero silius suit Aphidantis, et mepos Arcadis. Schol. Apollon. 1. 162. qui Aphidas suit rex Tegeate in Arcadia. vide Pausan. viii. 4. Ille Aleus idem est, cuius siliam Augen, Hercules compressit. Hygin. sab. 199. nam in Arcadia illam habitasse, patet ex Ouid. Epist. 1x. 49.

Non ego Partheniis temeratam vallibus Augen.
et Diodorus lib. 1v. pag. 166. late hanc historiam narrans, Augen
Alei filiam circa Parthenium montem peperisse Telephum narran.
Apollodorus vero lib. 111. cap. 9, inter Alei filios Amphidamanta
omittis.

omittit, sed Cephea, Lycurgum et Augen memorat. et postea ex Lycurgo et Cleophile, sine Eurynome natum praeter reliquos Amphidamanta refert, ex coque Milaniona et Antimachen nuptam Eurytheo. Amphidamantis filium Clyfonomum a Patroclo in talorum lufu interfectum Homerus memorat Il. V. 87. et eius Scholiastes ad IL. Mt vers. I. et Apollodorus lib. 111. cap. 12. et Ouid. I. Ex Pont. 111. 73. An vero idem ille sit Amphidamas ab Homero memoratus Il. K. 268. dubito: cum ille Opunte habitasse videatur, in Trojano excidio Amphidamantem filium Peliae inter eos. qui se equo Durateo condiderant, refert Tryphiodorus vers, 177. filiam eius, Nausie dumiam, matrem Augeae facit Hyginus, de que in Augea. forte confusi hi duo Amphidamantes. In Moreri lexico, lego fuisse Amphidamanta ex Inachidis, filium Alcei, et fratrem Lycurgi, siue por tius filium Lycurgi, et nepotem Alcei, idque ex Apollodoro constare, quae omnia summam negligentiam arguunt auctoris, qui Aleum cum Alcaeo, et forte etiam Ancaeo confundit, et in codem lexico in Copbeo, auctori supplementi, Copbens dicitur frater Alei pro Alei, quem ignorarunt mercenarii farcinateres librorum futilium, et ex quibus certa eruditionis et literarum interiorum pestis est exoritura.

AMPHION. memoratus etiam omnibus, excepto Apollodoro, filius Hyperafii, et frater Afterii dicitur a Schol. Apollon. 1. 176. alios vero Hippafi filium facere, tradit Hyginus fab. xIv. de que vidimus in Actore. Orpheus, Apoll. Hygin. et alii ex Pallene venisse hos Argonautas tradunt. Valerius vero Flaceus 1. 366. ex Pella; Nos ad illum locum, non eum ex Macedonica Pallene, sed Achaica, (nam Schol. Apollonii dicit Hyperefium fuiffe Regena Achaiae) venisse coniecimus, at hoc inde verosimilius, quia vrbs Hyperelia, postea Aegyra dica, vicina fuerit Sicyoni, vt patet ex Paufan. vii. 26. et Pallenen in codem traftu fitam effe oftendie ibidem Pausan, cap. vltimo, coniungir etiam vt vicinas Vrbes Homer. II. B. 573. Hyperesiam ab Hyperasia distinguit Stephanus, sed Salmasius eamdem esse, vel vrbem et regionem duabus appellationibus, vna litera differentibus distinxisse Stephanum putat, et Strabonis, qui de regione agit, verba ita cepisse. Eustathius vrbem ab Hyperete, Lycaonis filio, dicam vult. Hic vero Amphies diuersus suit ab Amphiene, louis et Antiopes silio, conditore Thebarum, quod ex Apollonio lib. 1. vers. 736. patet, vbi lason Hypfipylae dat pallium dono, in qua illa Hiftoria, Amphionis et Zethi, affabre efficta cernebatur: vnde illum antiquiorem fuife efficitur.

AMPONITVS. ab Hygino memoratur, sed cum a nemine praeterea huius memoria sit prodita, nec nomen etiam notum; facile accedo viris dostis, qui pro eo Opunsius legunt, et de Menoetio, qui praecessit, explicant.

ANCAEVS, nulli eorum, qui Argonautica scripserunt, praeteritus. Hygino Tegeates est, filius sue nepos Lycurgi, qui suit fratet
maior natu Gophei et Amphidamansis. vide Comm. ad Valerii lib. 1.
376. Hunc Lycurgus pater pro se misst, dum ille curam Alei patris, senio consecti, gereret. Apollon. 1. 161. De sius matte snou
constat.

enales. Scholiefics Apollonii Appingia vocat. Apollodopus vena lib. 111. cap. 9. vbi Callistus posteros ex fene recenses, Lycunge des vuoreen Clasphiles, fine Aurymour, ex que neti Ausacus es alia-Scholiafter vero Steel ad lib. v. Theh. 208. Aucaren Lycurgi et Salaminae filium facis. Pauliniae lib, v141. 4. matrem non nominat, et Lycurgo tancuta dues aliqu Ancaepar et Reachant dat. Cui consentit Scholiaftes Apollonii lib. 1. vers, 464. nifi quod ille vocet. alterum filium Epischian, de vaore vero Lycurgi nihil reperi; variatas illa vero nominum non nous eff., ve in fingulis fere Argonancia videbimus. Salamina, quam Lutatine dat Lucurgo vxorem, vix puto esse aliana Asopi en Mesopeo, memoratara a Scholiaste Pindari, ad vr. Olymp. 144. nam ille Nopeune iunfta edidir Cenchres, telle Biodoro Siculo lib. 14. pag. 190. 1) vhi tamen melius feriberung eins nemen Krzeis, pe vocatur ab Apollod. lib. 111. cap. nt. f. 7. er a Scephano la Kezzeies. en Enstachine ad Dionys, vers. 112, dicia Salamine distant Kungeler, a quodem Cychree, cuius Lycophen et Arnianus meminerung, nimicum, ille meminit in Alexandra, Rugefor argur verl. 458. ybi vide Tuetzen, we et ad verl. 110. Autine quaedam Peliac filie memoratur Apalled. lib. 1. cap. vit. f. 27. fed ille post bane expeditionem virgo, non potuit mater Ancaci este, megne vero in hac perce Mythicae Historiae confusio, quia plutes Anceri, et Lycungi a veteribus memorantur, quorum faepe vui adferibicur, quod alii debenir. ita Schol. Apollonii hunc Lyangum. Ancaci parrem, confundit, cum Lycurge, Thraciae rege crudelifimo: nam adducit locum Homeri en Il. Z. 134. vbi de co agit, es de quo multa Enflathius, et nos egimus ad Petron. cap. LXXXIII. et ad Ouid. 14. Memm. 24. et quept reste distinguie Lutat. ad Stat. IV. Theb. 742. Meliori spocie stami posset Lycurgus Nemene ren, parer Archemori, quius meminis Stat, ibidem, voi vide Lutatium er Barchium. ille enim finit filius Pronactis, ve erudice probanir Gl. Perizon, ad Aelian. IV. S. Prenge vero flius Talai, ille Bientis, bic Amysbaenis, ille vero Crethei; ve ita Ancaeus ex Cretheidie lafoni cognoma fuerit. Scio, objici posse, si seriem illam maiorum. referciamus, hunc Ancaeum fimal cum prosuo fuo Talao, in camdem profestum fuile expedicionem, sed similia exempla in alies occurrent, et in fabulis rationem temporum non femper accuratam lices deducere. Quia tamen hos nimis incongruum videri pollet. etiam statui posset shius illius Lycurgi, qui circa Nemeam habitavie, et fracet Admeti fuit, et aline Pheretie, ex Cretheo nati Apollod lib. 1. cap. witt- f. 14. green ille quidem even Lycurgo Archamori peeze confinidit; sed ego distinguendos puto, Lycurgum Pronollis, et Lycurgum Pheretis filium, cuius a statuatur Aucaeus filing, opeime tempora congruerent, et propier cum lafone cognatio conspicerenus, et eum foste inselliguat alii scriptores, qui inter venatores apri Calydonii eum memorane: ve Apollodorus lib. 1. cap. xxx. 5.2. qui Lycurgi filium ex Arcadia facit, et Admeto proxime inngit. Vbi confudific Anescor viderur, quia cum facie fenerem Cepheis cum lib. 111. cap. 17. Cophoum facerit frattem

⁷⁾ vbi vide Wolfeling, in huine edit, p. 316. Hart.

Lycurgi; et ita patruum Ancaei. asium tamen Ancaeim Neptunishim venationi adsusse scribit Schol. Apollonii ad lib. 1. 188. Parrhassum vocat Onid. v111. Met. 315. vbi vide Micylii notas. et ad vers. 391. vbi eum instruit bipenni. plane vt Apollon. 11. 118. ipsi dat wsaenw 119. periit autem isle in venatu islo ab apro occisus, vt Ouidius ibidem narrat, et in Ibide vers. 503. et Pausan. v111. cap. 4. et Senec. Med. 643. vbi vide Delrii notas. Lycurgum etiam Pentbiden memorat Ouidius in Ibide vers. 607. de quo nihil mihi constat nec de Base islo, quem antiquus Scholiastes memorat, plus scio, vid, insta in Base. Porro hic Ancaeus inter fortissimos Heroas ab omnibus celebratur, et Orpheus 198. dicit illum auunquam laenam gestasse, sed pette vrsma tectum incessisse.

ANCAEVS alter: duos enim memorant hoc nomine Argonautas Apollonius 1, 187. Orpheus vers. 205. Val. Flaccus 1, 413. et Hyginus, qui faciunt eum Neptuni filium. et qui saepe cum priore Anczeo a Mythologis est confusus. Matrem eius vocat Hyginus Altam Cathesti filiam, sed Heinsius corrigebat ex Althaea Thestik filia. fortasse quia ex Acolidis etiam descendere credebat: Theshienim mater Pisidice, quae filia Acoli, soror Crethei, ve vidimus in Amphiarao, quamnis Apollodorus Thestium Martis ex Demonice, Agenoria filia, deducat; qui descendit ex Calyce, Pisidices sorore. vide in Castore et Iphiclo, sed et hic confusio: nam Pisidicen filiam Leuconis, qui Athamantis, et ille Sifyphi, et hic Aeoli filius erat, facit Stephanus in "Agyoweg, reclius vero alii (quia nullus, vt credo, Althaeam cum Neptuno concabuille tradit) huius Ancaei matrem produne fuisse Asignalaem, vt idem Stephanus in 'Asuπάλαια,' et Pausan, lib. v1. cap. 4. vbi eins posteros recenser, et eum Lelegibus imperafie et infulae Samo tradit. et ita frater fuit Ergini, cum quo Orpheus eum coniungie, qui etiam Neptuni filius vide Schol. Pind. 1v. Pyth. 61. (quamuis de eius matre variatum videbimus in illo) qui et Periclymenum ipsi dat fratrem et Apollodorus lib. 11. cap. 7. Eurypylum etiam Astypalaese et Neptuni filium fa-Apollonius quoque lib. 11. 867. Astypalaeme matrem vocat, vbi ex Simonide Genealogo Scholiastes idem stemma confirmat. Conditorem Sami insulae facit etiam Malchus de Vita Pythagoraepag. 4. vbi vide notas Rittershufti, qui ex lamblicho eum ex loue genitum quibusdam creditum norat: et hinc în nummis Samiorum Neprunus conspicitur, consecratus et templo honoratus ab Ancace filio. vide Numismata Abbatis du Camps a Vaillantio edita. p. 102. Astropalaes vero a Pausania et Scholiaste Apollonii Phoenicis silia dicitur, et ab Hygino fab. CLVII. vbi corrupte legitur, Ericlimenus et Ancaeus ex Astyphile Phoenicis filia, sed, ve vidit Munkerus, le. gendum, Periclymenus es Ancaeus ex Aflypolaea Phoenicis filia. hic vero Phoenix an Agenoris filius fuerit, an Amyntoris, qui Achillis praeceptor fuerit, dubium: ille antiquior quidem videtur, sed tamen, vt statuatur pater Astypalaeae, speciem praebere potest, quod Aganor filius Ancaei dicatur ab Hesychio in 'Ayavwe, quem ille in proaui Agenoris memoriam ita vocasse possit. Phoenix vero Achitdis magister temporibus his posterior, et multo magis eius filia Astypalaea, Ancaeum Argonautam edere non poruisse videtur, si fabularum

behrum Chronologiam ad Hillorici temporis fidem exigere liceret. Hic vero Ancaeus cum alio saepe confunditur; nam et ab Apro Calydonio interfectum, ex Pherocyde prodit Schol. Apollon, lib. 1. vers. 152. quod inde etiam posset aliquis efficere, quod hunc Ancaesas Pleuronium faciat Orpheus verl. 206. Pleuron aurem in Actolia, vade Meleager. ex quo Meleagria Pleuron Statio dicitur. Ib. 1v. 103. Quinrus Calaber lib. 1v. vers. 444. ludos funebres in honorem Achillis narrans, disci meminit, quo olim Ancaeus erat vin, antequam ab Hercule fuerat dominus, viniose vero in versione laime legitur Ancaeus, et mortis genus, quod Calaber non exprimit (dicie enim welv nearoeffe: Aleerer deunplon Reachfie) interpres rodonia, priusquatu inter validas mants Herculis elifus fuit. virumque etlam Ancaeum diverfis fententiis Scriptorum refertur adeginen veleberrimum, welle perate wiles nilenes not zelles, buen. male cutous inter calicem supremaque labra. vide Zenobii Centur. v. 71. et ibi Schotti notas. Apostof, Cent. xv1. 18. et ibi Pantinum. Ceterum hie Ascerus, qui peritifimus nauigandi artis et siderum describing, et ideo forte Nepruni filius dicus, Tiphy mortuo, ad clause fuit admorus, tefte Hygino cap. x 1v. (vt eins verba fupl pleux cap. xviss. dochiffimus Munkerus) Orpheo vers. 729, 1079. Valerius vero Flaccus Erginem suffragio ipsius et 1201. et aliis. neuis Argus fuperatie Ancaesin et Nauplium refert, et Tiphyn excepile, ve in Ergino videbimus. in Dictionario Historico Poetico vides memorari Anaxo Ancael filiam; quam din frustra quaesini; sed crede vel anctoria negligentia, qui vitiosam editionem Homeri con-Schoerer (in Scholiaste enim Hiad. g. 323. vbi Alemenae genus re-Seeme, legieur, "Aputo rie Ayudiu, pro 'Adudiu, ve in editione Hachiene correctum), vel operarum errore esse editum pro Alcaci file. mm Apoliodor. lib. 11. cap. 1v. S. S. Anaxo Alcaei filiant. Elettronie vxorem, et matrem Alemenae facit, et ille Alemen memocuter Schol. Apoll. 1. 747. vr filius Persei et Andromedae fuerit. et puer Amphieryonis. Schol. Pind. VI. Olym. 115. Euripid. Hecab. 226. et Serus ad Virg. vi. Aeneid. 396. ita vt Anaxo hacc molene perruo suo Electryoni, Alcaei fratri. Obitet etiam noto. Ann aliam memorari, quam ante Helenam ex Troia rapuisse The-Sea merrar Athenaeus Ilbi x111. 1. quem errare in patria huius muheris softe oftendit Meursius in Theseo cap. xxttt. et ex Plutarchi These pag. 13. pro la Testas legendum, la Testerius; quamquam winn pole legi, in Teorgiroc, oftendit.

ANCHISTEVS. hune Carrion retulit in catalogum Argonautarum Depheo memoratorum, licet corrupte legatur in Carrionis edi-

siene, Anchificus: Orphei verba vers. 220. *) funt:

9 Ad quem focurn vide Gefaer. ca, (Erlangae 1772.) non videns, 1. 40. qui etiam refutatum it Arfen, in Verifim II. 5. p. 194.

Arfen, in Verifim II. 5. p. 194.

Arfen, in Verifim II. 5. p. 194.

Arfen excidiffe arbitratus its piet. Kast Svauroc Köçoc löv Alebulze 'Accres , 'listeres Tyris. Facias in epiftola criti-

'Astès huius 'Aygerede dici peffit, emen-daturus est - Kaus' "Anerse "Ayzir' luc, sut a Me metro obfare videatur, "A7%' if. Vide criticorum diverfitatem, quem vero fub examen vocare, non huius loci eft. Haries.

'Aurag di Madina pagnieder Cand' Krantag:

Sed Guil. Canterus lib. v. Nouar. lect. cop. f. miratus Orphee nullam Acasii mentionem facere, correit hunc locum et legis,

Stank, Enth abegingen design (Serny,

Aγχιειώς notare affinem sou generum, vt silium Pelise Postica licentia voçat, docet. quem secutus est Ger. Vossus in norsis ad Valerium postrum 1. 485. sed non opus 'Αγχιειώα affinem aut sis ad Valerium postrum 1. 485. sed non opus 'Αγχιειάα affinem aut sis ad Valerium postrum 1. 485. sed non opus 'Αγχιειάα affinem aut sychius Αγχιειάα affinem aut sychius Αγχιειάα affinem aut sychius centere a survavie. et 'Αγχιειάα est ius hereditatis legitimae, quod proximo competit, et 'Αγχιειάα est ius hereditatis legitimae, quod proximo competit, et 'Αγχιειάα in Commentatio Gracege eognationis centere, vt docuit Budacus in Commentatio Gracege linguae pag. 88. vida et Suidam in 'Αγχειάα, qui tamen restringit ad eoe, qui sta 'Αδιαμών καὶ ἐνκιμιῶς sed Budacus latius simi do aest, sed ex hac voce nihil certi potest de Acasto colligi: nam est spdem iure Adments' Αγχειάα πελίπα dici potest, qui etiam gener sius siur, ducia Alcestide, et qui Rex Pherarum erat: sed ille iam gio Orpheo ante erat memoratus, quare quaerendum adhye pupo

hunc Orpheo intellectum Argonautam.

AREIVS. his ab Orpheo vers. 142. et Apollonio lib. 1. vegs. 118. gefortur inter Argonautas. Carrion omilit in suo Catalogo ex Orpheo, forte, quia creciderit, 'Agilor elle epitheton Talzi, qui Marsius dichus fuerit a Poeta, ve faepe Homerus Heroas suos boc epitheto ornat bur hic frater et Talqi et Laodoci, qui filit fuere Biandis, ille vero Amythapnis, qui Crethei: ita ve latonem propinqua agnatione contigerint, vid. Scholiast. Euripid. in Phaenist, verf. 423. er infra in Talio. Orpheus vero vers. 147, vocat Abantieda. quod sommentator nuperus non elle Patronymicum, fed gentile purata intelligens credo, illas ex gente vel populo Abantibus venife. Abantes vero fuere Eubocae incolae, vido Homer, Iliad B. 536. et ibi Euflath, fed Arginos fuite tradit Apollonius, et Bige pater Rex fuit Arginorum, quare confudifio Orphea credo, quia legerat forte Talai parrem fuifio Abourem, filium Lyncans, divertus ab Argonauta, fuit Hypermenestrae maritus, filius Aegypti, cuius filius Abas. nepos Talous, vide Paulan, lib. 11. cap. 26. et w. 35. ce Schol. Eurip. in Hecub. 826. Alius criam Abas fuit Melamgedis, filine. qui etiam Amythaonis filius fuit, et frater Biangis, vt Schol, Apola Jonii 1. 143, quos confudiffe potuit Orpheus, et per errorem Abentindas vocalle ex Biante natos, ille vero Abas Melampodis tilius hoc nomen habuit ex alio Abance, Proeti patre, nam Melamous, cum Proetidas ab infania liberaffet, vnam ex illis duxit vxorem, et confors regni factus eft a Proeto. v. Lurat, ad Star. 141. Theb. 452. fed verofinilius samen credo, Orphes illos fecurum, qui Am gehaonis exorem fecerunt Idomonen, Abaneis filiam, et Apollodomis lib. 11. cap. 11. 5. 2. liene iple lib, 1. cap. 9. 5. 11. eam cum reliquis Phepetis filiam dicae, ita ve ab auis matre Biantis, quae Abantis filia eret, Abonnindes pormerit vocare. Mater horum fratrum fuit Pere, Weltoris foror, Netoi filia, qui ex Tyro filia Salmonei, qui Acoli Hins erst, descendenst. vide in New. Com vero mirater, Valentium huius Argomusie non meministe, incidit suspicito latere in itte lib, 1. vers. 358.

Nithur bint Tulans, fratrisque Leolidens orguet Remo terga fui, ques mobile contulis Argos.

or Proces ille merit territis Arelus, et its cenfere quossium un Pins, qui camen revicit, quis nomination Valerius, et mos spli est, duns

non recenfer. quare hoc in medio relinquimus.

ARGVS. hoc nomine duo occurrent noble Argonantae; Sept înter se confusi, quos nos distinguere constituir. Primus en nobilis ille fabricator Nauis, quae ex quorumdam opinione ab eo 200 ye fuit dicta, qui ab omnibus, praeterquam ab Urpheo memorature tum autem multi Argi fueffint in Historia Mythica, non facile eft onmes in concordium redigere scriptores. De genere nostri non convenit eriam : ex Thelpiis oriundum facit woller lib. 1. 93. & 124. patrem eins Areftorem facit Apollon. lib. 1. 112. ita vt idem effet, qui Argus, cuffos lus, à lunone appointus; et contunt ocules Vigilans a Mercurio interfectus, hunc enim Arefloriaen vocas Odithus t. Metam. 624. Trern ad Lycophron, verf. 885. "Weet V 'Addurages filium dicit, vbi credo, 'Agfreges legendum pro Ereget. Et In Apollonio Alettorium pro Arestoriden elle contendit doctiffimus Mezeriacus ad Ouid. Epift. +1. 69. p. 671. vbi egregie de hoc Act go, et naue Argo disputat. hune train alii faciunt tordirored Schol. Euripid. Phoeniff. 1123. quem affi ffinn vibis Argi. Aleuse, vt Schol. Aefchyl. Prometh. 570. alii machi, vt Apollodor. fib. 11. cap. 1. f. 1. alfi louis et Niobes, vt Schol. Buris pid. Oreft. 930. ex Pherceyde faciunt. fed ventoculum illum diverfum a noftro Arge effe, certe ita centere Vaterium nofirum, apparet ex lib. 1v. 351. vbi Orpheus fabulim lus et euftedis Argi, ve multo antiquiorem canit. Variant vero in hac ipile has fabula veteres. Anonymus enim de Incredibilibus cap. 15. editionis Thomae Gale, facit to Areftoris filiam, Argum vero framem matris Arestoris: Charax Vero apud Stephanun in Insplanta Polasgum Arestoris silium, hunc Ecbasi, filium Argi. quale vix possent inter se congruere, nist Argi foror, mater statuatur Arestoris. Apollodorus lib. r. cap. rx. 5. to. Phirti ffium facit, fed itte alebe Argus eft, de quo mox dicendum. Hyginus fab. xiv. facit Polybi et Argiae filium, vel fecundum alios, Danai. Polybum vero Photidis regem, qui Oedipum educauit, reperio apud Diodor. Sicul. lib. IV. pag. 185. et Stat. 1. Theb. 64. Argiam vero eins matten plane ignoro, dinerfam ab omnibus opinionem tradit Prolements Hephaestionis F. lib. 11. pag. 310. qui prodic, Argo hauem dicam ab Argo Iasonis fillo, quem ille amans fecum in Scythiam duxit. Vide in Hercule.

ARGVS alter. Phrixi et Chalciopes, saine Acetale, sororis Medeze, filius, quem consuderunt multi cum phiore Argo: mam Aposlodorus lib. 1. cap. 1x. 3. 16. Phrixi silium sacht fabricatorem metris: et Pherecydes apud Schol. Apollon. 1. 4. in eadem sur sentia. Idem inter recentiores Scriptores secit Vir doctissmus Prans. Bianchinas in Histor. Vinters. Decad. 211. pag. 375: his acetsis.

enm fratribus finis Argonautis in infula Dia, ve Hyginus scribit: gaod vix verisimile videtur, cum illa in mari Aegaeo sita sit, dinque iam Argonautae Pontum Euxinum intrauerant, nisi sit alia insula in Ponto Euxino intelligenda: Valerius Flaccus lib. v. vers. 461. lasonem illus inuenisse in ipsa Colchide, et aula Azerae tradit. et ita fere Orpheus vers. 858. Scholiastes Apollon. ad lib. 11. 384. et 309. dicit, Argonautas illos inuenisse in insula deserta, quam Aretiada vocatam ait, in qua erant aues Stymphalides, et templum Martis, ab Amazonum regina constructum. et ipse Poëta vers. 1125. vbi Argonautas ad eam infulam perduxit, Argum inducit cum Argonautis colloquentem: vbi etiam Scholiastes dicit filios Phrixi quatuor, ab aliis quinque statui, et Acusilaum et Hesiodum eorum matrem non Chalciopen, sed Iophossam, filiam Acetae, facere. ex quibus inducor fere, vt apud Hyginum nomen Insulae corruptum effe, et pro Dia, Aretique legendum effe credam. dista vero 'Apprine fuit a Marte, quia ab Otrera Amazonum regina, Martis filia, fuit condita. Hic porro Argus duxit Perimelen Admeti filiam, ex qua Magnetem tulit, vnde Magnetia in Thessalia dicta; Magnetis silius vero fuit Hymenseus. vide Antonini Liberal. Metam. cap. xx111. [pag. 150. ibique Verheyk, HARL.]

ARMENIVS. vnde Armenia dicta, Iasonis comes in militiams Golchicam dicitur a Iustino lib. x111. 2. vbi Bongarsius a Strabone Armenum vocatum notat. Strabo enim lib. x1. pag. 530. Armenum ex Armenio Thessaliae oppido sito inter Pheras et Larisam, se comitem praebusse lasoni narrat, vbi multis cognationem et similes mores inter Thessalos et Armenios probat. Armenium tamen vocat eodem libro pag. 503. vbi Casaubonus Armenium Thessaliae vrbem, Ormenium vocati lib. 1x. p. 438. notat, idem sere tradit Eustathius ad Dionys. Perieg. vers. 694. niss quod addat, allos hunc Armenium Rhodium secisse. nisil praeterea de hoc obscuro

Heroë mihi constat.

ASCAHAPHVS, hunc Apollodorus in catalogum suum rerulit, cum fratre salmelo. vide supra in Almelo. vbi errorem esse ostendimus, et illos Troiano bello interfuisse ex Homeri II. B. 516. documus. diuersus vero hic Ascalopbus Martis silius, ab Ascalopbus Acherontis et Orphes silio, de quo vidimus ad Ouid. v. Met. 539.

ASCLEPIVS. Apollinis et Coronidis filius, qui Latinis Aefculașias dicitur, soli Hygino inter Argonautas memoratus. Clemens tamen Alexandr. lib. 1. Stromat. pag. 325. Asclepium et Dioscuros,
etiam cum Iasone nauigasse ex Apollonio Rhodio narrat. nuperus
vero in Anglia Clementis editor nos remittit ad lib. 1. vers. 146.
vbi quidem Dioscurorum str mentio, sed nulla, quod sciam, in toto
Apollonio, Asclepii Argonautae. ideo vellem locum nobis accuratius
demonstrari. de Asclepio vero vel Aesculapio, cum omnia sint obuis,
et eum nemo praeter Hyginum adnumeret Argonautis, hic pluribus
non agemus. Obiter tantum notabimus, ipsium Hyginum, hic siluum Coronidis facere, et tamen Fab. xcv11. Macbonio filium Aesculapii ex Coronide etiam natum adsirmate. vbi vide Munkeri notas.
et ad sab. Clx1. et quae nos ad Ouidii Met. 11. 569. de matte
Aesculapii adduximus, et alii ad xv. 624.

ASTE-

ASTERION. omnibus memoratus feriptoribus. Orpheo vers. 162. Apollogio 1. 35. Valer. Flacc. 1. 356. Apollodoro lib. 1. cap. 9. voi corrupte 'Assesse vocatur. filius dicitur Comesae, de quo vide commentatores ad Val. Fl. d. l. Hyginus folus ipfi dat Pyremum petten, qui quis fit, ignorasur; et loeus fine dubio corruptus est. idem Hyginus alterum Afterions memorat Hyperafii filium, fratrem Amphicais. fed ille Afterius vocandus, ve videbimus mox, et supra ·lan in Amplione docuimus, vbi de Pellene vel Peline eorum patria egines, apad Hygimum etiam pro Pyrene, Pyrete rescribi posset, que somine in pugna Lapitharum et Centaurorum sliquis memorater spud Ouidium lib. xrr. Met. 449. Sed haec incertissima: alii cain omnes Comerae filium faciunt, vt Paulanias lib. v. 17. Comese eriam memoraeux inter Lapithas Ouidio x111. 284. an idem ille fe, non audeo adfirmare. nec etiam an ille Cometes, cuius filius Stereles Troisni belli zempore ab Euftathio adfertur ad Dionys. Periog. 484. qui Schenelus diversus est ab ille Herculis comité in espedicione Assazonia, Actoris filio, quem noster memorat lib. v. 90. vbi vide notas. et ab alio Persei et Andromedae filio, apud Schol. Apollon. 1. 747. Mater Afterionis ab Hygino dicitur Antigose, Pheretis filia. quod cognationem cum lasone ostendit. Pheres cain Crethel fraver, filius Acoli fuit. Ab hoc heroë vrbem Aftersun Thefalise, cuius Scephanus meminit, denominatam credit Simfors: Seephanus, wel a fulgore, vel ab Asterio quodam, ve et Enlathius a Berckelio adductus.

ASTERIVS. hunc ab Asterione diversum faciunt Apoll. 1. 176. et Orpheus 214. Hyginum, vel eius librarios, permutasse duos modo vidimus. Frates Amphionis dicitur, quare Patria et Parentes iis cummunes, neque hic respetenda, quae supra de lis diximus. omitem valerius Fl. niss quod Pius eum intrudere pro Deucalione ten set sib. 1. vers. 365. de quo in Deucalione. Apollodorus Asterium Comeras filium facit, sed ibi legendum Asterionem diximus, quem caniso Asterio, solumn memorat. Fuit et alius hoc tempore Asterios, Nelei filius, frater Nessorie et Periclymeni, qui ambo quoque

itter Argenautus fuere. wide Schol. Apollon. 1. 156.

AVGEAS. Solis filius, vt vidimus in Aflere, memoratur ab Orpheo versu 212. Apollonio 1. 172. et 111. 361. Hygino et Apollodoro. sed ominicur. a Valerio. An Augus, an Augus dicendus sit,
disputat ad Valer. Fl. 1. 394. Maserius, vbi quidam codices pro
Bote August habenti. vade Maserius ansam arripuit de Augis ctiam
Bote August. August etiam dici posse credidit. Munkerus ex. iudicio
gendi. August etiam dici posse credidit. Munkerus ex. iudicio

Moinsti ad Nigsist sab. 30. sed hoc ex sexione Graeca venisse puto, quia 'asyaise' asyats in genitino haber. Mattern eius Hygisus
sab. xiv. sacit Noupidomen Amphidomenis siinant. qui it Amphidomens Argonauta suerit, Avus et nepos huic aspeciationi simul interfuisse debuerunt. haec vero Nampidome mihi poorsus ignota. Angene
vero nomen forte habete potuit, ab Ange, sovore Amphidomensis
aui sui, de qua supra vidimus. Tzetzes Chihad. v. 137. pag. 65.
inter Solis silias recenset Angene ex Iphibas, quae acque ignota mihi ac Naupidome. Scholiastes Apollonii, qui nomine Solis, reuera
Phorbantis filium suisse Angene refert, dicit matrem suisse NyGei
filiam, alii vero Boochi siliam, de quo loco egi ad Ouid. 11. Motam. 593. ideoque hic non repeto. Reliqua de Angen, eius sabulo
et besto cum Hercule, vi quae ad Argonautica non pertinent, hic
attigere non vacat.

AVTOLYCVS, Mercurii filins, nome furandi arte, ex Chiose, vel, ve alii, ex Philonide Daedalionis filia. vid. Hygin. fab. 200. et 201. et de cuius genere vide Mezeriaeum ad initium Epikolae Ouidianae Penelopes. hoe voum adiicio, Seruium duos Autolycos distinguere ad Aeneid. 11. 79. priorem, eniam furem, habuiste filios duos Sifyphum et Autolycum, ex Sifypho natum Sinonem, ex Autolyco ferundo Vlixem. ita ve Anticha, quam corrupit Sifyphus, fuerit fratris filia. Memorat etiam Strabo Aurelycum furem et parierum perfosforem, qui in Parnaso habitauit, lib. 1x. pag. 439. ex Homer. Il. K. 226. A folo Apolledoro memoratur hic inter Argonauras, videtur autem antiquior, nam eius filia Anticlia a Sifypho Acoli filio iam compressa dicieur, et gravida data Lacrtae, qui etiam inter Argonantas numeratur, vide de Arreduce hoc Tzetz. Chiliad. VIII. 202. p. 149. Praeter es a quibusdem Alcimede, meter lasonis, filia Autolyci creditur fuiffe, de qua in lasone agemus, nec videtur Auus sub dudu Nepotis sui militasse, quare credo Apollodosum hunc Auselyeum nobiliorem confudifie cum minus noto Aute-Ives, qui se Argonautis circa Sinopen Vrbem adiunxit, cum Phlogie et Deilonte, ve narrant Apollonius lib. 11. 957. et Val. Fl. v. 115. hos Apollonius facit filios Deimachi, et fuille comices Herculis contra Amazonas, et deinde erraffe, et circa Sinopen habitaffe. quidam etiam Autolycum conditurem Sinopes, et eius statuam egregii opesis, a Stenide fastam, ibi fuisse positam, quae expugnata vrbe a Lucullo fuit ablata. vide Strabon. x11. pag. 377. qui addit hunc Autolycum vaum fuiffe ex illis, qui cum lasone nauigament. Hyginus vero eum et tres eius comites fuiffe filios Phrixi, quos alio nomine diuersi scriptores appellare consueuerunt.

AZORVS. Helychius, "Açues sunchres sivos, xuì s unaequirre rin 'Aeyas. Munker. ad Hygini fab. xv111. se ignorare fatetur, quis ille Azorus sit Gubernator Argus nauis. nec ego plus noui. nisi quod suisse conditorem Vrbis Azori credam, quae in Pelagonia siue. Tripolitide memoratur a Strabone sib. v11. pag. 327. et a Stepharo recensetur, qui et conditam a quodam Azora addit, reliqua quaerat me disigentior.

BVPHAGVS, hunc in Album Argonausarum ab Orpheo memoratorum retulit Carrion. Alardus voco caecos duces non tantum fequi

fequi folitus, fed corum errores ampliare, unhibet Employum. Infigni certe veerque ignorantia et negligentia: Orpheus enim verf. 136. ait,

'Aurine d' 'amreglieux aut Buduryos Habe Kepunds.

vbi apperet esse epitheton Coroni, et pessime Pendrierium vertisse Baphogam Coroni filium, vt arguit optime Ekhenbachius, qui hoc epitheton, Herculi alias datum, robur et strenuitatem indicare ostendit. vnde apparet versionem Carrioni fraudi suisse, et verum de eo esse, quod Ligsius de eo kribebat Cantero in Epist. Lix. Centur. 3. a Gabbema edita, Graecae linguae ignarum suisse Carrionem, et aeglectis sontibus, versionibus acquieuisse; immo ne Graece quidem kribere nouisse. de hoc vero titulo supéru, qui Herculi ob voracitatem, et quia integrum aliquando bouem comederat, datus, confisiendi Barth. ad Sunt. vi. 532. et Spanhem. ad Callim. Hym. in Dianam vers. 148. et 160.

BYTES. Atheniensis, memoratur Orpheo vers. 132. Apollonio L. 95. Apollodoro et Hygino, nec omifius Valerio Flacco 1. 394. licet Carrion eum inter Argonautas Valerio memoratos omiferit. Teleonris filius, qui diversus a Teleonre, parre Eriborae, a Scholiaste Apollonii dicirus. diuerfus hic a Base memoraro Quidio v.11. Mecam. 100, Pallantis filio, quamnis Heinfius ibi Teleonte creatum. pro Pallante coniecerit legendum. Meursius vero, ve ibi norauimus, pro Bute, Brycen legebat. Orpheo vero 'Annibye dicitur; fed quod stemma plane ignorare me fateor. Mater eius ab Hygino dicitur Zeunippe, Eridani fluminis filia. quae eriam incognita mihi : fusbicor vero, legendum ese in Hygino Apidani fluminis filiam, ve ita ex Thefalia maternum genus trahens, lafoni se etiam comitem adiunxerit: et certe solere haec flumina confundi docebunt notae an Ouid. 1. Met. 580. plures Buras Athenis fuiffe hoc nomine nobiles, et ab auftoribus mepe inter se confusos, puto: nam idem Apollodorus libro 111. cap. xIV. §. 7. Zeunippen memorat vxorem Pandionis, ex qua Erechthea, Buten, Procnen et Philomelam tulit ! cui etiam accedit Zzetz. Chiliad. v. 29. quae Zeuxippe ab Apollodoro dicitur fuiffe matris Pandionis foror, mater vero fuit Pafithes, Nympha Nais, teste Apollodoro lib. 111. cap. xIV. f. 6. sed hune Buten diversum ab Argonauta facit Meurs, lib. 11. de Reg. Attic. 6. qui et de eo agit in Cecrope cap. xvrri. meminit cius et Stephame in Beridag. Er hoc, familia nobilishma Ercebyradarum descendit. vide Harpoch et Austorem Etymol. M. in Beradog et Eresputade. Diuersus etiam creditur Butes Amyci filius, qui ex Venere suscepit Erycem, qui in Sicilia regnauit, quem Lexicographi momorari putant a Virgil. v. 372. sed confudifie illum cum illo Bute. Argonautam nostrum apparet, quod Apollodor. lib. 1. 1x. f. 25. et Apollon, 1v. 912. et Hygin. dicant, hunc Buren, Sirenum carmine victum, ad coe nataturum se in mare praecipitasse, sed Veneris bemeficio e fluctibus feruatum appulisse Lilybaeum, ibique sedes fixiste. Hic ergo perer Erycis debet statui, de quo omnia collegit Cluueriur de Sicilia Antiq. lib. 11. cap. 1. qui etiam notat, alios Erycem non Butae, fed Neptuni filium fecifie. Nimirum, vt faepe in his Heroibus vidimus, neuera erat Bume filius, sed Neptuni dictus. et

huc spectare puto verba Auctoris Etymolog. M. quae praeterierunt Clauerium, in Bersine. Erw Bérne, Bern, Bersine, vol. Instrans Berne calum, iam Venerem vocat, "Egonse politicare, visit est, Scholiaste explicante, Vrbis Erycis. si enim Busae filius Eryn, eo tempore vrbe certe Eryn nondum erat, vel satem eo nomine insigniri non poterat, nisi apsantir statuamus, vel Busen illum deversum ab Argonauta. certe Diodor. Sic. lib. Iv. p. 196. loquitur de Buse, ve ignoto vel indigena. nam Erycem filium Busae, Businsis erynges, dicit. Polyconem filium Busae memorat Pausan. lib. 1v. I. quem ignoro. Alius, sed ignorabilis plane, Buses memoratur ab interprete veteri lbidis Ouidianae vers. 609. de quo vide, quae ibi diximus.

CAENEVS. Elati filius, ab Hygino solo refertur inter Argonaueas; sed suspicatur Munkerus, hic quaedam ex Apollonio a glossatore quodam descripta, qui Caroni Argonautae memoriam, cuius pater fuit Caeneus, voluit illustrare. quod tamen nescio an persuadeat, cum in vitima parte illius capitis xtv. recenseat Cenes alterum, Coronis filium (vbi certe Coroni filius legendum) quem neminem nouisse air, cum Coronus fuerit filius Caenei et certe loca illa Hygini male adfecta esse credibilius est, quia nusquam mentio Coroni occurrit, quem alii adnumerant Argonautis. quare in primo loco adsentimur Scheffero et Munkero, qui nomen Coreni excidifie credunt, et supplent, Coronus Caenei filius, wrbe Gyreone. Scholiaftes tamen Apollon. 1. 57. dicit, quosdam Caenen, non Coronum inter Argonautas retulisse, forte haec confusio inde nata, quod quidam Caenea, non Elati filium, sed etiam Coroni filium focerint, quos Tecurus Hyginus fuit. ita certe auctor Scholiorum Homeri, in Iliad. B. 745. Kuirestas, vt ibi Leonteus vocatur, explicat Kaires, waible Koglow. Carrion Catalogo fuo adscripsit quoque Caenca, ve ab Orpheo memoratum; sed ille vers. 167. de Polyphemo Caenei fratre agit, non de ipso Caeneo, nisi in corrupto illo versu 168. lateat Caeneus. de Caeneo vero Lapitharum in pugna, eiusque miraculis vid. Quid. x111. 459. et feq. vbi et Elateius dicitur vers. 497. [Confer, quae Verheyk ad Anton. Liberal. c. 17. pag. 115. feq. de noc late disputat. HARL.]

CALAIS. cum fratre ZETE. nati ex Borea et Orithyia, quae filia fuit Erechthei Atheniensis regis, silii Pandionis: ab omaibus inter Argonautas relati, vt et ab Oppiano 11. Cyneg. vers. 621. Hic Boreas, silius Strymonis a quibusdam habitus, rex Thraciae. vide Schol. Apollon. lib. 1. 211. qui rapuit ex Attica Orithyiam Erechthei siliam. vide Apollod. lib. 111. x1v. 5. 2. Schol. Piadari ad Pyth. 1v. 324. docet, Boream virum quemdam Thracem susse, quia Thracas Graeci Bopesse vocarent, et silios Boreae venti distos, quia erant velocissimi pedibus; et Calain distum quasi mande Reven, Zeten, quasi Zeren, id est, zere sinora noi neserva, quibus similia habet Eustath. ad Odys. E. circa sin. pag. 240. Ed. Basil. Stat. v. Theb. 406. velis ministrantem Calain inducit, vide forte alas ipsi tribuerunt Poetrae, eodem modo vt Perseo, Daedalo et aliis, vt notum est ex Mythologis. Matrem Oristyiam constudune quidam

enm alia eiusdem nominis: Scholiast. enim Apollon. d. l. facit Cecropis filiam. cum haec fuerit Erechthei, altera vero Cecropis II. quae, nupra Macedoni, Europum genuit, teste Stephano, vide Meurs. Reg. Att. 11. cap. 13. et 14. Sororem habuere hi Argonautae Cleopatrem, quae nupta Phineo. de qua noster Flacc. lib. Iv. 464. et cuius historiam enarrat Triclinius ad Sophoc. Antig. 977. et Scholiast, ad vers. 992. ad quem obiter notandum, illum Scholiasten, quisquis sit, narrare maximam partem ex Apollodori Bibliotheca, in cuius tamen lib. 111. cap. x1v. f. 2. ita vt nos habemus, et aliter, et breuius narratur, vnde confirmari posset opinio Barthii ad Stat. 1. Theb. 121. nos tantum magni et immensi operis Mythologici habere epitomen. ex hac Cleopatra Phineus tulit Plexippum et l'andiona, vel vt alu, Gerumban, et Aspendum. hos ad Argonantas venifie, contra iniurias nouercae auxilia petentes, et cum iis abiisse in Colchida narrat Diod. Sic. lib. 1v. pag. 172. hos Boreadas mortuos esse in persequendis Harpyiis quosdam tradere, alios vero circa Tenum insulam ab Hercule occidos, narrat Apollodorus d. 1. Hyginus telis ab Hercule confectos refert, quo respicit Senec. Med. 634.

Seranie Alcides Aquilone natos.

vbi vide Delrium. Condidisse Calain Cales, vrbem in Campania, auctor est Silius Ital. lib. viii. 514. quam et lib. xii. 525. Threiciam Calen ideo vocat. sed Cluuerius Ital. Antiq. lib. Iv. cap, 6. Poëtam ex similitudine vocabulorum id finxisse censet, cuius sententiae accedit eruditionis summae Vir Camillus Peregrinus dissert. 11. de Campania Felice pag. 316. sed idem vir summus non observasse Clunerium notat, Silium de eius situ contraria dixisse; cum enim lib. x11, recte eam inter Campanas retulerit, lib. v111. eam collocet in Pelignis. Vnde vero editor numifinatum egregiorum ex Museo Iacobi de Wilde resciuerie, caput iuuenis alati in nummo Amisi Vrbis Galatiae esse Calais, nescio. et vellem nobis vel vnicum testimonium veteris scriptoris protulisset, quo suspicionem de Calai, conditore Amisi, firmasset. vnde etiam Cales vrbem, de quo modo vidimus, Calefium vocatam didicerit, vellem indicasset. perfuasum tamen etiam Cl. Iac. Gronouio, caput in nummo Amisi, effe Calais, video ex tomo 1. Thesauri Ant. Graec, in quem eum contulit; sed de vrbe Amiso mentione nulla facta, quod tamen oportuit. Ex Hygino tantum fab. 273. (non 237.) memorat, Calain in Iudis, quos Acastus fecit, Argiuis, vicisse diaulo: de quibus ludis in Acasto 'egimus. si iis vero Calais et Zetes vicerint, vixere certe post expeditionem Argonauticam, sed quo tempore ab Hercule perierint, nescio. Dion Chrysost, in Corinthiaca p. 458. quem indicio Cl. Gronouii locum debemus, hoc certamen a Neptuno et Sole institutum ait, in quo et Argo nauis vicit, quae postea a lasone fuit consecrata. vbi in Ishmo certamen, non Argis suisse commissum dicitur, et nulli, nisi Argonautae, certasse; non alii, quos Hyginus admiscet. Ceterum Calsin et Zeten saepe a scriptoribus confusos cum Amphiane, et Zeto observauit vir eruditissimus Schurtzfleischius in Animaduersionibus ad Longin. cap. z. pag. 66.

Digitized by Google

CANTAVS. et hit emnibus memoratus scriptoribus. Abanis des dicitur Apollons s. 78. et Schohastes facit allum Canethi, (rede mons in Bocotio,) qui alius Abanis, unde Bubocae incolae Abanes dicit. quocum et Orpheus facit, qui vers: 139.

Kuvale d' Evfluider "Azariabye dutegere.

Valerius voro lib. 1. 433. genitorem Abanca vocat. et lib. vr. 321. Euboicum facit. Abantus vero plures fuife, et alios etiam Abantus vero plures fuife, et alios etiam Abantus vocari vidinas in Areio. quare nostrum deducere licet et illo Abantus vocari vidinas in Areio. quare nostrum deducere licet et illo Abante, qui Melampodis silvus, nepos Amythaonis, pronepos Crethei fuit, vt ita genere lasoni sueric contuntissimus. Hygino dicitur Cerioniis silius, quod nomen certe corruptum est. Hie non rediit domum, sed, vt Hyginus refert, in Libya a Cephalione com Eurybare interfectus. Apollon. lib. 1. 485. a Capharro silio Nasamonis et Tritomidis Nymphae, (qui silius Amphithemidis, vel Garmantis. et ille ex Acacallide minori silia silius Phoebi.) cuius pecus abigere volebat, lapide istum canie Orpheus 141. simpliciter ia Libya periisse dicit: Valerius ab his dissidens cum lib. vi. 377. et vii. 422. in pugna cum Perse a Gesandro interemptum memorata Maserius ad lib. 1. 451. ad Canthum refert illa Senec. Medea vers. 622.

Anlis amifi memor inde vegis etc.

quae alii ad Tiphyn, alii Erginum spectare censent, vide Scaligeri
ad Propett, 111, v1, 23, sed focus ille mihi nondum planus esse videtur.

CASTOR et POLLVX. frattes, Iouis filii, Diofturi, notiores fe-3t, quam ve describi postulent, nam et mulli huins expedicionis Scriptori praeteriti: nemo ignorat etiam louis et Ledae filios dici. In qua generis origine hoc folum, quia omnia reliqua obnia, obfernandum, quod etiam lafoni coniuncti fuere fanguine, et familiam Acolidarum contigerint. Acoli enim filia fuit Calyce, quae ex Aethlio suscepit Endymiona, cuius filius Aetolus, eius Pleuron lulus Agenor, illius Demonice. quae ex Marte tulit Theftium, Patrem Ledae, qui rex fuit Actoliae. vid. Apollod. lib. 1. cap. 7. fed In hoc stemmare hoc incommodum, quod cum tot gradibus Thestius ab Aeolo distet, vix eius actas remporibus huius militiae congruere posse videtur, cui cot dedere nomina posteri Acoli, multo propiore gradu eum contingentes. Sed idem in Anceo, ibbich et aliis occurrit, nec tales in Historia Mythica nodi nos morari debent, cum saepe einsdem nominis auos et nepotes confuderint Pottaé, possunt tamen Dioscuri propins Acolo admoueri, si per Patrem Tyndarca adfeendamus: ille enim filius Perieris, et nepos Acoli fuit, ve Apollodorus stemma deducit lib. 1. cap. 1x1 9. 5. qui tamen alios Perierem Cynortae filium facere addit, qui fuit filius Amyclae, et hinc lib. 111. cap. x. 6. 3. et 4. ex Cynorta deducit Perlerem, ex illo Oebalum, et ex eo Tyndareum. sed hinc etizia perturbationes plurimae temporum: si enim Tyndareus tertius ab Acolo, qui poruit Leda, quae nona ab illo fuir, eius comiux fuiffe? neque eriam Castor et Pollux multo infra haec tempora detrudendi, cum ante Troiani belli tempora jam e medio excessetint; quod fi etiam verum fit, qui eredibile est Helenam, corum sororem, Belli Troiani

Troiset potulfe elle auftorene: L'este ille file Tyndatei fuit, decrepitam arum fuiffe, cum Troiam irene Graeci, esqueet. quem nodum non alites soluit Servius ad Virg. 11. Aeneid. 601. nis quod Pollux et Helena fuerint immortales, ideoque non fenschae viriis obnoxii, Caltor vero memalis: quae recio nulli faciafacera potesie. Idem Seruius observat, Argonemarum filios interfuisso bollo Thebano, illorum vero filios Troisno, fed inextricabiles hos podos relinquemus, funt et, qui Castorem et Ballmerm ex Nometi genitos, a Loda vero, jam anu feilicer, marriers, vid. Had. hin. t. Animadu, 15. nihil praetorea de pobilifimis his frantibue addine vacar, nife onia gemini et vultibus ita fimiles fuernat, ye vix digacsci potnerint ar ita fuifie confusos a veteribne, va Castori tribuerie hic quae aline Polluci, et non modo Caffores veruseque vocamerino sed nec in artibus, quibus alteruter excelluit, constitueine. Caffone eque gandere Horat. 11. Sat. 1. et f. 9d. 42. et alia dinerunt ,. fed Polluci equan Cyllarum et equestrem scientiam Propenius libe 1212 eleg, 21, et Virg. 111. Georg. 89. attribuunt, quit mempe aquus ille communis verique, et Poétie hace licensia germieratur. vido Seru, ad Virgil. v111. Aeneid, 642. cum vero hanc ad expeditionem le Celtor fuccingeret.

Poffus Amyclaca pinguescere Cyllaren harba

ve nofter came lib. z. 426. et reme permuent behende vet Statius vet. Theb. 329. whi wide Luzze, et practeres opene practium tulenis, fa adierie Triftuni Toro, 14, Comma pag. 268.

CEPHEVS. omnibus memoratus. Arcas fuit, et filita del, Lyacurgi fineer. vida in Ancapo priote, et Anabidandrie. Apollodorus lib. 2511 cap. 9. ex Pelafgo eius originem deducat inser filica veto Alei omisti Amphidamante, et vidimus. vide Paulino, viz. 4. Scholisflest veto Apollonii ilb. 1. 161. duos hec nomine fuita Ancada dicia, vaum Cephenj. Alei filium, alectum, quius Italianium meminic in Arcadicis, fed, quis illo fuerit, men addie, faiso pomine Cepheus, filius lafit, quem memorat Aratus in Phaeseus, vetf. 1791. quammis-Theon Instance dici non a patre, fed ab lio, Inseni filia, vetfis Capheus Agamonis filius, de quo man videbirma. et inse Germanicas vetf. 1844.

Infides coion coclam cum coninge Cophens:

IOLAVS. Iphicli, fratris Herculis, filius, feli Hygino adnumeratus Argonautis. Hic ab Ouidio inter venutores Apri Calydonii memoratur lib. v.111. Met. 310. Ab Apollodoro eius pater Ipbiclus: Adfuit et Iolaus Herculi patruo contra Hydram, vide Scholiast, Nicandri ad Ther. 688. eiusque currum rexisse in illo certamine narrat Anonym. pe xis. Laboribus Herculis ab Allatio editus cap. 2. et eins precibus inuentuti restitutum fuisse, canit Ouid. 1x. Met. 429. alu eum mortuum dicunt, sed cum Enrystheus Heraclidas ab Atheniensibus deposceret, et bellum denuntiaret, reuixisse, et Eurysthea occidisse narrant, vide Schol. Pindari 1x. Pythior, 137. vbi addit. allos hoc de reddita seni inventute interpretari. eius vero tumulus honorarius erat prope Thebas ad Amphitryonis monumentum, vbi Iolaea sacra celebrabantur. vide eumdem Scholiast, ad 1x. Ol. 149. et iv. Nem. 21. et 32. Thueves 'Islas prope Thebanam vrbem memorat Arrianus lib. 1. de Exped. Alex. 7. vbi interpretes inter se contendunt, an lucum an fanum Iolai intelligi oporteat. In Sicilia quoque lolao templum et sacra instituisse Herculem, narrat Diodor, Sicul, lib. 1v. pag. 161. et vt deum in Sicilia et Sardinia cultum refert pag. 164. Iolaum hunc cum Protesilao confundi videbimus in Ipbiclo altero.

IPHICLVS, filing Thestii, Apellodoro lib. L. 1x. f. 16. Hygino cap. xiv. Apollonio 1. 201. et Orpheo vers. 158. memorarus. nec Valerio nostro comissius lib. 1. 370. quamuis ibi quidam Iphitum legant, sed perperam: cum quia bic Inhiclus Thestii silius a nullo praeteritus, neque a Flacco debebat negligi, tum quia, ve rece Maserius notat, media syllaba in Libitus corripiendadit, cum in lpbiclus fit anceps. Orpheo frater, ciryovos, Althaeae dicitur, quae et Thestii filia fuit Schol. Apollon. 1. 146. vbi Thespins male pro Theftins legitur vulgo. Mater vero Althaene ibi Laophonte dicitur. sed ad verf. 201. Scholiestes dicie Iphicium et Althaeam fuisse ex Deidamia Perieris filia: Apollodorus vero lib. 1. cap. VII. f. 10. dicit Thestium ex Eurythmide, Cleoboeae filia, sustylisse Althaeam, Hypermnestram, Inhicium et alios, vide supra in Amphiaras. Hyginus vero matrem Leucippen, tam Althaeae, quam Iphicli facit: quae fortaffe illa Lencippe fuit, quae ab Aeliano 111. var., 42. inten Minyadas numeratur, et ab Quidio Leuconor dicitur. vude cognatio eius cum lasone posser deduci, et simul ratio reddi, cur frater eius Clymenus vocetur, quod nomen, vt et Clymene, in Minyarum famiha vittatum finit, vide supra in Clamene.

IPHICLVS

IPHICLVS alter. filius Phylaci, pater Protefilai et Podarcis, Apollod. lib. 1. 1x. f. 12. quamuis cum omittat in catalogo Atgonautarum, quod fraudi fuit viro docto Eschenbachio ad Orphei vers. 137. qui cum Ipbiclo Thestii filio confundere videtur: reliqui omnes Argonautis adnumerant, et hic cognatione proximus fuit lafoni, et ex Acolidis: mater enim eius Periclymene, Minyae filia, quae et Clymene, foror Alcimedes, Iafonis genetricis, vide Schol. Apoll. 1. 45. et 239. et supra in Iasone. Auunculum lasonis vocat Hyginus, quia Alcimeden mattem Iasonis, eius sotorem, et filiam Phylaci faciunt aliqui. vide Heini. ad Ouid. xxxx. Epift. 35. per Patrem etiam ex Aeolidis deducebat genus. Phylacus enim filius erat Iphicli, huius pater Phylacus, illius Deion vel Deioneus, Aeoli filius. vide Eustath. ad Homer. Iliad. B. 697. Apollod. lib. s. cap. 1x. g. 4. Phylacus vero primus, filius Deionis, condidit vrbem Phylacem, teste Eustathio et Stephano in oudany. vnde Phylaeidem dictum Protesilaum a Propert. 1. x1x. 7. quidam putant: cum non ab oppido, sed ab auo Phylaco 11, patre Iphicli, ita denominetur: nam ab oppido gentili อบมหหหัดเอง, vel per periphrasin in Φυλάκης, dici docet Stephanus, quamuis et Φυλάκιος, de Protesilai, Iphicli filii, patria apud Luciau. in Dialog. Mortuor. p. 145. Edit. Bourdel. occurrat. Iphicli vxor Diomedes dicitur ab Hygino fab. CIII. sed ibi agitur de Ipbiclo, Herculis fratre, de quo in Iolao vidimus, quem Hyginus dicit effe didum Protesilaum, cum proprio nomine lolans dicatur. vide Munckeri notas. Eustathius Astochen vocat vxorem Iphicli, quae diuera videtur ab Astyoche, Actoris filia, de qua vidimus in Almelo: hic vero tanta pedum leuitate et pernicitate cursus fuisse dicitur, vt supra spicas triticeas posset currere, nec eas tamen laederer, vel, vt Demaratus aiebat, vt posset per fummas vndas labi. vnde in prouerbium abiit, Ipbicli celeritas. vide Scholiast. Apollon. d. I. et Tzerz. Chil. 1. 42. et Eustat. ad Hom. Il. T. 227. et Etymol. M. Auftorem in "Ioundog. quae Poetis hyperbolae vsitatissimae de quocumque, siue homine, siue animali pernici, vt multis Eschenbach, ad Orph, vers. 137, et alii ostenderunt. Qua tamen dote in hac expeditione nautica non commendari poruisse videtur, quia iam senior erat, et immunis omnium operum, sed vt monitor, qui inuenes ad virturem stimularer, adscieus. vide Val. Fl. 1. 474. quare mirari aliquis, cui Poetarum in historia Mythica temporum confusiones ignotae sunt, posset. Ouidium eum adhuc Troiano bello superfuisse tradere cum Laodania quae in Epist. x111. vers. 25. Soceri sui Iphichi, ve viuentis et sibi officium praestantis meminerit, nisi quis consusos Ipbielos, et eorum munera putet. nam Orpheus vers. 158. alterum Ipbiclan Thestii filium esse missum in hanc expeditionem, vt doceret Melea grum Althaeae filium, cuius anunculus erat, praeclara opera, vt iti tamquam eius rector effet. quem Iphiclum Valerius remo admoue Ad hun lib. 1. 370. cuius vacationem habebat alter Iphielus. Ipbiclum referendum est fragmentum Hesiodi apud Athen. lib. x1 cap. 14. vbi et Phylaci eius patris mentio fit, quis vero Ipbiclu fuerit, cuius Historiam narrat idem Athenaeus lib. v111. cap. 16 nescire me sateor. neque etiam an Parthenius in Iphicle, cuius opt ris meminit Stephanus in 'Aquiquiq, nofiri Herois res geffas descripse-

IPHIDAMAS. jes vitiose nominatur in Orphei editione, cum di-

cendus fit Amphidemas. vbi vide.

IPHITVS. Nanboli filius, Phoceniis, omnibus memoratus: nifi sutem ab Apollonio 1. 207. Ornitides vocatur, ve distinguatur a Naubele, Lerni filio, memorato eb codem Poeta 1, 135. vide infra in Namelio. Hoelezlinus Naubolum zlio nomine Haemona dici, es Oragian, qui et Orwyens et Ornyeion, effe; quia a l'aufania lib. 11. Iphicus Haemonis, Haemon Thoantis, Thoas Ornytionis filii dicuntur: et ex Ornytione etiam natus Phocus, unde Phocenses, sed haec admodum obscura. Pausanias lib. x. cap. 33. Naubolenses di-Ros Phocenfes olim tradit. et Homerns Il. B. 517. Schedium et Epistrophum, filios Iphiei Naubolidae, facit duces Phocentium: vbi Scholiaftes Naubolane facit filium Iphiel: ve et Scholiaftes Barthii ad Str. vii. Theb. 354. ipfe vero Naubolus Hippafides a Statio dicitu, vt et Hyginus notat, quosdam credidiffe, Iphieum Hippoli filium fuife, et ex Peloponnelo venisse, ita effet frater Afforis, de quo vide fupra, quae commia inter fe conciliare, non est opis nostrae. Filis Iphici Barynome dicieur, ex qua Adraflus. vide infra in Talao. alies est labitus Euryti, Oechaliae regis, filius, frater loles, apud Apollodor, lib. 11. cap. VI. S. I. quein Argonautis etiam admimetat Hyginus et Apollonius. lib. 1. 86. vide in Clytie et Euryte. vi pluribus de illis egimus. Hunc Ipbirum ab Herculo e turre praecipientum marrat Diodorus Sic. lib. 1v. pag. 165. quem tamen eferise in Enboram Scholiastes Sophoclis ad Trach. 355. adfirmat. Arram Iphiti, quem Hercules ipli abstulit, et quo postea in surore abofes eft. celebrat Anacreon verf. 421. vbi vide Barnefium.

IPHYS. vel porius Iphis, foli Valerio Flacco lib. 1. 441. memoraus, vbi admodum laborat Pius et alii, quia olim lobitus ibi legeberne peo lobi suis etc. Alii contendunt, bumdem effe, qui Tipbys. quos rede refellie Pius. et absurde Flaccus, cum Tiphys gubernator feerit, et ad clanum federit, feriberet, eius morte remum ceffafe, przeteren, Tiphys mortuus est in Maryandinis, vt ipse Valer. Flec. lib. rv. memorat. Iphys vero demum in Colchide lib. vit. 423. vbi vide Pii et Maserii notas, et ad lib. vi. 638. quae notavinne, et Balbum ad lib. 1. 721. quare ex ipla Valerii fontentia detti funt. Alectoris friffe filium, ex Paulania, Iphyn, qui Schenelo Copanei fracris fui filio regnum reliquit, notat Maserius ad bb. 1. 441. licet alium fuitle addat, fe patare, vide infra ln Leito. · IXITION. ex vrbe Cerincho, foli Hygino notus. fed cum locus ile procul dubio fit corruptus, neque id nomen obuium in feculo ille fabulofo, verosimilis Munckeri coniectura, illo loco Canthum file memoratum, qui ad finem capitis Ceriontis filius dicitur. quidquid fit, mihil definiam, donec a meliori codice medicina apperrat, vel indubitatis argumentis hic Ixition probetur fuille inter Argoneness.

LAERTES. Arcesii filius, pater Vlixis, a solo Apollodoro inter' Argonantas refereur, reliquis ofinibus ignoratus. Tempora satis

conteniunt, et cognatio cum lasone et Acolidis possis eum huic militiae sociare. Arcesius enim filius Celei, ille Cephali, hic vero frater Phylaci, et silus Deiones, qui Acoli silus suit, licet in loc stemmate quaedam aliter ordinentus, et ipse Vlixes apud Ouidium x111. Met. Arcesii patrem Iouem suise glorietus, quae omnia egregie illustrauit Mezeriacus ad Ouid. Epist. 1. cuius scrinia compilare non libet. addit idem Mezeriacus, credidise multos, Visem ex surviuo cum matre eius coitu ex Sisypho natum, quod ipsi obiicit Aiax, et ita propius Acolum, cuius Sisyphus silius suit, contingeret.

LAOCOON. Parthaonis filius, Oenci frater, Calydonius, et patruu Meleagri, in cuius nomine de Remmate horum, agemus. memoratur hic inter Argonautas ab Hygino et Apollonio Rhodio lib. 1. 192. qui addit, illum ex alia matte natum, et quidem ancilla, quare Oencus eum filio fuo Meleagro addidit nosuriras, recorem. Ex haec forte ratio, cur ab Apollodor. lib. 1. cap. VII. §. II. inter filios Parthaonis non numeretur, nec etiam alii inter Argonautas, vt ignobiliorem, recenseant. Nihil praeteres de hoc Lasconte mihi compertum est.

LEITVS. Autres, Alectoris filius, reperitur in catalogo Apollodozi, legitur quidem, Leiti filius Peneleus, inter procos Helenae Apoll. 11. 11. 5. 8. vbi vide, fed fine dubio mendosum id in hoc Argonauta; et cum Alectoris filium saciat Ipbyn Pausanias lib. 11. Corinth. cap. 18. ille forte reponendus effet. Alector vero filius Anaxagorae, vnde Anaxagoridae reges Argini post cum dici sucre.

LEODOCVS. Frater Arnii et Talai, filius Biantis, et ita ex Gretheidis, memoratur Orpheo, Apollonio et Valerio; sed Hygino et Apollodoro praeteritur. hic, stemma cum commune habear um Areio, et Talao, ad eos lectorem remittimus. notandum modo Orphea vers. 146. eum Assobias, vocare, quem Apollonius Assobias,

appellat.

LYNCEVS. Apharei filius, Idae frater, in quo pluribus de eorum parentibus actum, et origine ex Cretheo. celebratus maxime acerrima oculorum acie, qua penetrare in ipía terrae viscera dicebatur, quam eius dotem Valerius noster et omnes Argonautici et Mythologici scriptores extollunt, quod Poetas ipsi tribuere proptes studium rei merallicae et naturalium, et quod in visceribus terrae recondita perserutabatur. Hing Romanae Academiae sodales, quales in Italia plurimae, se Lynceus dixerunt, ex qua celeberrimus Fabines Columna, qui non Lynceus appellatus, quia in reruin naturahum perquisitione acutissimus erat, quamuis et eo nomine hac appellatione non indignus effet, sed quia Academiae Lyncoorum adscriptus erat, vt nos docet Leonard. Nicodemus id Addit. ad Toppii Biblioth. Neap. in Fabio Columna. Placcius vero de Pseudonymis num. 1430. pag. 77. Martiuum Fogelium Historiam Lynceorum iam iam editurum, nobis nuntiauit nuper. Lynceus vero Argonauti mortem habuit cum fratre lda communem, de qua supra egimus. Vnicum adhuc notandum, confundi hunc Lyncea, Messenium Apharei filium, saepe cum Lynceo, Aegypti filio, qui Argiuum regnum cenuit, marito Hypermnettrae, Danai filiae, quae eum seruauit. ita Aristophania Schol. ad Plut. act. 1. sc. 11. vers. 152. acutum visun Lynces Lyncio Aegypti filio tribuit; licet postea dués Lyncios distingual. Scholiastes quoque Pindari ad Pyth. v.111. 77r dicit Lyncei filium suissa Abantem, Talai patrem, en quo Adrastus, vbi est consusio duorum stemmatum. Nam Lynceis Aegypti sitius reliquit Abanta, sed cius situs seit Acristus, vt notissimum, vid. Paulan, 11. 16. sed Telai pater fuit Bias, situs vero Adrastus, vt in Talao videbimus, vbi et Orphea Taltum Abantis sitium sacere notabimus. intersuit et bic cum fratre ida venationi apri Calydonii. Ouid. v.111. Met. 304.

MELAS. filius Phrixi ee Chalciopes, qui cum fratribus Argo, Gytiforo et Phrontide in mula Dia accessi Argonautis. vid. in Argo et Cysiforo. hunc insti-fubmersum nomen dedise, vi μέλως πέωνες diceretur, decet Scholistes Apollomi ex Eudoxo ad lib. 1. 922. quantus addat, alide a sumis Mela deducete nomen. vid. Eustath.

ad Dionys. Perieg. 538.

MELEAGER, noriffintus seni prisci Heros, Oenei et Althaese filias. Calvidonius, qui genus longa ferie ex Aeolo trahebat, defcendens ex Calyce Acoli flis. vide Apollodori lib. 1. cap. v11. 5. 4. et seq. ab aud verb Parthaone, Parthaonides dichur Valerio lib. III. 705, vbi videndus Pros, qui de cognatione Tydei et Melengti muka ibi confert. egregia quoque Parthamis stemma illustreuit Heinfins ad Onid. VIII. Met. 541. vbi et fuiffe notar, qui Mertis filium Meleagrum fecerint; ve et Maferius notauit, vid. Lutat. ad Stat. 11. Theb. 727. relique sius alla nota funt. unum est qued alicui, longum ordinem maiorum recenfenti, scrupulum mouere poffit: nimis longum nimiram internation inter Acolum, et Melesgrum intercedere, ve potnerie interfuifie huic expedizioni; cum nonue fere numeretur ab Acolo, et plurimi, ve lason, Argus, et alie tertia turtum ab Acolo generatione distent, sed frepe iam notanimus, frustra temportini concordiem in fabulis quaeri. Iuuenem vero et imberbem adfuisse huic expeditioni dicit Apoll, lib. 118. 118. Vnde et Liocobita ipli rectorem additum vidimus. Noster tiemen Valerius in hac sententia non fuiffe videtur, qui lib. 1. 424. humeros ipsi er spatium pestoris Herculeis aequum lacertis praeben. et lib. v. 574. ipsum et Tyden vocat ingentees Calpdonis alumnos. Magnum Veniden vocat Stating lib. v. Theb. 405, licet haec de ftatura, quae iam iuueni immensa fuerit, explicare liceret. denique actate fam virili fuifie adparet, quod inse Apollonius lib. 1. 997. eum multi, nisi Hereuli, cedere adfirmer, vnde et Herculis relinquendi austor, et factionis dux, magniloquentia et superbia omnes superat. vide Flaccum lib. 111. 645. et seq. vxorem dicitur habuisse Cleopaeram, Idae filiam, de qua vide in Ida, et Heinf. ad Ouid. Epitt. 111. 97.

MENOETIVS. Actoris et Aeginae filius, ex infula Aegina; Aeofidseum eriam ex familia: Actor enim Deionei filius, qui Aeoli. Pater fuit Patrocli, qui inde Afforides Ouid. 1. Art. 743. dicitus. Vide et ad 11. ex Post. 1v. 22. Ab omnibus vero Argonauticis memoratur. a Valerio Flacco lib. 1. 407. Afforides dicitur, de quo vide fupra in Afforide. et Schol. Pindari ad 1x. Olymp. 104. Actor vero ille rex Opocintis fuis, or diuerfus ab Affore Argonauta, quem fupra

Supra recensulums. Euflathius ad Homeri Iliad. A. 337. ex Hesiodo tradit Menoetium fuiffe frattem Pelei, et filium Aesci, alice vero facere Myrmidonem, filium louis, ex quo natus Altor, eni duxit Aeginam, quae iam ex loue Aescum antea fulceperat, iple vero postea ex illa tulit Menoetium. Mytmidonie etiam filium Allere dicit Scholiastes Apoll. Rh. lib. 1v. \$16. vbi addit, eius filim Philomelam datam fuiffe Peleo. quam camen Hyginus facit, mettem Patrocli, ergo vxorem Menoetti, vide de his amplins agendum do-Stiffmum Mezeriacum ad Ouid. Epist. 1. vers. 17. et Munckerus quoque ad Hygini cap. xCv11. Sebenden Mettoetii vxorem fuille notat. Achillis etiam matrem Philomelam fuiffe, oftendir idem Moaeriacus ad inicium Epist. 111. Quidii. potuere vero confusae fuisse duae mulieres, Philomela Actoris filia Menoetii foror, quam duzit Peleus, et Polymele Pelei filià, quana duxit Menocrius, cuius nomen pro Philomela apud Hyginum effet restituendum, is vera funt. quae doctiffimus vir adnotat ad Ouid. 11. ex Pont. 1V. 22. quamvis apud Apoliodorum lib. 111. cap. 13., ex correctione Galai, mon repetiam, Polymelen Pelei filiam, fed Polydaram, ex qua Menelbins natus fuit. Sed Mezeriacus Eustathium dicit Achillem facere filium Polymeles, Actoris filiae, quae certe ab afite Philomelo vocatur.

MOPSVS. Nulli omiffus aut ignoratus; celeberrimus vares, vt eum inter antiqui nominis vates celebrat Clemens Alexand, lib. t. Strom, pag. 333. Ampyeis, vel vt alit Ampyeis, et Chloridis Nymphae filius, Lapitha, ex Oechalia, ve quidam, vel Titarenfis, tefte, Hugino: Terapiaces Apollon. lib. 1. 65. quidam etiam Tourestinus (Lycophron. vers. 881. Tornegaveler) vocant, quia pater Ampyci, fuit Titaron, vel ab Oppido Thessaliae Titarone, quod a Titaresto Sumine Thessalize diversum esse docet Stephanus, et meminir eins Homerus II, B. 75x. vbi multa de eo flussine adducit Euftathius, qui eum ex Titaro monte, qui vicinus Olympo, effluere, et Eurosan ctiam dici, notat. Hic vero Mopfus faepe confusus cum altero Mopfe, Tiresiae filio, vel nepote, qui cuam vares Trojani belli sompore fuit. vide Gronou. ad Senec. Med. 655. Vales, ad Ammian, Marcel. xIV. 8. et Berckel, ad Stephe in Mohim. Noster vero Ampycides varis munere funchus inter Argonautas memoratuc. Orpheus verf. 127. eum filium Ampgei et Aregonidis facis, vbi Eschenbachius, ex Graeuii sententia, diuersam de Matre varis Orphea sequi sententiam notat. alii constanter Chlorida matrem vocant, quae diuersa a Chloride, Amphionis et Niobes filia, quam Neleus vxorem duxit, et a Chloride, Titelize filia, vt quidam matrem Periclymeni vocant. vide in Periclymeno. Hygin. fab. x. et Schol. Homeri Odys. A. 280. vide infra, in Neleo. Valerius noster lib. 1. vers. 383. Apollinis filium facit. cum quo facit Starius 111. Theb. 521. vbi Lutarius interpres Apollinis et Himantis filium dicit fuisse, et hine quidam apud Ouid. 1. ex Ponto 1v. 37. legunt mee Himantide natus, et intelligunt Mopfum, vt docet Merula in no tis. Sed Apollinis filius non fuit reuera, sed opinione et Poëtarun clogiis, qui vates Apollinis filios faciunt, vnde Valerius dicit, Phoe bi fides non vana parentis, id eft, eum arte fua et praestantia vatici nandi vulgi rumorem confirmatie, quali Apollinis effet filius, eoder mod

modo ve Neptuni et aliorum deorum filios vidimus alios, qui tamen vero patre censebantur alio. ita et alter Mopsus Apollinis filius didus, cum estet Rhacii et Mantus; Pausan. lib. v11. Achaic. cap. 3. vbi vide notas Kuhnii, qui ex Cononis narcatione v1. id simat. rellqua de Mopso obuia et occupata aliis. Hyginus vero hunc ab initio non accessisse Argonautis ait, sed in itinere post mortem Ampyci patris ad eos se contulisse, deinde in Africa morsu serpentis obisse: cum ceteri omnes simul cum lasone conscendisse nauem, et ex Thessai foliusse narrent. de eius morte videri postunt viri dosti, quos iam laudauimus, et Tzetzes ad Lycophron. vers. 881. Ouidins, eum superfuisse huic expeditioni, et venatui Calydonio cum Meleagro intersuisse, canit lib. v111. Metam. 316. Apulcius de Deo Socratis, eum pro deo cultum, et in Africa oraculum habuisse

adfirmat, vid. Barth. ad Stat. 111. Theb. 521.

NAVPLIVS. Neptuni et Amymones, Danai filiae, filius, Argiuus, omnibus praeter Apollodoro, memorarus. Scholiastes vero Apollonii ad lib. 1. vers. 133. duos fuisse Nauplios tradit. hunc suisse veterem Nepsuni filium, et Argonautam, alium vero ex eius posteris Nauolium, et stemma ita deducitur: Amymone genuit Nauolium Argonautam, ille Proetum, ille Lernum, ille Naubolum, ille Clytonaum, ille denique Nauplium secundum. et videtur Apollonius ex huius stemmatis deductione Nauplium minorem filium Clytonai statuere Argonautam; licet vers. 138. Nauplium maiorem Amymones fil. nauigandi peritissimum staruens, eum Argonautis accensere posses credi. certe Orpheus vers. 200. Hyginus et alii eum Neptuni et Amymones filium faciunt. Hoelzlinus ad Apollonium, vbi de variis Naupliis agit, iple confundit stemma, et Proetum facit Nauplii minoris filium, cum fuerit maioris, et Nauplium putat cumdem effe, qui Abas dicitur Pausaniae lib. 11. 16. sed ille diversus Proegus fuit, gerninus Acrisii frater, filius Abantis, et Argiuus. hic vero Proerus, Nauplii filius, Phocenfis: nam Lernum er Naubolum fuiffe Phocenses, vidimus in Iphito. et hic Nauplius major conditor Nanpliae, teste Pausan. lib. 11. 38. et v. 35. et Schol. Euripid. in Oreste vers. 54. et verosimile est, Lernam Paludem a Lerno Proeti filio dictam, ve et ab Amymone fons nomen in eodem tracu terrae accepit. Nauplius etiam familiaris Aleo fuit, cuius iusiu filiam Augen necandam vel vendendam tradidit, teste Diodoro lib. IV. p. 166. et Apollod. lib. 111. 9. g. 1. et paullo aliter Pauf. v111. 848. Scholiastes vero Apollonii ad lib. 1v. 1091. ex hoc Nauplio Neptuni filio, natum effe ait Damastora, Pherecyde austore, ex eo vero Peristhenen, inde Castora, et ex eo Androthoën, matrem Dictyos et Polydectae. Hic Nauplins, cum Tiphys periiffet, petiit claui regimen, sed praelatus fuit Ancaeus, teste Apoll. 11. 898. ex Flacci sententia Erginus lib. v. 65. insignem vero fuisse cius nauigandi peritiam et siderum scientiam, inde confici posser, quod ex duabus Arcis vnam reperifie Nauplium, alteram Thaletem dicar Theon ad Arati Phaenom. vers. 27. Practerea etiam noster Poeta hunc Nauplium confudife videtur cum alio Palamedis patre lib. 1. 371. qui tamen fuit Euboicus, cum noster Argiuus dicarur ab Hygino xIV. et Scholiaste Euripidis d. l. Apollodorus etiam lib. 11. i 2

cap. t. f. S. itidem confundit. Nam hunc Nauplinu Clymenen Atrei filiam, vel ve alii Philyram, duxiffe narrat; vel ex sentemià Cercopis Hefionen cepiffe, ex qua Palameden et alios gemuit, qui locus mendosus est. nam Clymene Atrei, "Arreue, filia dicitur, vt etiam legitur apud Schol, Euripid. Oreft. 432. quae lib. 111. c.11. 8. 2. dicitur Cretbei filia, qui Koerene ettam ibidem dicitur, Minois filius, fed semper Carrea vocari debere, docuit Meursius in Creta lib. 111. rap. 3. et ita MSS. habere, notat Th. Galeus, et Tzetz. ad Lycoph. 384. rede tradit. haec Clymene fuit mater Palamedis, cuius foror Aerope, Plistheni nupta, edidit Agamemnona et Menelaum, vnde a Suida Palamedes dicitur Arthing Agamemnonis, iple etiam Virgilius Nauplios confudifie videtur, cum Palameden Beliden vocet lib. 11. 82. Amymone enim, Danai filia, Beli neptis erat, vbi Seruius, Apollonium secutus, dicit, eum septimo gradu a Belo Mistare, quae iisdem paene verbis haber Lutatius ad Stat. 1. Achil. 92. cum tamen ex Apollodori loco, mox adducto, tantum quarto gradu distare efficitur. fi vero Nauplium minorem fuise patrem Palamedis statuamus ex stemmate Apollonii, nono quidem gradu di-Stabit. Luratius vero ad Stat. 11. Theb. 432. vi. Theb. 288. Nauplime majorem patrem Palamedis statuit, vt Apollodorum fecisse vidimus, absunt ramen illa verba, quae Palameden ex Nauplio natum indicant, ab Hygini fabula curx, quam descripfife Lutatium Munckerus notauit. Morerius in lexico fuo memorat, Nauplium fecundum, quem Seriphi et Euboese *) Regem facit, quod vnde habeat, vellem docuisser. fi enim Seriphi rex fuisser, potuisser Polydecten aut Dictyn, quos ex posteris Nauplii prioris fuisse vidimus, cognatione contigifie. illorum autem posteros nescio an veteres memorauerint, qui vero supplementa adiecit Morerio, relle eum quidem reprehendit, quod nullam Nauplii prioris mentionem fecerit quem tamen iple Cenfor, an fuerit, ignorar, nec stemma Naupli accurate excutere satagens, ad Apollodorum, obuium omnibus in hac materia auctorem remittit, quem nos Mauplios duos confundere oftendimus. maximum hoc ex furum Lexicographorum feripti est incommodum, quod vet nullos auctures producant, vel ad seri prorem aliquem nos ita remittant, vt quaerendo defatigati, tanden illis fidem habere malimus, quam inutilem operam insumere. facp etiam citant auftores, apud quos illa, de quibus agunt, deber exstare credunt, licet saepe vel nihil ibi reperiatur, vel longe aliter NELEVS. Hippocoonsis filius, Pylius Hygino fabula x. et xiv qui folus eum in Argonaurarum censum refert, ab aliis Nepenzi e Tyrus filius dicitur. vide Schol. Pind. 1x. Ol. 43. et Schol. Apol lon. 1. 156. et Schol. Homeri Odys. A. 380. Apollodor. in catalo go Argonautarum et Liban. Diegem. 38. fed de Nelei gente mo in Neflore et Periclymes, Nelei filiis, agendum erit. eiestus hic era a fratte Pelia ex Thessalia, et in Peloponnesum abiens Pylum con diderat, ibique regno confirmato, et ducta Chloride, Amphionis e Niobes filia, Periclymenum, Nestora et Chromium fustulerai Hygid

^{.&}quot;) Maiore etiam inquistione di- Colon, Brandenb. 1692. p. 26. 50' gna faut, quae de *Nauplio, Bege-* in medium protulit. *Hart.* rox in Spicilegio antiquitatum,

Hygin, fab. x. quorum duo Argonautis se associanement: quare viz verosimile videri potest, illum cum filiis se voluisse adscribi in hane militiam, cum diu ante hoc tempus ex Thessalia migranerit, et senior iam esset. Pero, eius silia, Mater suit Areis Argonautae, pbi vide.

NESTOR. Nelei filius, qui solus omnibus fratribus superstes suit, quia aberat eo tempore domo, quo Hercules Neles cum omni familia sustulit. vide Hygin. fab. x. Hic soli Valerio nostro debet, guod inter Argonautas habeatur. vid. lib. 1. 380. et v1. 569. Licet vero Frater eius Periclymenus natu maior fuerit, ipsum huius expeditionis tempore militaris aetatis fuisse apparet, quia iam antea Lapitharum certamini interfuit, quod paucis annis hane militiam praecessit, ve iple Nestor apud Ouidium xII. Met. 212. et seq. et noster lib. 1. 145. testantur: quamquam scrupulus, si omnia ad Historicae veritatis calculum apud Mythicos renocare vellemus, inde iniici posset, quod primis in annis interfuisse Calydonio venazui dicat Quidius v111. Met. 313. qui post reduces Argonautas est institucus. Praeterea Scholiastes Statii lib. 1v. Theb. 126. dicit. illum ad bellum Thebanum non iuisse, quia nondum militauerat; quod tamen ex verbis Statii vix confici posse puto; quae ita se habent:

> Nondum nota Pylos, invenisque aetate fecunda Nessor, at ire tamen peritura in castra negauit.

s'inde tantum paret, eum vitra triginta annos natum, ideoque aptuma fatis militiae, fed noluisse huic bello nomen suum dare, voi etism Barthius notat, Poëtas non constare sibi in temporum ratione, ve salium dominos, non famulos, suo iquodam priuilegio, reliqua de Nestosis actis et vita, quia notiora sunt, et huc non pertinent, pomitremus.

OILEVS. Leodoci et Agrianomes, filiae Perseonis, filius, ex vrbe Naricea Hygino fab. xIV. memoratur, sed Berckelius in notis ad Fragmentum Stephani pag. 60. siue ad Aurier, emendat, Odoedoci filius, qui filius erat Cyni, quod stemma mihi est ignotum, et Herckelius ex Eustath. ad Il. B. 531. matris etiam nomen Laonomen pro Agrienome substituit, quod verofimile. nam idem Steph. in Raniages facit Calliarum, filium Odoedoci et Lapnomes. Gilei fuit Bripois, ex qua Aiax natus fuit, Homer. Il. N. 697. et O. 536. ex Rhene concubina habuit Medonta, Homer. Il. B. 727. memoratur vero hic inter Argonautas ab omnibus, praeterquam ab Apollodoro. dotes eius praecipuas fuisse, dolo hostes aggredi a tergo, si inclinata effet acies, canit Apollon. 1. 75. quod posset intelligi non de acie hostium, sed de sua, in qua pugnabat Oileus, quae eum fugeret, ipse, quasi in tergo manus haberet, insequentes hostes poterat impetere; et ad eum forte, non filium Aiacem, referri illa Sernii possent ad I. Aeneid, 41. a multis Historicis Graecis tertiane mount dicitur post torgum babuisse, quod ideo est fictum, quia fic celeriter veebasur in praelie manibus, ve certiam babere putaretur. quibus verbis si licerit praeponere qui, et ita connectere, fane bic Aian Dilei filius, qui a multis, ad patrem, non filium lubens referrem : quemnia non pugnem, fi de iplo Aiace quis vellet capere, qui

eadem dote, qua pater instructus, hostes in sugam datos mira velocitate insequi esset solitus, vnde Taxès Homero et Horatio 1. od. 15. celer sequi dicitur. sed haec relinquimus in medio.

ORPHEVS. Geleberrimus vates, et de cuius sapientia musica omnia veterum monumenta plena funt, a nullo Argonauticorum scriptorum non celebratus; quare nec nostrum est institutum operose de eo agere. De parentibus eius non conuenit, quidam Apel. linis et Calliopes, alli Ocagri, vt noster rv. 348. filium faciunt. vide Schol. Apollon. 1. 23. et Munker. ad Hygin. x IV. potuit vero reuera Oengri fuisse, sed habitus Apollinis, quia vates et Poëta excellens fuit; vt in Mopfo vidimus et aliis. et Schol. Pindari IV. Pyth. 313. notat, vt ex loue, et louis filii Reges dicuntur, ita Poetae et Citharistae ex Apolline. magister Eumolpi dicitur Ouidio 111. ex Pont. 111. 41. vbi vide notas. Hie rei militaris rudis, et etiam debilis, adfumtus a lasone ex consilio Chironis, quia aliter non potuissent Sirenas transire, Schol. Apoll. 1. 24. et 31. Orpheus, siue Onomacritus iuuenem facit vers. 408. et idem singit, la-Iona abiisse ad eum in Thraciam, et ad iter Colchicum innitasse. Eius munus fuit, Citharae cantu demulcere feros inuenum animos, friam feras mitigaffe Musis et literis mentes docent Parrhas, et Barth. ad Claudian. Praefat. lib. 11. de Rapt. Proferp. er alii.) et modum remis ducendis dare, et celeusuma canere. De poësi, quae sub eius nomine circumfertur, quam ad Onomacrisum quidam, alii ad iuniorem Poetam, nobis incognitum, referenc, hic agendi locus non est, vide Fabricii Biblioth. Graec. lib. r. cap. 18. et Schuttafleisch, notitiam Biblioth, Weimar, pag. 178.

PALAEMON. Apollodoro memoratus, Fulcani, siue Actoli filius, Orpheo vero vers. 208. Lerni filius nothus dicitur, et Palaemonius vocatur, vt et Apollonio 1. 202. qui dictum quidem Lerni filium, sed reuera Vulcani fuisse dicit, qui Lernus si idem sit, quem Procti filium vidimus suisse in Nauplio, itidem ex Aeolia familia genus suum deducebat. si vero ex Apollodori sententia suerit Aetoli filius, potuit illius Aetoli stusse, qui Endymionis filius, Calyces Aeoli siliae nepos suit, et ita ex Aeolisidis genus quoque traheret, et Calydonius, vt Hyginus eum facit, suisset, signoratur hic Valerio Flacco,

neque nobis de eo amplius quid constat.

PELEVS. Aeaci filius, Telamonis frater, Achillis pater, nulli incognitus, et ab omnibus inter Argonautas connumeratus. Martem eius Tzetz. ad Lycoph. 275. Deids fuise scribit, quam in Badeids mutat Munckerus ad Hyginum, cuius notas vide. hane Plutarchus in vita Thesei Scironis, slii Chironis filiam faciunt, quod verosimilius: et nomen apud Plutarchum corruptum esse patet, quia vxoi Chariclo additur, quae Chironi fuit nupta. vide ad Ouid. 11. Metam. 636. et Schol. Pind. 1v. Pyth. 182. et Apollon. 1v. 613. Aeaci vero mater Aegina dicitur Ouid. v11. Met. 615. Stat. v11. Theb. 317. et aliis, ita vt suerit frater Menoetii. Licet ille Ascore patre magis, Aeacus vero loue, (qui in aquilam versus Aeginam viciauit. vid. Schol. Stat. ad lib. v11. Theb. 424. et Nonni Dionys lib. xx1v. pag. 625.) censeatur, qua ratione etiam Aeolidas tangat vide in Menoetic. Ipse Petus, Thesis Nerei, (sue Nepuni Hygin

Pab DEVII.) Mian dunt, vado cum Generum profundi Nerces appelhe Stat. v. Theb. 436. relique notifime funt. sed hic quoque ratio temporum admodum turbata ell. vt enim multa praetuream, dicitur Pelens cum frattem faun Phocum, inita sceleris socierate cum Telemene, occidifiet, sufugifie, et luftratus ab Euryto Actoris filio, quem Euryrieus vocat Apollodorus. (vide fupra in Euryrien) cuius filiam Antigonen duxir, er in tertiam partem regni a socero adscitus fuit : deinde cum in venatu Apri Calydonii occidisset Eurytiona, itorum le lolcum contulit, ad Acastum, Peliac filium, a quo buftracus iterum fuit. Quid. 21. Met. 409. 11. Fait. 39. fed.cum ab Astydamia, Acasti vxore, sollicitaretur ad adulterium, nec vellet eius libidini morem gerere, ab Acasto, apud quem eum criminata erat Aftydamia, iterum expulsus fuit, et feris expositus, sed ope louis conseruatus spoliauit Acastum regno, et duxit Thetin. hace amatis prodita vide apud Tzetz, ad Lycoph. 176. Schol. Aristoph. Nabib. 1059. Pindar. 111. Nem. 55. et 88. Apollon. 1. 224. et milos. vide et supra in Acofto et Eurysione. quae si vera funt, cum maximum partem post hanc expeditionem accidere debuerint, qui ergo ab Apollonio et Valerio fingi potest iam tempore huius expeditionis natus Achilles, et apud Chironem, qui auus eius maternus. fuit, educatus? qui si ex Thetide natus, certe Acastus, qui in primo aeuo ad lasona venisse dicitur, non potuit iam vxorem habuisse, mec Peles lustraffe aute narum Achillem, mouet et hunc scrupulum Pies ad Valer. 1. 256. fed non foluit, quare statuendus hic anachromismus Poëris admodum familiaris: licet ego facile credam, connubinen Pelei fuisse posterius hac expeditione, sed Poëtas ornando argumento, iam Achillem puerum induxifie, qui indolem fuam tot Heroibus oftenderet: Paleus enim invenis debuit adfuisse Argonautis, quia eius Patruns Menoetius, qui neque prouesta actate fuit, ve plarimi Argonautae, itidem commilito fuit, neque etiam, si hoc tempore iam puer Achilles fuerit, et ad Tromna bella protraxerit aeuum, non habuit eins mater, nec ipse, quod de breuitate vitae querantur. sed plum incredibilia in Achille occurrunt. Apollodorus lib. 111. cap. x11. f. 8. dicit, Achillem anno nono aeratis fuifie a anatre in infula Seyro occultatum, et paullo post inde ad Troianum bellum extractum. vide Barth. ad Stat. 1. Achil. 1. et 503. Neoptolemus vero, ex Deidamia susceptus, vnum annum agebat, cum ab Vlixe deprehenderetur Achilles. vide Stat. 11. Achil. 234. ille tamen post decem vel vadecim annos iam vir, et serocissimus llii vastator, et Priami interfector inducitur a Virgilio 11. Aeneid. et aliis. quibus crediderim Onidium inductum, ve Neoptolemum adhuc in Seyro fuisse fingat x 111. Met. 155. vbi de armis Aiacis,

Est genitor Peleus, est Pyrrbus salius illi,
Quin lecus Aisci? Postinam Seyronue ferantur.
quamquam aliquis postet contendere, Pyrrhum post armorum iudicium Graccorum exercisui accessiste, nam nist hoc Ouidius credidente, sibi obloqueretur, cum moz vers. 455. eum Polyxenae caedi parentali interstusse narret, si forte haec tam accurate Naso excusterit in opere, quod non emendant. Denique Peles omnia illa egiste, quae supea vidimus, post expeditionem, inde apparet, quod super-

fuerit vsque ad bellum Troianum, quae aette loogistina faisset, se tam prouesta aetate, et rot rebus gestis demum ad Argonauriram expeditionem profectus suisset, superuixisse vero Achilli ex Ouidii loco x111. Met. 155. apparet, et ex Plumachi libro, an Seni sit gerenda Respubl. qui dicit, Pelea et Lugreen domi desedisse, ideoque despectos, cum Nestor etiam Sepex laudom adhuc obsinence ex se militari. vide et Schmid. ad Pind. 1v. Pyth. pag. 268. a Pytho nepote reduce resitutus etiam regno dicitur, quod kerum per Oxestem amist, indeque consectus moerore obiit. ad militaris rei scientiam, qua valuit, pertinet, quod usus inuenisse dicatur a Seruio ad Virg. 1x. Aen. 505.

PENELEVS. filius Hippalmi, foli Apollodoro notus: nobis, unde venerit, aut ortus sit, minime constat. memoratur Peneleus, Leiti filius, inter procos Helenae, ve vidimus in Loire. sed ille simul ergo cum patre debuiffet militare. Hippalcuum Pelopis filium reperio apud Schol. Pindari 1. Olymp. 144. sed de eius coniugio aux pofteris nihil noui, et en idem sit, qui Hippeleus: certe its vocatur a Schol. Euripidis in Oreste vers. C. Peneleus, Leiti filius, Boeotorum dux in bello Trojano ab Homese et aliis celebratur. fiend eum Leito duxisse copias dicit Homerus Il. B. vers. 494. quem Penelez an diverfum faciar, an confundat cum Argonauta cap. XXVII. Hyginus, nescio. nam dicit, Hippatti et Afterppes filium fuisse. Hippallum vero Pelopis et Hippodamiae filium fab. Lxxxv. quem alie Hippolmum et Hippoleimam vocant. vide Munkeri notas. huius Penelei nepos itidem Peneleus, conditor oppidi Paneli dicirur a Stephano, in Harekog. Leitus vero dicitur Leevesi et Cleobulis filius, quae etiam nomina corrupta; nam quod Aletteris vel Alettronis restituant viri docti, arbitrarium est. melius est, exspectare certiora.

PERICLYMENVS. Nelei filius, frater Nestoris, ab omnibus celebratus inter Argonaucas. vide Apollon. 1. 156. et ibi Schol. Homer. Od. A. 380. Orpheus dicit eum venisse ex Pallene vel Pellene (vid. Eschenbachii notas) et Lipaxo. Hyginus vero Pylium facis. Scholiastes vero Pindari ad Iv. Pyth. 111. et 12. Nem. 61. Nelsi et Chloridis silium facit, quam Chlorida dicit suisse silium Tiressas, vbi cum Amphiaras congressus dicitur. nis sit dinersus a nostre, quod vix puro. Seneca quoque in Medea 635.

> Patre Neptuno genitum necanit, Sumere innumeras folitum figuras.

vid. in Nelso: qui Neptuni filius censebatur a multis, vt vidismus, et hine auctor Neleidarum Neptunus habitus. vid. Schol. Pindari sv. Pyth. 309. et Ouid. x11. Met. 556. et recte auum Periolymeni Neptunum facit Tzerzes 11. Chiliad. 45. et d. Scholiastes Pindari. licer Pindarus eum Euphemo coniungens videatur Neptuni filium credidisse. ex hoc Periolymeno descendebat Melanthius, pater Codri, vt ostendis Meursius de Reg. Athen. lib. 111. cap. 10. Neptunus vero prae ceteris Neleidis hunc Periolymenum dilexisse dicitur, et decorasse munere, vt se posset vertere in vasias siguras: quod Ouidius et Schol. Apollon. d. l. docent. in bello wero, quo pater eius oppressus suit ab Hercule, cum se in Muscam conuertisset, claus fuit occisius, secundum Scholiassen dicum. Quidius vero verissimirio lius

lius in Aquilam conusrium lagieris ab Herculs confestum tradit. ad illas Metamorphoses respicit Seugrus Sophista in excepsis Rhetorum

Allatii pag. 231,

PHALERVS. Alconis filius, Atheniensis, comibus memoratus, Apollon. 1. 96. Orpheo 142. Valer. El. 1. 398, Alcon a Scholiaste Apollonii dicitur filius Erechthei regis Atheniensium, vnde Allaus Phalerus vocatur e Valerio. lib. v1. 217. Hunc Alconem forte respectivit Virgilius Ecl. v.

Aus Alconis babes landes, ant iurgia Codri.
in quo verifimiliter latet aliquod egregium Alconis facinus, Codro comparandum, quod praesitit Alcon patriae suae. certe Maserius ad Val. Fl. d. l. narrat, Alcono suisse quemdam Athenienssum ducem, qui sua morte suis vitam restituis, quod vade hauserit, non addit, de Erechthei sisabus corte narratur, illas se pro patria immolandas praebuisse, vide Ciceron. 1. Tusc. 48. et 111. de Natur. Deor. 19. er pro Sext. 21. Hygin, sab. xlv1. et alios, an in husus sacti societatem venerit frater, ignoro. consusus saepe hic Alcon Atheniensis cum Cresens sagistario, quem Seruins ad Virgilii d. 1. ibi innui putat: nam et nostrum suisse artis sagistandi peritissimum, apparet ex illis, quae Valerius ei attribuit, et Manilius v. 299.

Quin etiam ille pater tali de fidere cretus Esse potest, qui serpentem super ora cubantem Infelia, nata somnunque animamque bibentem Sustinuis misso petere, et proservere telo etc.

phi Scaliger videndus, qui adducit versus Sidonii in eamdem rem, ad quos vide Carm. v. 154. Sirmondi notas. quare forte Valerius Cretenfis factum Atheniensi attribuerit. Eustathius Alconem, Pandori filium, Erechthei nepotem, facit. vide Meurs. de Regib. Athen. lib. 11. cap. 13. Alius Alcon Myleus, artifex egregius, memoratus ab Onidio x111. Met. 683. alius Sicyonius Stat. 1x. Theb. 121. vbi de aliis Barthius videndus, et nomen illud etiam temporibus posterioribus vistarum suisse docet Aless Saguntinus apud Liu. xx1. 12. et Chirnego imposuit id cuidam Martialis x1. 85. Quidquid fit, de Alcone patre, filius eius Phalerus dicitur, et Gortynam vrbem Theffalize condidifie ab Orpheo verl. 143. quod a nemine practeres tradi nomuit Eschenbachius, ab eo portum Phalereum etiam Atheniensibus structum nomen accepisse, tradit Paulan. lib. 11. cap. I. praeterea in Italiam deinde transgressum, vrhem ex suo nomine Phalerum, quae deinde Parthenope, et postea Neapelis fuit di-Eta, condidifie Perrus La Sena de Gymnasio Neap, cap. x1, 5. 4. et Camill. Peregrinus de Campania Felice diff. 11. 5. 21, eruditiffime ex Lycophrone et aliis oftenderunt. La Sena etiam, quia Eupehine Phalerus ab Apollonio yocatur, inde Neapolim Eumelida vocari a Statio lib. IV. Silu. VIII, 49. credit. in quo loco explicando admodum sudant interpretes, sed Domitium Calderinum iam id suspicatum fuifie, licet ille ab Eumele Parthenopes patre deducat, ex eins notis, quas forte ex antiquo glofatore concinnauit, apparet, vide ad Onid. v11. Met. 390.

PHANVS. Disseyfei sine Berchi filius, soli Apollodoro numeratus incer Argonauma, mobis ignocus, vide instra en Staphile eius firstra. i 5 An ab hoc prouerbium oáre bigu ortum nescio. Resert id Erasmus ex Suida, citulo Indiligentiae. Sed ille oársos dicitur Zenobio Centur. IV. 24. oarsos a Diogeniano Centur. V. 5. Eustathius Phanism vocat, notante Schotto.

PHILAMMON. Apollinis et Chiones filius Hygino fab. cc. et Orid. x1. Met. 317. vbi pluribus de eo actum. Leuconoës, vel Leuconoës, vt alii, filium facit Hygin. CLXI. vbi v. Scheffer. et infr. in Therfanon, fuit Autolyci frater δμομέπτρος. Hunc Scholiaftes Apollon. lib. 1. 24. ex Pherecyde narrat cum Argonautis nauigaffe, non vero Orphea. De confusione circa hunc et Bumolpum, vide quae ad Ouldium notata lib. x1. 93. et 111. ex Ponc. 111. 41. nec verosimile esse, hunc cum Argonautis nauigasse euincent illa, quae de Autolyco eius fratre supra diximus.

PHILOCTETES. filius Paeaneis, ex Meliboea, satis notus. hic ab Hygino et Val. Fl. 1. 391. solis recensetur inter Argonautas; a reliquis omnibus omlttitur, et iure, vt puto, non enim verosimile, si rationem temporum spessemus, eum vtrique expeditioni Argonauticae et Troianac intersuisse, quod soli Nestori, omnium maxime longaeuto, contigisse dicitur, quare alis Paeanem eius patrem Argonautam saciunt, cui et Herculem sagittas suas dedisso scribis Apollodorus lib. 11. cap. v21. 5. 7. quare Philosteten potius Tro-

ianis bellis relinquimus.

PHLEIAS vel PHLIAS. Bacchi et Ariadnes filius. ex Phliunte vrbe. Valerio lib. 1. 412. et 111. 108. Apollon. 1. 115. Orpheo vers. 192. memoratus. Phliasius Hygino distus. Vrbs vero Phlius in Peloponneso olim Ataethyrea dista, teste Scholiaste Apollonii d. 1. et Pindari vi. Nem. 73. sed de auctore huius vrbis discrepant. quidam enim ab hoc Phliante volunt conditam; vt Pansa. 11. 12. qui eum non Ariadnes, sed Araethyreae filium ex Baccho sacie, licet alii ex Caso, Temeni filio, deducant. Orpheus matrem eius Nympham vocat, sed nomen non exprimit. Stephanus et Schol. Apollonii a Phliante, (rectius a Phliante) Bacchi et Chronophyles filio, conditam aiunt. Maserius ad lib. 111. 148. valde aestuat in hoc nomine, et licet Despauterio male Phacas dicatur, ipse tamen Phlocas recte dici posse conset.

PHLOGIVS. filius Phrini es Chalelopes, qui cum fratribus in Infula Dia Argonautis se adiunxit, memoratur Hygino, Apollonio et

Val. Flacco, vide in Argo et Mela, et in primis in Autolyce.

PHOCVS, vel, vt editur, Focus, Caenei filius, ex Magnesia, soli notus Hygino. Caeneus eius pater, Elati filius, Magnesius, supra est relatus, non vero, vt toties vidimus, verosimite credo, patres cum filiis subisse hanc expeditionem, cum passim Argonautae riuenes storente actate inducantur. alium Phocum Ornitionis, siue Neptuni filium memorat Pausanias lib. 11. cap. 4. Alius etiam est siius Aeaci, a Peleo et Telamnone occisus, de quo vid. ad Ouid. v11. Met. 685.

PHRONTIS, fiue, vr ab aliis vocatur, Phrontides, Phrixi et Chalciopes filius, de quo nihil est, quod dicamus, cum a fratribus Argo,
Mela et Cytiforo nihil habeat peculiare. Phrontis vocatur a Scholiaste Apollonii 11. 390, 1125, et ab ipso Apollonio vers. 1159-

Be its rection vocari, docet alter Phrains, roctor Menelai, memoratus Homer. Odyl. r. 282. et Eustath. ad Dionyl. Pesieg. vers. 9. et Hefychio.

PIRITHOVS. Ixionis filius, Thesei indiuisus comes et amicus. foli quoque Hygino referent inter Argonautas, cum Apoll. 1. 103. aperte neget, illos intereffe poruiffe huic expeditioni, cum retine-. rentur a Plutone, quod Proserpinam rapere instituiffent, ex qua captiuitate postea demum ab Hereule suere liberati, vide Germ. Valent, ad Virgil, VI. Acneid, 617.

POEAS. Phylaci filius, Iphicli frater, or its ex Aeolidis. vide in Isbiele. foli Apollodoro hic memoratur inter Argonautas, qui Thenmaci filium facit. manifesto mendo scriptionia, pro Phylaci. stemma eius recenset Eustath. ad Homer. Il. B. 697. et nos in Philoflese eius filio supra aliquid diximus: male vero Maserius eum confudit

cum Phleiante. vt vidimus.

POLLVX. nec hic nos detinebit: nam quia omnia communia, cum fratre Castore habet, ad illa, quae ibi diximus, lestorem ablegamus.

POLYPHEMVS. Elsti filius, Theffalus ex Lariffa, frater ergo. Caenei, mater eius Hippea, Antippi filia, ab Hygino dicitur. Scholiastes vero Apollonii lib. 1. 50. dicit alios eum Neptuni filium facere, nimirum eo modo, ve plures iam bipatres Heroas vidimus. an hie Elasus idem fit, qui memoratus ex Pherecyde a Scholiast. Apoll. 1. 101. filius Icari, qui Erimeden Damasicli filiam duxit, et inde Taenarum genuit, nescio. Eletus quoque Ischyos pater est Schol, Pindar. 111. Pyth. 14. et 55. vid. ad Quid. 11. Met. 599. Doliae etiam pater teste Steph, in Dolio, qui et Elateam vrbem, ab Elate distam dicit. qui omnes Elati quomodo distinguendi finta vix apparet. Male vero hunc confundunt quidam cum Polyphemo Gyclope illo nobili; et fortasse noster Valerius, licet distinguendos keiret. ideo eamen Polyphemi mentionem iniecisse videtur, in historia Amyci lib. Iv. 105. quia et ille Neptuni erat silius. Hic, senior licet, robore tamen corporis omnes fere superabat; sed pedibus prae aetate erat tardior. vide Orph. verf. 168. vbi verba illa, Hreide Rusvijos Adinero, funt corruptifima *), et sensu plane destituuntur. latere putem sub illis vrbem Aeniam, quae erat Perrhaoborum. sed quid restituam non inuenio, de vrbe illa vide Eustath, ad Iliad. B. 749. Strabon. lib. 1x. p. 434. Caenea Giam ibi recenseri. non male suspicati sunt vici docti. sed vellem explicuissent illud Hverde Karvijos. Porro Polyphemus comes ita fuit assiduus Herculi, vt et sororem eins Laonomen, Amphitryonis et Alemenae filiam, duzerit, teste Scnol. Apollon. 1. 1240. hinc etiam Herculem, Hylam inuestigantem, persecutus est, et simul cum Hercule ab Argonautis relicus, sedes posuit in nous vrbe Cio, quam condidit; licet noster renersum fuisse videatur dixisse lib. 1. 457. vbi vide, quae notauimus. vrbs camen nomen illud Cii postea demum consecuta a Cie Milesio, qui nouis colonis instaurauit. Ipse Polyphoneus obiit in

^{*)} Gefnerus nil difficultativ in interpretatus eft : Eneus Caenei fihoc verfu reperifie videtur, nam line adnenerat. Harl. nec notulam vllam adicripit, et

pugne cum Chalybibus, vide Schol. Apollon, 14. E377. et 13545 et 14. 1470.

PRIASVS. cum Fratre Phoco nobis fere incognitus, vide in Phoco.

STAPHYLVS. Bacchi filius, frater Phani, soli Apollodoro memoratus. In hoc vero mira temporium conturbatio; si enim ex Ariadna fuerit natus, post Argonatticam expeditionem viuere incepit, cette non diu ante, vide Schol. Apoll. 111. 996. sed fuit longe Theseo antiquior: nam eius silia Rhaeo a quibusdam mater lasone dicitur susse; ita vt anus, sub nepote militasset, vide in Iasone, praeterea ad eum dicitur deuertisse Lyrcus, Phoronei silius, tempore Inachi, quo nihil antiquius Graeci esse iacubant, v. Parth. Erotic. csp. 1. frater eius etiam suisse debuit Eumedor, de quo supra vidimus.

TALAVS. Biantis filius, frater Arei ex Laodeci, in quibus egimus de corum stemmate, vide et Euripidis Scholiasten ad Phoenist. vers. 423. Abantis filius Orpheo dicitur vers. 147. de quo etiam supra late vidimus. Hos fratres omittunt Apollodorus et Hyginus, meminit eius Apollodorus sib. 1. 1x. 5. 13. vbi ipsi dat vxorem Lysimachen, Abantis filiam: et sobolem eius recenset Hyginus sab, xxix. et lxx. dat ipsi Eurysomen Iphiti filiam. Pausanias 11. 64 duxisse Lysimassam, Polybi filiam, testatur. Inter filios nobilissimus Adrassus, qui qua ratione Argis regnum obtinuerit, docet Barth, ad Statium 11. Theb. 141. alter Pronas illustratur a Casaubono ad Athen. 211. 6. silia Eripbile, Amphiarai vxor, cuius sabula notissima. vide Ouid. 111. Art. 13. hunc male Alassa vocauit Cribellius, in versione metrica Orphei, deceptus praua verborum Graecorum lectione. nam pro Ausbusc, Tuduke legit, Ausbusca 'Adade.

TELAMON. Asaci filius, frater Pelei, in quo de genere eorum quaedam adduximus. eius omnes scriptores huius expeditionis meminerunt. Comes hic et amicus certissimus Herculis, qui contra Meleagrum et alios Herculem exspectandum, cum Hylan quaererez, contendebat. postea ipsi adsuit in expugnatione Troiae. Valerius 1, 351. solo Hercule eum minorem facit, et Statius v. Theb. 378, Herculem, Telamona, et Pelea principes Argonautarum esse ostendis, reliqua eius notissima, et omnibus narrata. Vxor eius Peribees, Alcathoi, Pelopis filii, filia dicipur Apollodor. lib. 111. cap. x11. 5. 11. quae ab aliis dicitur Eribesa. de qua Muncker. ad Hygin. fab. xcv11. ita et vocat eam Pindarus v1. Isthm. 65. et Sophocl. in Aiace 570. vbi vide Camerarium: apad Athonaeum x111. cap. 1. Inter coniuges These recenseur Melibosa, Aiacis mater, vbi Eribecam legendum esse puto.

THERSANON. Solis et Lenconoës filius, Andrius, foli Hygino notus, ad quem Schefferus notat, se credere, eumdem esse, qui Philammon, et qui cap. Cl.1. dicitur filius Apollinis et Leuconoës, Munckerus vero Leucorboës mallet legere, ego Leucorboes. vide quae hanc in rem notauinus ad Onid. 2v. Met. 196. Si vono Leucorboes silia Orchami intelligatur, qui septimus a Belo, videndum, an tempora congruere possint. quamquam id in his fabulis numquam nos morari debet.

THE-

THESEVS, nobiliffmus Horos, et cuius tanti opera habebatur, ve nibil fine Thefer in prouerbium abierie, quare neque hune expertem huius laboris effe voluerunt Apollodorus et Hyginus, quamuis nobis non verofimile id videri oftendimus in Pirithoo. Statius onoque lib. v. 431. eum Argonautis accessisse, "Juperbum a Marathone adferto, fingit, et 1. Achil. 156. Chiron dicit, se quondam vidisse inter Argonautas iuuenem Alcidem et Thesea, quos eadem in aetate non bene iungi, recle Barthius notar, quia in Thebaide iunenem Thesea, defuncto iam Hercule, inducit: Nec si Thesens adfuisset, id Plutarchum omiffurum fuisse ctedit, qui vel minima de These persequitur. praeterea plurimi Thesea antiquiorem faciunt hac expedicione, quia Hypsipyle filia fuit Thoantis, ille vero Bacchi et Ariadnes, quam a Theseo relictam duxir Bacchus: Et Apoll. 121. 996. inducit lasonem, Medeae narrantem fabulam Thesei et Ariadnes, vt et fecit Valerius lib. vr. 278. vide in lafone. vide etiam Meurs. Thes. cap. 23. Et idem Valerius sib. v. 90. Expeditionem Herculis, comite Theleo, in Amazonas priorem facit Argonautica, quamuis ex lustini lib. 11. 4. aliquis posteriorem poster credere, qui dicit nouem longis nauibus Herculem profectum, cum alii primam nauem bellicam Argo statuant, ve passim etiam Valerius, de Thefee ipso, et an pater Aegeus, an Neptunus fuerit, denique de eius tota vira ne astum agamus, ad Plutarchi inter veteres, et Meursii, diligentissimi inter recentiores kriptoris, vitam Thesei ablegamus.

THESSALVS. Hunc inter Argonautis video reponi in indice Munckeri in Hyginum. sed errasse credo auctorem, cum non sit nomen proprium, sed patriae, qua Polyphemus, Pirithous el putres alii inter Argonautas censentur. neque Thessalus ille, qui ab Hyginio cap. CCxxv. templum Iouis Dodonaei dicitur positisse, Argonauta suit. Thessalu vero plures in Mythica Historia reperiuntur, hoc tamquam proprio nomine insigniti: ita Herculis silium, patrem Philippi et Antiphi, Thessalum vocat Dictys lib. 11. cap. 4. qui forte idem est, quem Heracliden, et nomen Thessaliae dedisse, dicit Schol. Apollon. 111. 1089. et Pindari iv. Nem. 40. sed ille post haec tempora vixit. vide Muncker. ad Hygin. fab. xcv11. Aemonis silium Thessalum Stephanus vocat in Augusta, et alios habet hoc nomine in August et Epuga. vide et quae nerauimus ad Ouid. Ibin. 285.

THESTOR. Idmonis filius, a multo quidem scriptore Argonauticon memoratus. sed Scholiastes Apollonii lib. 1. 239. quosdam credidisse, illum nauigasse cum illis, sed proprio nomine mutato in
Idmana, ob peritiam vaticinandi. vide in Idmone. eius silia Theonost
nupta Admeto. vbl vide. silius eius celeberrimus ille in expeditione
Trojana vates Calchas suit, qui inde passim Thesporides dicitur.

TIPHYS. Hagnif Filius, Apollodoro, Apollon. 1. 105. Orpheo 120. Valerio 1. 481: vid. Eschenb. ad Orphea. Hygino vero est Phorbaneis et Hymanes filius, Boeotius. quae mater mini penitus ignota: si vero Phorbaneis filius fuerit, Hymnines ibi legendum foret: illa enim Phorbanei nupta, et ita Tiphys suisse frater Astoris, in quo de Phorbanei quaedam notauimus; natum fuisse Aphormia.

Joso Thespiensium, et samam obtinusse, ibi solutam et reducem appulsam suisse nauem, dicit Sephanus in 'Adquiss' et hinc Oupheus Osswesseur flumen, Siphacum, cuius et meannit Apollon, transiisse dicit. licet alii ex Tipha oppido oriundum velint, vide Pausan. 13. 33. Regem Aulidis suisse quidam putant, ex Senecae Med. vers. 622. quem alii ad Canthum, alii ad Erginum reserunt, sed nos ibi iam nobis nondum liquere pronuntiauimus. Obiit in apso itinere, vt Apollon. 11. 856. vbi vide, quae Scholiass et Val. Flacc. v. 15. Hygin. xv111. et alii notarunt. Ammianus lib. xx11. 8. eius monumentum et Idmonis et Scheneli non longe a Tiberenis et Macronibus esse narrat.

TYDEVS. Oenei filius, Meleagri frater, quamuis ex diuersa matte; hic enim ex Alibass, Tydeus ex Peribosa, Hipponoi filia, Hygin. fab. Lxix. vbi vide Munker. quae ab aliis Eurybosa, vt vidimus similem variationem in Telamonis vxore. De eius genere egit etiam Maserius ad Valer. Fl. 1. 387. sacpe a Valerio Flacco, licee omissus sit ab aliis, eius virtus, Meleagri fratris coniuncta, celebratur. vid. 111. 104. 705. 1v. 223. et v. 574. Parthaonides vocatur stiam eius frater Meleager 111. 705. vbi alii Tyden intelligunt. Sed de hoc patronymico remissus supra lectorem ad Heinsium in Ouid, viii. Met. 541. Porthaus ille ab Homero dicitur II. §. 115. vbi Eustathius videndus est.

ZETES. Boreae filius, frater Calai, in quo de illis diximus. ab eo literam Z. fuisse inuentam tradit Etymologi Magni auctor in 24xx: qui de co et agit in 24xx.

Acque haec de nobilissimis Graecae inventuris Principibus, quos in turbam et indicem coniicere nolui, sed locum proprium dare et conspicuum, vt qui hac doaringe parte deleagent, et Poëtze nostri, aut alterius Argonautici lestione capiatur, in promtu habeat Lexicon quasi Argonauticum, quo recurrat, et memoriae subsidium Indicibus reliquis praemittere prius animus tulerat, sed metuebam, ve multis lectoribus, qui saepius praetationibus et prolegomenis perlectis, abiicere solent libros, laterent. De ipsis indicibus etiam monere hoc in praefatione neglexi, illos, vt spero, cura maiore et diligentia esse consectos, quam vulgo sieri solet. hacc enim Promincia fere correctoribus aut mercenariis operis mandari soler, quia credunt Librarii et plurimi alii, nihil facilius esse, neque magnis eruditionis aut fermonis Latini copiis instructum ese debere, qui ad hunc ingratissimum laborem detruditur. sed et hunc errorem vulgarem esse, vel solus docere poterit Alardus noster, quem cum viderimus ex propria penu nihil fere adducere potuife ad Poëtae nostrae decus aut lucem, non viiliorem operam in indicibus confuendis posuit, cum non dicam negligentiae (cuius magna pars Typographicis operis transcribi posset) tam crebra documenta dedetit, sed inscientiae et crass imae stupiditatis indicia exhibuerit, ve nelciam, qua fronte vir xxvII. annos natus, ausus fuerit talem abortum publicae luci exponere, de mendis, in numerorum notis haerentibus, non agam operofe, licet tot ac tantae fint, vt nulla sit pagella, quae non sufficiat satigando lectori, qui frustra verba ad-

ducks in Politice designato libro et versa quaeret, itative index falforum numeroeum satis amplus confici posset: Sed ignorantiae en Latini fermonis, et in primis metricae disciplinate, imperitiae specimina longo ordine recenseri possent, quae patronis Alardianae industriae et doctrinae ruborem incutere possent. Nos paucis contenti crimus, ne calumniae locus relinquatur. Sie legitur in indico Capie VIII. 5. 89. atqui neutro loco id occurrit, sed prioci est tupis, polteriori est capus. Caffibus ponit post Caffis et ante Caffibs. quali agererur de Galea, sed citat III. 122. et IV. 447. et VII. 443. in quibus est cafibus, a cofur. Celerum, v.t. 310. auque ibi ipfe exprefit fcelerum. Certus, IV. 444. atqui ibi creens Agenore. Clauis, post clani, ance clano, quasi a clauns, 1. 140. VI. 708 carqui si loca respicias, repeties 1. 146. (nam et in hoc vitium est) Clanis nomen proprium. et v1. 708. Chlamys. Colla inter. alia loca, quibus legieur haec vox, notatur IV. 618. V. 431. et ibi Cokbos inuenies. Conscendere III. 548. atqui ibi iple consendere habet, nec aliter lexi potest. Cortina 1. 6. 708. prior locus recte notatur, sed in altero est Gortyna, Vrbs Cretae, quae cum cortina festiue in vnum locum cogirur. Scio quo se defendat, nimirum vitiosa Carrionis lectione. Defuie ex quibusdam locis adducitur. sed in duobus v. 428. 446. deficie legitur, etiam in Alardi Editione. Laborum III. 377. atqui ibi labem legitur, vt et v. 236. labes, vnde noster labes, nec hoc adscribendum operis docet ordo literarum. Lacti aliquot locis habet a lacens; feel IV. 113. legitur leet a legun , id est more: Line guam habet ex 1. 560. sed ibi linquam a linquere, nec hoc operatum culpa, sed sua. Manibus multis locis. sed in quibusdam est a manes, in aliis a manns, quae omnia confundit. Menirat II. 145. fed ibi meritae. Monte 11. 28. 111. 327. sed primo loco est mole, altero merte in iplius editione. sic Motibus ex lib. 11. 479. vbi iple ediche montibus, Plangere vt. 566. tamquam infinitiuus effet, fed ibi plangore legitur, nec errorem operarum effe, led eius, qui indicem confecit, apparet, quia mox plangore ex lib. 111. 275. fequitur. Plandum 111. 297. fed ibi placitum legicur. Pogentem ordine literarum producit ex v. 585. vbi potantem. Preciofis 111. 3. vbl Percofia legitur. Premi VII. 298. VIII. 99. priore loco recte, sed posteriore est perent. Qualis variis locis, inter quae t. 195. vbi quatis a quario legitur, quae vox suo ordine post quario repetitur. Signis v. 139. vbi ipfe edidit, furor infignis, quam vocem editor indicis separauit in duas. Solutus vii. 412. vbi est folstur, nec aliter versui constaret modus. Stat. 1. 174. vbi fitt. Statio 11. 566. 111. 361. vltimo loco reste, sed qui potuerit in eumdem conficere statut, ve ipse edidit priore loco, nescio. Tiefils 11. 526. vbi tacitus pudor, et iterum Teffis v. 334. vbi tacitis. Tellos 11. 409. pro tentos, telfum exhibet plurimis locis, in quibus recum legitur, et deinde in Tecum eadem repetit, cum in prioribus tectum legevit. Turba multis locis, sed inter ea 111. 349. legirur tabs, et fenfu et metro ita poscente. Turbane duobus locis, sed IV. 510. est surbine, in qua voce ille locus omissus. Turris v. 683. vbi terris. Sed desinamus taedium his erroribus lectori creare, qui tamen pauci ex immenio aceruo dele-&i, oftendunt Alardum, fi ipse indicem confecerit, non intellexisse

Poëram fuum, neque credo vilum extrare adhuc hothë indicema qui plura negligentiae et ignorantiae documenta exhiberet, nili alterum, quem quidam Maistaire in Quidium fecit, huic geminum adjungere velles, quem brevi oftendemus, Alardo fummo iure pofse sociari. Haec causis satis grauis me impulit, ve curarem alium confici, qui quidem mendis non carebit (hoc enim nefas sperare) fed a tam crassis erroribus immunis, ve spero, lectores non facigabit, Vnum vellem quidem accuratius vbique observatum fuisse, ve vbi vox earumdem literarum; sed quae diuersi vel casus, numeri. perfonze vel temporis effet, occurrit, semper ante alia verba effet repetita, quod aliquando neglectum esse nunc videol Exempli gratia Currus, cum sit in hoc nomine et similibus, singularis et pluralis numeri, genitiui fingularis, et accufat, pluralis, eadem enuntiatio. debuiffet diskingui, vbi alius oft casus. et ita in ceteris. Sed hace leuiora, nec lectorem morabuntur, qui si alios naeuos depsehendari humanitus cos commissos esse credat, et emendet ipse.

DE

LAVRENTIO BALBO LILIENSI

Ex Bibliosb. Hifpaniae And. Schotti Antwerp.

aurentius Balbus cognomine Liliensis, in ipsa nascentis Academiae Complutensis infantia, Demetrii Cretensis (cuius exstat de raptu Helenae poemation Graecis verlib. Heroicis) et Ferdinandi Pintiani affiduus auditor fuit. Hoc Salmanticam euocato, vna cum Petro Motta Poeticam docuit, carmen ipse pangere non infeliciter Solitus, Graecarumque litterarum in paucis peritus. Q. itaque Cargium Rufum de reb. Alexandri Magni ad Aldinum exemplar componere anno eius seculi xxIV. supra millesimum et quingentesimum ingressus, post etiam Valerii Flacci Balbi Argonautica cum Apollonio Rhodio committere eo iplo tempore ausus post Sabellicum ac Maserium, a quibus saepenumero discedit, Annotationes dedit, testes eruditionis, et qua valuit plurimum, memoriae singularis. Edidit et sua in Val. Flaccum in Belgio, illis non visis, Ludon. Carrio, Burgensis, Hispano et ipso patre natus. Iuuenis ille admodum in aetatis exstinctus est store, an amoris telo, an nimis lucubrando, incertum, certe morte praereptum immatura luxit Academia, qui et in-Tolenti opponi Italiae potuiffet:

> Rumpereque immones properassent sila sorores, Aeterna fores bic sama super aethera notus.

> > ARGO-

ARGONAVTICAE EXPEDITIONIS

WISTORIA A LAVRENTIO BALBO LILIENSI

E VARIIS SCRIPTORIBUS EXCERPTA.

Iafonis et Phrixi Genealogia.

VATVOR fuerunt Dencaliques, vnus Minois filius, de quo Phsrecydes. alter, de quo Hellanicus. tertius Abantis filius, de quo Aristippus in Arcadicis mentionem facit. Quartus vero omnium antiquissimus ex Prometheo Iapeti filio, et Pandora natus, ve scribit Hesiodus, qui primus, Apollonio teste, vrbes condidit, et aedes deorum construxit, primusque omnium mortalium regnanit. Is Pyrrbem Epimethoi filiam vxorem duxic, ve testatur Hesiodus in primo catalogon, de cuius nomine tota Thessalia Pyrsha suit dista, si Rhiano poétae Graeco sides habenda est dicenti,

Πόβαν δήνοτο τό γι παλαιδτίζο, απλέσταν, Πόβης Δευπαλίωνος ἀπ' ἀχχαίης ἀλόχοιο. 1. Accipinus prifcis banc Pyrrham nomine dictam Antiqua antiqui de caninge Dencationis.

vnde etiam qui ex Daucalion genere fuerum, Thessaliae regnum tenueca, vt scribunt Hesiodus, et Hecataeus. Ex Dencalione natus eßex hoc Atolus, qui ventorum rationem inuenisse dicitur, Minius vir. Naturalis historiae libro. Ab aliis tamen vt . matur, quibus magis accedo. Tres enim fuerunt Acoli, in infulis a se denominatis regnauit, atque ex earum sumo ventorum rationes deprehendit: Alter qui in Hetruria regnatiit. Cuius filii fuerunt Macareus et Canace. tertius vero hic Hellenis filius. Cui tres fuerunt liberi, Cresbeus, Arbamas, et Salmoneus. et Crethei quidem filius fuit Aefon Iasonis pater. Salmonei autem filia fuit Tyro, quae prius Cretheo patruo nupta, Aesonem eum, quem Iasonis patrem diximus, Pheretemane Admeti patrem, et Amysbaonem peperit, ex quo et Dorippe natus est Melamons vates, vt scribit Derichidas. Postes a Neptuno verso in Enipei stuvii, quem ille amabat, formam, comprehensa, Neleum Nestoris patrem, Peliamque Theffaliae regem edidit. Athamas vero ex priori vxore, quae Nephele dicta est, duos fustulit filios, Phrixum et Hellen. secundum Herodorum plures, qui air, eum ex Themisto genuisse Schencum, Erythrion, Leuconem, Poeum, vltimosque omnium Phrixum et Hellen. ex posteriore vero Melicertam et Learchum silios, siliamque Eurycliam habuit. k Dε

Digitized by Google

CXLVI ARGONAVT. EXPED. HISTOR.

De Athamante.

Athamas priori vxore ex viuis sublata, Ino Cadmi et Harmoniae filiam duxit vxorem, cuius insidiis parum abfuit, quin priuigni occiderentur. Illa enim neuercali odio mariti liberos insectata, perfizasit indigenarum vxoribus, vt semina coquerent. Cumque sequenti anno semen costum fructus speratos non suppeditaret, Athamas ad Delphicum Pythici Apollinis oraculum sacerdotes misit, qui de eius mali remedio deum consulerent, verum ab eadem corrupti Athamantis filios ad placandos deos facrificari, Apollinem postulare nunciauerunt. Cumque ii omnibus iam ad sacrificium necessariis rebus paratis, ad aras maclandi admouerentur, Nephele mater superinduda nube eos eripuit, arietemque aureo vellere conspicuum dedit, cui insidentes a nouercae insidiis euaderent, sed cum fugientes pontum transfretarent, Helle muliebri pauore perculsa in mare decidit, atque vadis submersa ponto nomen indidit. Phrixus vero in Colchos se contulit, atque ibi arietem Mercurii consilio, vt Apollonius scribit, Ioui Phryxio sacrificauit. Acetaeque regis filiam dunit vxorem, quam ex Graecis Herodotus, et Apollonius, ex Latinis Ouidius et Valerius Chalciopen vocant. Acesilaus vero et Hesiodus By rais peyahaus holaus (operis nomen est) Iophossam appellant. Pherecydes in sexto Eneniam scribic vocatum, fuisse autem ei cognomentum Chalciopae et Ophiusae. ex ea Phrixus quatuor sustulit liberos, Argum, Phrentim, Melana, et Cithiferen, quem Ephorus Cysberum appellat, addit et quintum Epimenides Presbonem nomine.

De Phrixi nouerca.

Causam nouercae in mariti filios odii, alii aliter referent. dicunt enim, eo quod Phrixus illicitum Mandumque nouercae amorem spreuerit, ab ea apud patrem incessi tentati insimulatum. de nomine tam matris quam nouercae corum mira est, et prope apud scriptores Graecos differentia. plures dicunt Nepbela fuisse, Ino autem vouercam. Sophoeles in Athamann autumat vocatam nouercam; Hippias Gorgopin; Pherecya fo, Pindarus in hymnis Demoticen.

De Ariete aurea.

Arietem hunc, de quo tam multa Graeci fabulantur, multi aureum veilus habuisse narrant, quos securus est Orpheus, et Apollonius, qui Mercuii contactu aureum dicit essectum lib. secundo. Simonides verò album inserdum, interdum purpureum suisse dicit. Acustiaus ex mari purpureo infectum colore asserit. Apollonius vocem humanam habuisse scribit,

And addition of the confirme supplementation of the confirme supplementation of the confirme confirme confirme confirmation of the confirmation of

Digitized by Google

quod & Hecataeus affirmat. Sunt qui dicant, hoc ideo fictum, quia Phrims navicula, arietis figuram in prora habenti, nauigauit. Dioayins verò Mitylenaeus, Criss, (quod nomen apud Graecos arieses fignificat) Phrixi paedagogum fuifie, atque cum iplo ad Colchos navigafie: unde ea omnia ficta effe narrat.

De lasonis parentibus.

lasonem omnes ex-Aesone genitum affirmant. De ejus matre non usque adeo inter scriptores convenit. Apollonius, et Valerius Akymedem, Clymenes filiam, suisse scribunt: Stesichorus Eeeoclymenes; Pherecydes Akymeden Phylaci filiam, Herodotus Polyphemes Autolyci. Andron in abbreviatione viv dryvevid Thognises laodici filiam, Jasonis matrem suisse autumat. Natus est autem ex his duodus solus Jason, ut sentit Apollon. Ibycus filiam etiam eis dicit suisse Hippolysen nomine. Diodorus, filium alterum Promactem appellatum. Fuit autem Jason à Chitone Centauro educatus, à quo etiam Medicinae artem didicit, unde Jason est appellatus. Findarus, die M 9000 lasone aualicaus necessiras: voi interpres, and viv lasone vocatum dicit, quod etiam Apollini Commentarius consimat.

De Pelia Rege.

Pelier, ve vidimus, Neptuni ex Tyro Salmonei filius, magnam Thefaliae partem ditione tenuit. Filium habuit Acafium, qui Argonzutas comitatus est, secundum Apollonium et Valerium. Orpheus nullam de Acasto mentionem sacit. Diodorus quoque in v. mesculis filiis Peliam caruifle scribit. Filias habuit Alcelling Amplinemen, & Enaduen, de quibus idem eodem libro. & Pelopeam, de qua Apollonius in 1. Is cum fortem accepisset, se menibus moriturum, quem altero pede nudo ad se venientem Millet, omnibusque diis, Junone excepta, solemnia forte sacra lieset, Jason ad sacra festinant, Junonem deam sub vetulae speciem in Anauri ripa invenit, quae se quidem transure in ulteriorem torrentis ripam velle, timere tamen simulabat. Eam Jason humeris acceptam transvexit, altero calceo fub torrentis caeno relicto. Score ad Peliam se contulit. Quem cum rex vidisset oraculi memor, animo cogitare coepit, quo pacto mortem illi moliretur. Cumque intelligeret nullam es tempestate rem esse maioris periculi. quam vellus aureum, quod in templo Martis apud Colchos erat, sepori persussit, ve ad id rapiendum eo proficisceretur, auxilium opesque suas pollicitus. Cui cum lason assensisset, nauem justie fabricari gracilibus clauis, ut scribit Timagetus, quo citistime distolvereur, omnesque in mari perderet. Caeterum architectus conerarium focie, cujus rei side accepta Acaffus cum Argonautis naviganit. Alii tamen dicunt Minervae industria ab Argo Arestoris filio compaginacam, eique nauis resarciendae provinciam injunctum, atque de ipfius nomine Argo fuiffe dictam. Pherecydes tamen ab Argo Phrixi filio vocatam fuife dicit, alii à velocitate. Fuit autem k a

EXIMIT ARGONAVT. EXPED. HISTOR.

vocalis & fatidica. Nam Minerua liguam in ea ex querca Dodeaea fixit, ur Apollonius lib. 1. fabulatur. Postea hace navis ob memoriam inter sidera collata dicitur.

De Argonautarum profestione.

Jason principum Graeciae juventute collecta, ipse omnium duz, Vt Apollonius, Orpheus, & Valerius testaneur, (quamvis Diodorus aliter) navigare coepit, solvens ex Pagasis, quod Magnesiae est promontorium, dictum and 78 inst nenngent vir Aeri. Demetrio vero Sceplio, ab eo quod multis fontibus irrigatur. Atque ad Lemnon primum applicuit, vbi paulo ante Lemniae mulieres viros omnes, (praeter Thoantem regem, a quo Hypsipyle filia manus abstinuerat) internecio sustulorat, eo quod illi uxores aversatio vt ab eis discederent, bellum Thracibus intulerant, quia pessimum earum odorem à Venere injectum ferre non possent. Myrtilus Scribit enim Medeam, cum tamen secundo Lesbiacorum aliter. iuxta Lemnon Argonautae à Colchide redeuntes navigarent, prae želotypia venenum in Lemnon jecisse, quo Lemniis foeminis gravissimus arque intolerandus est injectus odor. Argonautae igitut ad infulam appulli passim cum foeminis coierunt, benigne ab illis accepti, ut Herodotus, Apollonius, Orpheus, & Valerius scribunt, Aeschylus tamen in Hypsipyle, eas in armis egressas Argonautas accessu prohibuisse scribit quoad illi jurejurando sidem secerunt. te cum eis coituros. Sophocles etiam in Lemniis praelium grave inter utrosque commissum scribit: quos securus viderur Papinius in Thebaidi. Ibi cum Argonautae delitiis & voluptati vacantes. morae aliquantum traxissent, ab Hercule increpiti ad Samothraciam navigarunt vbi Cabiris, ut diximus, funt initiati. Inde profecti, cum ad Trojam appulissent, Hercules Laomedontis filiam Hefiouen, monstro objectam, liberauit, vt & Valerius & Diodorus affirmant. Apollonius, & Orpheus nullam eius rei mentionem faciunt. Inde navigantes ad Cyzicum pervenerunt.

De Cyzico es eius morse.

Erat autem Cyzicus a Tessalis oriundus. Fuir enim ex Aeneo Apollinis et Stilbes filio natus, qui relicta Thessalia, vbi suerat ortus, in Hellespontum se contulit, atque ibi regnauit, et Aenesem Eusori Thraciae regis filiam vxorem duxit, ex qua Cyzicum genuit qui Dolionum tenuit imperium in lstlimo et Chersoneso, quae est in Propontide, iuxta quam mons est Arsos nomine, quem semiferi et hortendi gigantes ex terra geniti incolebant, quos etiam Thessalos dicit fuisse Deilochus. Apollonius vero in Herculis perniciem a lumone fabulose scribit creatos. fabulae a leone Nemaeo genitos volunt. Polygnostus vero praedones eos suisse serios. Hi assidus cum Cyzicenis bellum gerebant. Cyzicus igitur, cum Argonautas sibi cognatione coniuncos didicister, eos benignisse suscepti holpitio, cumque a Cyzico digressi essent Argonautae, proxima nocte tempestate acti, codem reueris sunt, quos Cyziceni hostes cipa

em erederent, aduerfus eos egreffi plane internecione fublati funt, inter quos ipfe Cyzicus ab Iafone est interemptus, ve et Apollonius, et Valerius scribunt. Orpheus ab Hercule, alii a Dioscuris. Erat Cyzici vzor Clise nomine, Meropis Percosii Pitycae regis filia, ve autrant Deilochus, et Ephorus, quae cum virum extinsum videret, doloris impatiens suspendio viram finitit, ve et Apollonius libro a Orpheus in Argonauticis, et Euanthes, et Deilochus scribunt.

De Hercule ab Argonautis relicto.

Hinc Argonautae instis Cyzico solutis, ad Myziam nauigarunt, voi Hylas aquatum egressus, et diximus, in sontem decidic, quem cum Hercules inquirendo totum montem perlustrasser, diuque expessus non redisser, Argonautae morae diutinae impatientes relicto eo vela secerunt, et et Apollonius, et Valerius scribunt. Diosysus tamen Mitylenaetus ad Colchos veque cum Argonautis nanigase assirmant. Idem etiam Demaratus, quod et Diodorus assirmante videtur. Hessodus vero in Ceicis nuptiis in Magnesa relicum scribic. Antimachus in Lyde, eo quod ipsus onere nauem grauatum subsentes presentam timebant, relicum ait, quod et Posidippus, et Pherocytes sicuse. Ephorus ipsum sua sponte apud Omphalem Lydiae arginam mansisse testacur.

De Phineo.

Argonsutae vero ad Bithyniam appulerunt, vbi Pollux Amycum regem caestibus victum obtruncauit. Hinc nauigantes ad Phineum regem peruenerunt, Ageonis secundum Hellanicum filium, at Hefoodo, Asclepiade, Antimacho, et Pherecyde testantibus, Phoenicis et Cashopeae. Hunc quidam in Paphlagonia, alii in Salmydesso Thraciae regnasse scribunt. quem Boreae filii Zetes et Calais ab Harpyiis, vt vidismus, liberarunt, de quo, quia multa apud Latiano, non plura verba faciam.

De morte Idmonis et Tiphyot.

Ab co digreffi. Cyaneas petras, quas et symplegadas vocant, non fine periculo transierunt columba duce, ve scribit Asclepiades, et Ouidins in Ibi tangit. Inde ad Mariandyniam venerunt, vbi Lycus Dascyli filius regnabat, qui Argonautas libentissime suscepit hospitio, et quod a Graecis patrem suum Pelopem honorarum sciebat, et quod Pollux Amycum Priolae fratris occiforem interfecerat, Hic lanes vates Phoebi filius, aut verius Abantis, diem obiit ab apro vulneratus, va Nymphis in Heraclea, et Promaditas, atque Herodotus tessantur, qui eum in Heracleae foro sepultum scribit. Hic etiam obite Tipbys nauis gubernator, ve Apollonius, Nymphis, et Orphens arque Valerius scribunt. Herodorus vero non euntibus, sed redeuntibus Argonaucis mortuum ait. Hic nauis gubernandae munus mandatum est Ancase, Neptuni et Astypaleae filio, ve inquit Simonides steellantibus Apollonio, atque Orpheo: Theotimus Euphemum Neptuni et Mecionices filium; Herodotus vero Erginum post Tiphyos obitum namem gubernaffe scribit, quem secutus videtur. Vak 3

CL ARGONAVT. EXPED. HISTOR.

lerius. Quod fuir in causa, vt et Apollonius, et Valerius, in gubernationis petitione horum omnium memimerint. Defunctis heroibus solutis exequiis, secundo vento per vatia loca ad Golchos appulerunt. et quia multa hic de Aeeta, arque eius filiis dicurtur, non erit abs re, dum modo non sir lectroibus sassidio, non-multa de iis, quae varie ab authoribus traduntur, strictim breuiterque narrare. Non enim ad huius poetae modo carmina intelligenda, verum ad alios etiam maximum parient emolumentum.

De Acesa Colchorum rege.

Diodorus in quinto, Dionysius Milesius in primo viv Ayemovrallo, scribunt Solem duos habuisse silios, Aeetam es Persem, quem alii Persen vocant, ac Aeetam quidem in Golchide et Maeotide; Persen vero in Taurica regnasse, atque ex indigenis foeminam quandam duxisse vocame, ex qua Hecaten susceptit, quae cum venationis, plusquam muliebrem sexum decebat, este sudioss, dum in lustris ac montibus diu versatur, herbas inuenit complures, praesentanei multas atque essicatissimi veneni, multas etiam saluberrimas. Sed cum natura immitis este taque crudelis, primum veneno patrem Perseum sustulit, et ad Aeetam patruum consusticui nupta Circen et Medeam genuit. Epimenides Corinthium genere susse tradit Aeetam, Sole patre atque Ephyre matre natum. Diophanes vero libro Ponticarum historiarum primo, ex Sole et Antiope genirum affirmat, cui etiam subscribit Eumelus quidam poëtam, vt ex eius carminibus, quae subiciam, intelligi potest.

'Αλλ' ότα δή δ' 'Αιήτης καὶ 'Αλμεύς εξεγένοντο HANIE ROL ANTIOTHE, THE & MYSIXE YGOUN Dásaro maiste dois insployes dylade of be. "Hy mly Yz' 'Asurbe, tabtyr mbge dig 'Admil. Тур 3' Ефорня наветесс, "Уген зынел қишешт. Alarne d' me' ludy Brun mueldune dulicerers, Bigoney murde fixer, if it mureto rie Elloc, "H wais, \$ 8 viends, 88 inero Kodylda yalan. Nasus vbi Acetas et Alocus sanguine Phoebi Pulchraeque Antiepes. regionem rite suis tunc Dinisis nasis Phochus. donauit Aloci Quam pater Asopus nitidis circumsuit undis. Aft Epbyren dedit Acetae, quam sponte reliquit Buno Mercurii fernandum, dum ipfe rediret, Aut aliquis. natusue, aut sanguine tandem lunclus, as ipse quidem concessis Colchida terram.

Is cum fortem accepisser, se tunc periturum, cum externi homines nauigio ad Colchos vecti vellus aureum sustulissent, essera crudelitate se hospites sacrificare ostentauit; ve divulgata tantae immanitatis sama, externi omnes ab accessu averterentur. Lucum etiam, in quo vellus aureum erat: suspensium, muro circumdedit: quae et multa alia, quia vulgatissima sunt, consulto praetermitto. postea demum, cum Medeam siliam cum lasone rapto vellere comperisset ausugere, illes cum magnis copiis frustra est insecutus, nihil enim persecit, vt vult Apollonius. Dionysius Milesius scribit eum Argonauras consecutum, atque Iphim Eurysthei fratrem intersocisse. Diodorus a Melagro testatur occisum. Valerius aliud innuit.

De Acetae filiis.

De filiis, quos Acetas genuit, non adeo inter scriptores conuenit, ideoque breniter de vnoquoque sigillatim, vt poscet ordo, dicemus. Diodorus vt superius, vxorem scribit habuisse Hetaten Persae filiam, quam alii Iouis dicunt esse. Hesiodus Persae et Asteriae, Orpheus Cereris,

Rad Mps bit & Entry and reare educationer. Aethereasque Ceres Hecasen emifis in auras.

Bacchylides nocte gemitam fabulatur. Ε'κάτα δαδοφόρε νυκτός μεγαί Antilas Bigureg. Pherecydes ex Aristaeo natam. Musaeus louem ait Aristerim compressisse, et ex se grauidam Perseo tradidisse, quae postea Hecaten peperit, vnde credita est Persei filia. ex hac Circen et Medeam natas Acetae scribit Dionysius Milesius. rus filium etiam, quem alii Absyreum, ipse, atque ex nostris Paucuvius, Aegialeum vocat. Alii etiam multi Chalciopen addunt, de qua dictum est. Hesiodus Solis filiam Acetaeque sororem, non filiam fuisse Circen scribit in Theogonia. Eiusdem est Apollonius opinionis, qui eam in tertio ab Apolline patre raptam, et in Italiam curru paterno vectam canit. Et in quarte Perses et Solis filiam vocat. Orpheus etiam Apollinis et Asteropes filiam dicit. de eius nomine Kieneasov mediov vocatum scribit Timaeus. Cuius etiam facit mentionem Apollonius. quin et de Acetae regis vxore non parua est diffensio. nam cum multi Hecaten dicant, Apol-Ionius eum Afterodiam Caucasiam Nympham duxisse, deinde Idviam Oceani et Tethyos filiam. Sophocles Neaeram Neteidum vnam. Hesiodus in Theogonia Idyam. Qui Naupastica compostiit Errylyten ait.

De Medea.

Medes Acetae ea quacunque matre filis fuit, quae et veneficiis & herbarum cognitione adeo praessitit, vt ne Circae quidem cedere haberet, natura tamen misericors et ab immani patris erudelitate abhorrens, si Deodoro credimus. Hace eo pasto, quo dicemus, cum lasone rapto aureo vellere confugit, atque in Thessaliam lolchon venit Peliamque regem, filiabus eius per speciem pietatis deceptis, interemit. Decemque annos cum lasone concorditer vixit, atque ex eo Dydimum, Alcymenum, Thessaliam dramque, et Thessaliam genuit. Repudiata Medea lason Glaucum, seu Creusem, filiam Creontis Corinthiorum regis, vxuram duxit.

CLIL ARGONAVT. EXPED. HISTOR.

quam nuptierum die Nedea cum toto simul Greontis regia, missa corona venenis illita, vel naphtae bitumine, vr Plinius ait, cremauit. siliosque in mariti vltionem trucidauit omnes, praeter. Thessalum, qui suga sibi salutem perperit. Iason, cum doloris vim ferre non posset, propria sibi manu mortem consciuit. Medea ad Aegeum Athenarum regem consugit. Cui nupea Medum silium peperit, qui possea Mediae imperanti. Inde expulsa ad parter Asiae transiens (ait Diodorus) cuidam clarissimo nupsit regi, ex quo dicunt silium Medum peperisse, multa alii, quae recensere magis sastidio, quam voluptati lectoribus suturum puto. Haec non omitenda Latinis sorsan adulescentibus non valde nota, eam post mortem in Elysio Achilli nupsisse, quod primus dixir Ibycus, post hunc Simonides, et Apollonius, ad quod allust Angelus Politianus, vir de literis Latinis optime meritus. Is in Vmbra haec ait:

Elysium tenet. bic magna venrrabilis umbra Muteris pulchram auspiciis sibi Colchida iunges Solis es Oceani voluenti progener aeno.

De Absyrto.

Absgrius ex Acetta et Asterodia natus est, vt inquit Apollonius, Sophocles in Scythis, non ex eadem matre natos Absyrtum et Medeam scribit, sed Medeam ex Idyia, Absyrtum vero ex Neaera. Fit hic ob pulchritudinem Phaeton cognominatus, vt Apollonius libro III. Argonauticorum, et Timonax Scythicorum II. assirmant. Sunt qui eum Medea natu maiorem dicant. Pherecydes in vII. a Medea ex lectulo sublatum; et ad Iasonem perductum, ac vt Acetam regem Argonautas insequentem morarentur, dilacetatum. Sophocles in Tragoedia, quae Colchides inscribitur, sin patris aedibus samarum scribit; Apollonius vero ad Istrum suvium occisum: Plinius in instilis, quae ex eius nomine Absyrtides nuncupantur.

De amoribus Insonis et Medeae.

Cum igieur lason cum cereris Argonautis ad Colchos appulifient. Medeam force ad Phasidis ripam obuiam habuerunt. Cui cum lason aduentus sui causam exposuisset, atque ab ea de crudelitate patris effet edoctus, ad preces conuerfus, ndem de coniugio dedit, si in discrimine ab ea praemonstrato sibi ferret opem. Acceperat ante lason a Venere Iyngem auiculam, quam Magae mulieres tantam ad amatoria cammina vim habere credunt, vt omnia venena et vnguenta ad amorem excitandum idonea lyages appellentur, teste Theocriti antiquo expositore: et ipse amor Lynn a Pindaro dicatur: qui scribit in Pythijs hanc ex Olympo a Venere primum ad mortales allatam, et datam lasoni, ve ez smul, et quibusdam amaseriis carminibus, quae ipsa Venus docuit; Medeam amore ad insauiam vaque accenderet. Quod cum fecifier, illa amore correpta, suum ei promisit auxilium, ac statim herbas medicatos et pharmaca quaedam dedit, quibus a taurorum igne tutus effet, et eum quid agendum. effet docuit. Ille Acetam convenit, ac vellus suscum poposcie:

quod Acetas se daturum est policitus, si rauros ingentes siammas, ere et maribus eucomentes iunxisset, aque dentes, quos ipse daret, seminasset, hominesque armatos, qui inde pullularent, vicisset, Quae comnia lason Medea opitulante cum summa sua laude, et gloria persecit. Acetas tamen vellus aureum negauit, ac de Argonauturum caede trastare coepit.

De ferpentis dentibus.

Erant sutem dentes, quos lason seminauit, non ex eo serpentel, qui vellus in arbore suspensum custodebar, sed ex eorquem Cadmus in Boeotia interemerat. Nam ve Pherecydes in vii. et Apollonius in viii. seriount, Minerua dentes serpentis illius quem Cadmus in Martis sonte occidit. Cadmo et Acetae aequis portionibus diussat. et Cadmus quidem continuo, quos ipse, acceperat. Martis iussa seminauit, ex quibus plures homines aemeti sont nati, qui omnes mutuis valaeribus se confoderunta, quinque duntaxat relicitis, Udaco, Chibania, Peleso, Hyperenores, Ediant; quos Cadmus ad condendam vibem socios sibi assumpte. Ex his gentern quandam vocatam Sparies, scripit Hippias. Desius, et similiter Attornetus. Borum etiam mentionem apud vaque ad tempos illud, quo lason vellus aureum petebat, serua-, bit, suneque ei dentes stadidit seminandos.

De Vellere rapto.

Note proxima, cum Acetas de Iasonis sociorumque caede cogitans Colchorum proceres consulendos congregastet, Meder
clam ad Iasonem confugit, eumque ad lucum Martis, vbi vellusaureum in arbore suspensum a dracone seruabatur, deduxit. Serpentemque semper vigilem magicis cantibus sopiuit; et ita Iason
vellus agreum rapuit, atque cum Medea in nauem se recepit.
Hoc et Apollonius, et Antimachus, et Valerius: Pherecydes
vero et Herodotus occisum ab Iasone serpentem, sicque vellus
sublatum scribunt. Qui Naupastica composuit, Medeam singit,
cum ex patris domo segeret, secum aureum vellus, quod in
Acaetae domo seruabatus, attulisse.

De lasonis redita.

De reditu Argonautarum, non satis inter Graecos scriptores comenir. Timagetus primo de portubus libro, Istrum scribit ex Germaniae montibus derivari, et inde in Germaniae instuere paludem, postea in duo sciadi brachia, et vnum quidem in Germanicum pelagus, alterum vero in Euxinum pontum deserri, ac per hoc nauigantes Argonautas in Erturiam venisse. Hunc secutus videtur Apollonius, Apollonium Valerius. Hecataeus Milesius per Phasidem in Oceanum euasisse, inde Nilum penetrasse, atque ex hoc in nostrum mare peruenisse asseurat. Hoc Artemidorus Ephesius satium esse conuncit. Siquidem Phosis stavius Oceano minimee

CLIV ARGON. EXPED. HIST. ET LAVR. BALBO.

minime infundirur, idem et Eratosthenes in tertio Geographicorum confirmat. Scymnus per Tanaim autumat nauigantes in magnum mare, inde in nostrum venisse. Hesiodus autem, et Pindarus in Pythiis, et Antimachus in Lyde, per Oceanum dicunt eos ad Lybiam appulsos, nauem humeris vehentes in mare nostrum exiisse. Suphocles in Scythis, et Callimachus, atque Herodorus in Argonautis, eadem, qua Colchos petierant, reuersos aiunt. vnde hi, qui ex Colchis in Adriam venerumt Argonautas vestigantes, eos non inuenerunt, qui vero per Cyaneas petras nauigarust, aos in Corcyra insula iauenerunt.

De lasone es Medeae nupsiis.

Valerius Iasonis et Medeae nuptias in Peuce infula fieri incoeprus effe scribit: inopino autem Absyrti aduentu turbatas et interruptas. Timaeus, et Apollonius libro duarto, atque Orphene. Corcyrae scribunt. Dionysius Milesius in secundo Argonauticon. Byzantii, Antimachus in Lyde, prope fluvium dicit lasonem cum Medea coiisse. Philetas in Telepho, in Alcinoi domo celebratas ait. Timonax vero Siculorum primo, in Colchide scribit Modeam ab Iasone ductam vxorem, non sine patris Acette voluntate. Refert autem idem monstrari iuxta Pontum hortos quosdam Iasonios vocatos, ex quibus ipse discessum fecit, et in Aeea gymnasia quaedem, et thalamum, in quo Medea Iasoni nupsit, et prope vrbem sacellum Iasonis, et multa alia. Haec ex Apollonii interprete. Caetera vero, quae de Argonautarum in Theffaliam reditu a Graecis scriptoribus traduntur, consulto praetermisumus, tum quia ad Valerii nostri opus intelligendum, non multze frugis funt, tum ne dyzeielbier hoc, in quo breues effe laborauimus, volumen iu-Aum excederet.





C. VALERII FLACCI SETINI BALBI ARGONAUTICON

LIBER PRIMUS.



rima deûm magnis canimus freta peruia

Fatidicamque ratem; Scythici quae Pha-

fidis oras Ausa sequi, mediosque inter iuga concita cursus Rumpere, flammifero tandem consedit Olympo.

5 Phoc-

mus.] Nullan hic loci in ipsa hactenus recepto, nil omnino is operis fronte inscriptionem exhi- notauit, alioquin plus satis relibebat venerandae vetustatis Co- giosus in admittenda passim exemden Vaticanus, post singulos ta- plaris sui scriptura, etiam vbi men libros agnoscebat plerum- satius erat consultiusque vulgaque titulum, quem hic expressi- tae lectionis vestigio inhaerere, mus, an in Carrionis membra- Quinque nominibus Flaccum nonis optimis pari etiam modo Va- ftrum infigniri vides, quod faelerii nostri nomen legeretur, culo quidem posteriori in vsu paucis exceptis locis, dictu dif- fuit obuiumque, vti ex marmo-

Valerii Flacci Setini Balbi dissimulauit: Sic tamen vt cre-· Argonansicon Liber Pri- damus facit, quod in titulo ficile cst, cum ipse Carrion id ribus antiquis habemus comperbus insolens et ferme inauditum, nisi si nomina adoptiua Gentilitiis forte adiungerentur. Sed vt demus id quoque tempestatis apud Romanos vsum obtinuisse adsciscendorum plurium cognominum agnominumque, cur Flaccus hic Poëta dictus est Quintiliano, Martiali, aliis, cum Balbus potius debuerit appellari? Vlrimum enim cognomen breuitatis causa in nomen plerumque transibat apud veteres. Sic L. Norbanus C. F. Flaccus Balbus, qui Consulatum gessit A. ab V. C. DCCLXXI, vna cum M. Iunio M. F. M. N. Silano, in tabulis Consularibus Graecis Balbus dicitur folummodo, non Flaccus: Silano et Balbo Coss. Plinius quoque libro II. cap. 87, M. lunio Silano L. Balbo Coss. vetus adhaec inscriptio. M. IUNIO M. F. L. NORBANO BALBO COSS. Sie Maronem, Naso-Catullum, Propertium, Lucanum, Martialem, Statium dicebant breuitatis causa vt plurimum, de quibus accurate iam disputauit ad Ennodium et Apollinarem Sidonium, Vir politiffimae litteraturae et eruditionis rarae, lacobus Sirmondus, Hunc nodum Herculeum reliquisse constrictum interpretes Valerii nostri ad vnum omnes fummopere equidem miror. Nam quid illa duo cognomina Setini Balbi postremo loco adscita sibi volunt? Adsirmant Setiam Italiae oppidum natale folum fuisse nostro, sed non probant. Vir summus Gerardus Johannes Vossius de Poétis libro, quod meminisset Flaccum Martiali dicum effe, Antenorei fpem et alumnum laris, hoc est, Patauinum, ea erat in fententia, vt crederet ex Seria fuisse oriundum Valerium hunc, sed larem Pata-

tum. Flauianis tamen temporibus insolens et serme inauditum, bat vir, cetera accuratissimus, nis si nomina adoptiua Gentilinis sorte adiungerentur. Sed vt demus id quoque tempestatis runt,

> Censesur Apona Linio suo tellus, Stelluque, nec Flacco minus.

Vt de patria Flacci Patauio non magis dubitari fas sit, quam de eadem ciuitate Liuianis incunabulis censenda. Nist alium fortaffe Flaccum, atque ab hoc nostro diversum plane Martiali fuisse celebratum contendimus. lam si Setini nomen ad patriam Flacci referendum est, vt volunt, vitimo id loco post Balbi cognomen oportebat collocari. quomodo in veterrimo codice Vaticano post librum secundum, C. VALE-RII FLACCI BALBI SE-TINI EXPLICIT LIBER II. est et vbi BALBI cognomen omittitur in eodem codice. vt sub finem libri IV, CAII VA-LERII FLACCI SETINI LIBER IV. EXPLICIT. INCIPIT QUINTUS. UTERE BONO TUO FE-LICITER. et sub finem libri VII. C. VALERII FLAC-CI SETINI ARGONAU-TICON LIBER VII. EX-PLICIT. post librum primum, tertium, et ocauum omne nomen Poëtae nostri omittebatur. Quid ergo? equidem per Sz-TINI huius BALBI nomen aut defignari non neminem existimo Philologum, qui hoc poëma Valerii emendarit, recenfueritque, aut quod verius videtur, nescio quem possessorem exemplaris alicuius horum Argonauticon vetusti denotari, qui cum fronti eius adleuisset nomen suuma id ipfum nomen SETINE BALBI postea ab imperitis librariis, aut aliud agentibus, vna

veniebant. Nam post Tiberiana iam statim tremo Domitiani tempore Oratotempora mos ille obsoleuerat, rias Institutiones absoluit et puqui Iulianis et Octauianis fre- blicauit, Diuo Vespasiano totos quentifimus erat in viu quoti- duodenos et plures annos superdiano, ve viri meritis ac digni- uixisse hunc nostrum sie vero tate illustres monetue publicae omnino simile: Ut Argonauticis nomen suum inscriberent, relico hisce absoluendis satis superque solis Caesaribus, aut Caesarianae temporis ac vitae suisse ei, vix sit domui illo honore, ve effigiem dubitandum, quae rerum pofuam nummis oftenrarent. Nam tiente Vespasiano sit exorsus, vt quam in veteri denario Baptista ex ipso poëmatis exordio sit Pius existimabat esse C. Valerii manifestum, et liquido apparet. Flacci effigiem, ea est imago Hernsius. Praeterea non mino-Victoriae. Meffailas, Acisculos, Catullos quido apparet. Ut ad hunc nonugari. Nec maiori iure idem Baptifta Pius Valerium nostrum Romanum facit, eunte in contraria Martiale, vt iam vidimus. Sed nec argumentum fatis validum videtur, quod homines eruditi colligunt ex verbis Quindiliani, quibus testatur, institutionum Oratoriarum libro x. capite primo, muleum in Valerio

cum Valerii Flacci nom ne perpe- Flacco nuper amissum esse, poema ram effe coniunctum, et confu- hoc dreade mutilumque ipfius fum in apographis exemplaribus, morte inmatura Valerii nunc exquae postmodum sunt eo ex co- tare. Poruit enim longae aeradice propagata. Viderint alii, tis, aut Gothicarum irruptionum an veriora indagare possint. Ego culpa truncatum ad nos peruehand premenda duxi, quae in nisse, quae res non magis explomentem mihi super re perplexa rata est, quam de Statiana Achiladmodum et perquam intricata leide, et Claudianeo Proferpinae Nam quod Ioannes raptu, quid potissimum causae Baptista Pius, vir, ve illa fere- sit, cur poëma verumque imperbant tempora, quibus floruit, festum nunc circumferatur. Certe non inerudirus, veteres nummos cum per omnes ferme Epigramargenteos, quales non pauci in- maton libros Flacci nostri memi-Beniuntur, inscriptos nomine C. nerit Martialis, quem ad impe-VALERII FLACCI ad hunc rium vsque Diui Traiani aetatem noftrum referendos effe conten- suam extendisse scimus, memidt, eiusque imaginem oftentare nerit etiam, tanquam nuper morarbitratur, toto aberrauit coelo. tui, Quinstilianus, qui sub ex-

v. I. Prima Delim.] Scaligeres numero Flaccos in Valeria rum in Hypercritico, qui est sexgente olim fuisse claros, quam tus de Poetica liber, ostendit hoc Flacci principium. ex annalibus et fastis antiquis li- modo prima? aut Iul. Caes. Scaliger, quum ipse Valer.] 644 castrum Domitianorum temporum nat: Plurius Tyriasque carinas, et Flaccum id numisma referre, sie Apollonius naues Iasoni obuias in Ponto scribit. Praeter ea classis adparatum Aceae vterque commemorat, et quae funt alia. Principium refingere sic tentabat:

Acquora facidicae primum sulcata carinae,

Cognatumque cano fulgentis tergoris aurum, Dinae opus. illa feras Scythici, quas Phafides oras etc. A z

vide Schottum. Harl. - Scaligero - satisfieri posse credo, si Tyrias et Pharias carinas, quas infr. versu 644 memorat Flaccus, concedamus iam ante Argo versus occidentem et oras Africae et Hispaniae cursum instituisse, sed minime ausas suisse Bosporum et pontum Euxinum peragrare, vel fi dicamus, Neptunum ibi non priores Argo naues facere, sed vaticinantem de sequentibus temporibus fi gamus. Neque etiam peccasse dici potest Poëta, quod naues in Ponto - Euxino obuias Argonautis faciat, quia nec illae vmquam Cyaneas et Bosporum transierant, sed intra Ponti oras se continuerant. Argo vero prima fecit peruia freta et ab Ægaeo mari perrupit aequora ad Phasim vsque. id enim peruia notat, vt Senec. Hyppol. 87.

- Quidquid Assyria tenus Tellure Nereus peruium rostris lecat.

praeterea illae potius rates, quam naues fuere, vt de Lemniis videbimus Lib. 11. 108. et alibi. Prima vero hic pro primum capiunt Pius, [Alciatus VIII. ##0έργων c. 8. repugnantibus Zinzerlingio et Bulaeo, qui prima fre-'sa peruia explicat, quod haec maria ante patuerunt nulla nauigiis. H.] et alii quidam, vide Gifan. Indic. Lucret. in prima. BURM.

I. Magnis nautis | Nautis quoque ed. Bonon, quam lectionem defendunt Maserius, Zinzerling, Barth, Carrion, al. fed. natis Gronou. 1. Obseru. c. 7. al. inprimis Heinfius vindicauit Flacco, multis locis prolatis libr. III. 504. Dis geniti vocantur Argonautae,

438. divis geniti et I. 553. proceres natique deum etc. Harl. Accedimus libenter viris dodis, qui Defin natis vindicauerant, inter eos, qui nautis legunt, non conuenit, an to Delim cum nautis, an freta sit iungendum. Maserius Delim naueas vult dici, quia erant in tutela Iunonis et Palladis, et Delim pro Dearum elle positum, vt Deus de vtroque fexu passim apud veteres poetas Barthius contra ad occurrit. Claudian. Bell. Get. vers. 1. et ad Praefat. in Rapt. Proferp. verf. 4. Freta Desim pro factis accipit, vt et Vossius et Schottus ad Senec. Suafor. 1. fed frustra. Nati Deorum funt Argonautae, vt inuicis argumentis Heinfius offendit, cuius notis haec addi possunt. Catull. Epithal. vers. 23. Heroës faluete, Delm genus. Germanic. Phaenomen. verf. 270.

Quin etiam lyra Mercurio dilesta, Deorum Proli accepta, pio coelo nitet. BURM.

v. I. canimus] Canere folenne verbum poëtarum est, de quo audiendus Scaliger lib. 11. de caust. LL. cap. v. et lib. 111. Poët. cap. xxvi.nec non lib. iv. BULAEUS. vid. XVI. Barth, ad Nemef. Cyneget, verf. 1. WEITZ.

v. 2. Fatidicamque ratem.] Vide Parrhaf. ad Claudian. de rapt. 31. nescio vero an recte apud Stat. I. Theb. 373. Infanam arborem Barthius interpretetur vaticinantem, securus Maserium ad h. l. cum *infana* ibi fit magna, immenfa, vt ipse hanc vocem illustribus exemplis explicat ad I. Theb. 367. et fecere ante illum et post plurimi. Dinam racem vocat noet V. 504 laton, Delimque nos fter lib. iv. 336. an habuerit genus, vti hic desim nati. libr. IIII. humanam vocem Argo, disquirentem

seru. Hum. 10. fatidicamue erat in Oxoniensi. Burm.

3. Phasidis] fluuii Coichicorum maximi, aut qui, vti Plin. VI. s. scribit, Ponti suit clariffimus. H.

v. 3. Ausa sequi.] Durum hoc censet Scaliger in Hypercritico pag. 775. neque enim praeibant orae. quae indigna tanto viro censura, cum ignorare non potuerit, Virgilium et alios patlim verbo fequi vios, pro tendere, curfum dirigere in oras aliquas, et eas quaerere; ita fequi orientem Poctarum imitator Florus dixit lib. 11. 11. et fequi iter lib. 111. 5. quod apud nostrum et lib. 11. 458. et v111. 190. occurrit. fed infolentius adhuc videri possent illa Plinii viir. Ep. 8. Villae, quae securae fluminis amoenisatem, margini insistunt. BURM.

v. 3. mediosque inter iuga concita curfus rumpere.] Medio curfu, caffigat Barthius ad Claudianum prioris eurae Commentario pag. 339. (et secundae pag. 306.) sed Rumpere cursum elegans frustra. et Latinum. Silius lib. v111.

Primus claustra manu portae Dictator, es altos Disiecis postes, rupitque in proelia curfum.

Ita et rumpere iter eidem Silio non semel. etiam Lucano lib. 11. Rumpere viam, etc. eleganter autem subiungitur, Flammifero tandem consedit Olympo, ac si de portu post peractam nauigationem agatur, quomodo apud Maronem libro Aeneidos tertio,

- quo tutior bospita lustres Acquora, et Aufonio poffit confidere portu etc.

Heins. Rede vindicauit hanc locutionem Heinfius contra Bar-

rentem vide Schottum 11. ob- thium. neque puto hic, vt Alardus et Weitzins fecere, respici tam ad nauigationis celeritatem, quam difficultatem et periculum primae huius expeditionis naualis, quibuscum in transitu Symplegadum conflicati fuere Argonautae. Vide, quae collegit Cl. Drakenborch, ad Sil. lib. vii. 568, et est varius et multiplex verbi rumpere apud Poëtas vius. sic aera rumpere Ouid. 11. Art. 54. et insula rempere discretas aquas, endem modo ve nauis dicitur 11. Fast. 194. sic Virgil. x. Aeneid. 373. Ferro rumpenda per bolles est via, vbi nescio, quare Heinfius malit, rapienda: ita enim et Quinctil. ix. de Intt. Orat. 4. ipsum zratiam perdit, si ad eam rupta via veniumus. nc Ouid. v. Met. 257. fontem pracpetis ungula rupit, vbi male Ciofani codex, fecit. Lucan. 1. 221.

> Molli tum cetera rumpis Turba vado fracti faciles iam fluminis vudas.

Et ita apud eumdem in antiquissimo Rotterdorfii codice lib. IV. ICI. legebatur.

Rupitque ruens in proclia miles. vbi vulgo, rapuis. sic rumpere freta de hac Argo Senec, Med. 302. et apud Catull. in Coma Beren, vers. 45. codex optimus Commelini,

Cum Medi rupere nouum mare? Noster non multum diuerso fensu libr. 11. 37. ruptum aequor, et hoc libro verf. 463. rumpere terras dixit, et codem sensu, frangere, scindere, scenre viam, measum, iter et similia, veteres dixisse in procliui esset ostendere. fed iam nimii fuimus. Burm.

v. 4. Flommifere] Statius 1. Silv. 11. 119.

Et si flammiferas potuissetscandere fedes. Bunn,

Αz

5 Phoebe, mone; si Cymaeae mihi conscia vatis Stat

v. 5. Phoebe mone,] Quanti interfit diligenti opera editiones curare, hic locus ostendere poterit. Nam cum Carrionis editio prior exhibeat haec duo verba iuncim Phochemone, fraudi id fuit magno Cafaubono, qui in ora codicis fui, qui seruatur in Bibliotheca Leidensi, coniecit legendum forte effe, Phoemonoe. Cui hic nullus est locus, sed optime Phocbo, qui vt omnium auguriorum et vaticinationum praeses, ita in eius templo seruabantur fatales libri. Quare Tibullum lib. II. eleg. v. incipientem, Phoebe fane, M. Messalino gratulari Quindecimuiratum, collegit recte Broukhusius noster. BURM.

V. 5. mone] Monere est docere. Virgil. lib. III. vers. 461.

Hace funt quae nostrà liceat te voce moneri.

Noster lib. vr. vers. 33.

Hinc age, Riphaeo ques videris orbe furores, Musia, mone. Bula Eus. Virgil. VII. 42.

Tu vasem, su, dina, mone, dicam borrida bella.

Vide Barth. ad Stat. VIII. Theb.
335. et xxi. Adv. I. B U R M.
v. 5. Si Cymacae] Cumcae ed.
Bon. fed in veterrimis membramis conflanter Cymicae. Nam
Graecis κύμη eft, non κέμη.
Hinc κυμώρος. v. Carrion. Zinzerling. et Heinflus, quorum
postremus ex eo, quod poeta
de corrina et cassa domo subiungit,
Valerium manifeste designare se
xvVirum sacris saciundis suisse,

iudicat. Quindecim viris autem hisce folis ius erat Sibyllinorum carninum infpiciendorum. Sacerdotes passim poetis dicuntur cassi, et cassa domus ad illius xv-viratum est referenda. Harl. Pius iam ad decemuiratum retulit, sed cum Valerii tempore auctus esset iam numerus, optime Heinfus Quindecimvirum fuisse Valerium colligit: corrins enim Sibyllae propria, Propert. IV. 1.

Si modo Auernalis tremulae cortina Sibyllae Duxit Auentino rura pianda Remo.

Et ita censuit quoque Barthius ad Stat, I. Silv. 11. 177. retractans fere quae scripferat lib. 17. et 111. I. Aduers. et succensens plagiario insigni Alardo, quem, ve neque sidelem bonumque exscriptorem, nedum ve de suo aliquid boni ad enarrandum Valerium conferre quiuerie, notat iure meritoque. De Cortina vide Seruium ad Virgil. 111. Aen. 92. et Adnotata ad Ouid. xv. Metam. 635. et Gifan. ind. Lucret, in praessringere. Burm.

v. 5. Conscia vatis] Vates Cymaca est Sibylla fine dubio. sed vtrum vatis an vati cum quibusdam legas, parum refert. vtrumque enim casum huic voci conscias iungunt. vide ad Ouid. vt. Metam. 588. Concita in duodus codicibus, vitio ex paullo praecedenti voce orto, legebatur. Conscia vero eleganter, quia arcana, quae non cum vulgo communicanda, solis Poëtis, vt a deo inspiratis, scire fas est. vti insta lib. 111. 301. Mens consciavatum. Statius 1. Silv. 1v. 25.

Licet

Stat cassa cortina domo; si laurea digna Fronte viret. Tuque o, pelagi cui maior aperti Fama, Caledonius postquam tua carbasa vexit Oceanus, Phrygios prius indignatus Iülos, 10 Eripe me populis, et habenti nubila terrae,

San-

Lices enthea vatis Excludas Pimplea fitim, nec confita detur

Pirene.

Et idem fere confeia, quod arcana, et qui homines, vel loca fecretorum funt confortio notat. vz lib. 11. 254. Confeia Bacchi templa. 410. feruati genitoris confeia fura. Senec. Hippol. 107.

Inclare tacinis confcias facris faces. Sic et magicis incantationibus, quae et nostro et aliis saepe, arcanae dici solent, hanc vocem accommodari docuit Barthius ad Papinii 1x. Theb. 733. et 1. Achil. 532. Burman.

v. 7. Fronte viret.] male quosdam [in his ed. Bon.] fronde legere iam notarunt Pius et Masetius, licet et exstet in excerptis Graeuianis; neque tamen hanc labem insidere editioni suae noluit Alardus: nihil vero notius quam Poëtarum frontes, si dignae tam sacro nomine essen, lauro praecingi. vide Stat, I. Silv. II. 99. et II. I. 26. I. Achil. 9, et alios. digna pro digne exponit Pius Burman.

v.7. Tuque o pelagi.] Vespasianum pattem, non autem Domitianum hic accipimus, neque enim Domitianus Britanniae vitor fuit. CARRION. Caled.
h. e. Britannicus, a populo quodam Britannico tota regio saepe vocatur Caledonia etc. vide Oudendorp. et al. ad Lucan. VI. 68. HARL.

v. 9. Phrygios prius indignatus Illos,] Ad expeditionem infaustam Iulii Caesaris [cuius gens ex Phrygia a Troianis originem traxisse putabatur] in Britanniam respici planum est, et verbum indignatus, vt Pius iam notauit, egregie exprimit naufragium, quod fecerunt plurimae eius naues, vt Virgilius v111. verf. 728. pontem indignatus Araxes. non fine venere de hac ipsa re Florus lib. 111. 10. Es viterius isset, nisi improbam classem naufragio castigasses Oceanus. Burman.

v. 10. Eripe me populis, et babenti nubila terrae.] Per terram obscuritatem Poëtae notant, per coelos gloriam et famam. Virg. 111. Georg.

Tentanda via est, quâ me
quoque possim
Tollere bumo, vistorque virâm
volitare per ora.

Propert. lib. 111. Eleg. 1.

Quo me fama leuas terrà sublimis, et a me

Nata coronatis Musa triumsat equis.

Notae sunt istae perese, ad coelum tollere, ad sidera ferre, pro laudibus mactare. Bulaeus Vid. Barth. I. Adv. 17. apposite Senec. de constant. sapient. I. Stoici virilem ingress videatur, curae bubent, sed ut quam primum non eripiant, et in illum editum vertisem educant, Lucas Actor. xxvi. A 4. Sancte Pater; veteruinque faue veneranda canenti Facta virûm. versam proles tua pandet Idumen, (Namque potest) Solymo nigrantem puluere fratrem,

Spar-

17. lξαιρόμονός σε lu τε λάε, vbi vetus lnt. eripiens te de populo, quod multo elegantius, quam cruens Bezze. lξαιρόω enim et lξαιρόμαι hang praccipue vim habet, vt notet segregare aliquid et quasi consectare, vt Aristides Oratione in Minerv. p. 21. Ed. Canter. τὰς ἀκρονόλοις ἰξείλον αὐτῆ, et mox, τοῖς βασιλοῦσει καὶ ὑγόμοσει τόμονα καὶ χώρες ἰξαιρῶσειν. Populus vero et populi saepe pro turba vili et humili: Silius lib. 11. 579.

— pergite primi Nec facilem populis, nec notam invadere laudem,

Lastant, de falsu sapientia. 5. ipse se in populum redegisses. infr. lib. 11. 439. in populos missa. Burm.

v. II. Sancte Paser] Vespasianum intelligit. Pater autem religionis et reuerentiae nomen est, quod non solum Numinibus datur, sed et hominibus, imo et inanimatis, adeoque cunchis rebus venerabilibus et augustis. Lege Turnebum xIII. c. 8. Noster lib. v. vers. 209. Pater Inachus. B u l. A e u s. adde Clericum ad Hesiodi Theog. v. 457. Hul. Sollemnis ista inuocationis formula. Propert. Iv. 1x. 71.

Sancte Pater falue, cui iam fauet aspera Iuno, Sancte, velis libro dexter adesse mec.

Ouid. 11. Fast. 127.

Santle Pater patriae.

Marcilius ad carmina Pythagor. pag. 13. ita veteres proprie moraffari solitos existimat. tuos quem facile hic locus confutat: viuo enim Vespasiano suum inscripsit opus Flaccus, et mox ipli consecrationem vouet; ridiculum magis errorem admisit Guido Allardus, qui edidit A. 1683. Inscriptiones Gratianopolitanas, qui ex lapide, quem Valerius Valerianus Sanctiffimae Vxori posuit, rarum esse hodie maritos inter Sanctas referre vxores (canonifer) notat. sed quid fit vxor Sautta, vide in notis ad Phaedr. 111. 10. Pius refert ad mores sanctissimos Vespasiani, qui et miraculis claruit, et Patrem dici, vt a Sandinimo filio Tito distinguatur. sed Pater est quasi przesentis Dei titulus. Burm.

v. II. Faue veneranda canenti] Heinfius et Francius in ora codicum fuorum coniecerant, memoranda, vt a syllaba vltima rā faue, illud ve fuerit geminatum: ita apud Lucan. Ix. 202. pro venerabile nomen, aliquot codices exhibent, memorabile. sed veneranda magis rā veterum congruit; et simul Poëtam excusat, quod non cecinerit gesta Vespasiani, sed veterum Argonautarum sasa, quae venerabilia ipsa sunt antiquitate. Burm.

v. 12: Tua pandee] Recius edietio Aldi, pandee. mens Valerii est. Antiqua mihi canenti faue, nouisima Titi fratris gesta et Idumaeos triumphos pandat Domitianus: quippe qui et ipse in censu

illa, namque potest, et testantur que castigauit Hermolaus Barbakriptores perperam igitur alii rus. Namque potens Aegidio Malibri, naugue potes, aut namque serio perplacebat, quod Pio non Huiusmodi vide libr. II. vers. 489. Nota afyadeton in his versibus. versam lamen, nigrantem freirem, quod es, instar perpetuse apud Poetas dubio procul fecit, vr aliquid hic defiderari Scaligero visum fueric. Zenzenz. Malim, ve est in Aldina editione, pandat. Innuit autem Flaccus poëma inflitutum a Domitiano της άλώστως Islaicife. Vossius. Pandat in ver. cod. pardit ed. Bon. Harl.

v. 13. Namque potens] potens ed. Bon. por, line pores cod. vet. poteft, n. tua facta rantare Domitianus, Mascrius, Carr. et Voff, rede adserunt Valerio noftro. Harl. Locus vexatifimus. Primo pander est in scriptis, non pendu. recte. Perperam vero illi, qui pergar reponunt. enim vittarum has tignificatione apad Poëtas verbum, ve iam momut Observationum libr. 1 v. cap. 12. cruditifimus Gronouius, Quo loco egregie hos versus illustrat, et diversas hominum literatorum congerit coniecturas, quibus recentendis, ne actum agam, hic supersedebo. pro namque potest, kripti constanter, poses, sed fruthra. alii aliter haec tentarunt. Viri duo doctiffirmi, Gronou. in Diatribe ad Statii fyluas c. 19. et Voff. immune potest. Sublata parenthen, vt +B iumque potest to pendere fubintelligatur, ex praecedentibus repetendum. fed, vt dicam quod res est, nil mutandum videcur in hisce duobus vocabulis; nisi quod sententiae Raptislae Pii subscribo, cui receptam lectionem debernus Commentario Lucretiano, et ad hunc locum. Quamquam Observationibus ad praefationem Naturalis

census Poëtzrum; quod innuunt Historiae Plinii pari modo quoformulam fine caussa damnatum, in Schedis Langermanni, potest pro diuerst lectione annotatum. Namque potformulae, haber ipfe noster libro 11. 489. libr. VII. 241. Hor. Epod. carm. 17.

> Et tu (potes nam) folue me dementia.

Virgilius Aeneid. vr. 366.

– aut tu mibi terram Iniice (namque potes) portusque require Velinos.

Atque ita frequenter boni scripto. res. etiam in Graccis. libro v. Anthologiae,

AAA Sed, divasas yde, ii ii gy-THER HE TEUEOV.

Pessime vero Carrion et Giphanius, Solymoque nigrantem renonunt. Reddit quippe scriptura haec locum admodum falebrofum, idque praeter receptum a Valerio nostro morem. Illud vero rectes quod locum mendo non vacare arbitrati funt. lampridem ego ita scribi debere sum opinatus, nec muto sententiam,

– versit proles tua pandet Idunie (Namque potest) Solymo nigrantem puluere fratrem.

Verfi Idume fexti cafus eft, fiug de euertione Hierofolymae futura agitur, fine de praeterita, versa Idume, poit Idumen versum, propter longius protractam periodum ab oscitantibus librariis hace interpolata erant, cuiusmodi errores non paucos in Nasone, alisque optimae Latinitatis feriptoribus a me sunt deprehensi. Apud hune nostrum quoque non abii-A S

mili modo libro vir. vers. 94.

--- atque ea vixdum
Vifa viris, atrâ nox protinus abflulit umbrâ.

Cum inconcinne prorsus et conera auctoris mentem legeretur. aeram nox protinus abstulit umbram. vmbrofa et atra nox auferebat Stheneli spearum, vid. ad Onid. v11. Met. 726, Solymos, inquit, a Tito fratre euersos pandet, et decantabit Domitianus tuus, qui argumento tanto par est. hoc sibi volunt illa, namque potest. Domitianum studio Poetico polluisse, qui ignorant, oportet Martialem, Statium, Silium Italicum, Quincilianum, Suetonium, ceteros illorum temporum scriptores numquam legerint. Auunculus meus Iohannes Rutgersius in Variis Lectionibus, lib. 11. c. 9. persuasum habebat, vt crederet Aratea Caesaris Germanici, quae etiamnum extlant, Domitiani Germanici foetum esse, non illius Germanici, Druso parente nati, cui Fastos suos dedicauit Naso. Et sane recordor vidisse me Lutetiae peruetustum Arateorum codicem, qui Domitiano Caesari poëma istud adserebat: vt veri omnino fimile fit, pro Domitiano Germanicum ob inuidiam nominis in plerisque exemplaribus esse repositum. Nam et Domitianus Germanici cognomentum sibi vindicabat ambitiose, vt ex Historicis, Poëris, ac nummis antiquis liquido adparet. Nigrantem puluere non palaestrico, quod interpretes volunt, sed bellico, apud Horatium habes, lib. 1. Od. v1.

--- puluere Troico Nigrum Merionen. et lib. 11. Od. 1.

Non indecoro puluere fordidos.

Solus Baptista Pius non caecutiuit hoc loco. Heins. Pandet editiones Pii, Maserii, Iuntae, Gryphii, Zinz. et aliae. verbo hoc vitur etiam Prudent. #492 #40. 1. hymno. IV. 153.

Publicum pandas chorus es renoluas. Vbi codex Rehdigerianus, pangae, vt hic volebat Schotrus lib. 11. Observ. 56. versa Idume etiam Francius volebat: sed cum contra omnes scriptos et editos fit, nescio cur mutare voluerint viri dolli, cum relle procedat oratio: Proles tua pandet versama Idumen, fratrem nigrantem puluere, et spargentem faces, etc. (Namque pote) et Solymo nigr. legebat Schott. II. Observ. 56. iamque porest Barth. xxv1. adv. 3. vt vellet illum iam sufficere ad canenda illustria Titi fratris gesta. Domitiano vero hic adulari Poëtam certum elt. vix tamen Rutgersio et Vossio cap. III. de Poëtis Latinis et cap. xxxv. de Mathefi, accedere posiumus, qui Aratea Germanici nomine prodita, Domitiani foetum effe suspicantur. Suetonio enim fides habenda, qui simulasse quidem Poëtices studium, insuerum antea, at postea spretum et abiectum, et omnia, quae publice dixit, alieno formasse ingenio testatur, et, imperio potitum, neglexisse omnia studia liberalia, nec vmquam historiae carminibusque recognoscendis operam vllam, aut stilo vel necessario dediffe, testatur in eius vita cap. II. et xx. vix ergo credibile, tam repente Poëtam potuisse prodire principem, et tam difficile argumentum eleganti carmine potuisse exprimere, aut Graccis vertendis operam consumsisse. vide Tristan. Comment. Tom. 1. pag. 220. BURMAN. Christian, Crusius in Probabil, criticis

Spargentemque faces, et in omni turre furentem. 15 Ille tibi cultusque deûm, delubraque genti

Infli-

cis pag. 48. ingenio poetae vim adfert emendaturus: Verfam proles ma pandere Idumen Iomque potef. HARL.

v. 13. Nigraneem puluere] De bellico puluere capit Zinzerling, Pius et Geuartius lest. Papin lib. 1. cap. v1. Scaliger ad Manil. lib. 1v. verf. 726. pag. 320. videtur de puluere Palaestrico capere, sed male. noster infr. vs. 415.

Currus caede modens, atroque in puluere regum Vifcera nunc aliis, aliis nunc curribus baerens.

Cererum nigrantem nouum verbum effe ad Virgilii lib. Iv. Aeneid. 120. et quaeri, qui primus dixerit, norat Seruius: quod mirum, cum ante Maronem vius fuerit aliquoties Lucretius, vt lib. 11. 732. ct 792. vbi vide Lambin, postea certatim l'octae hoc verbo vii, ve Ouidius II. Met. 535. Sil. v11. 690. et alibi, Claudianus Bell. Get. 59. 201. et pallim, immo postea etiam nigree pro nigrum facere viurparunt, ita Barthius explicat illa Statii lib. 11. Silv. VI. 82.

Non ficulus atros Nigraffes planetu genetrix tibi ficua lacertos.

Quod si ita hoc loco capere liceret, sensus esset, Idumen ver-Im a Tito, puluere fuife foedatam, et in cinerem versam, ita et nigrare activa vi capit apud Lucret. I. 411. Lambinus, sed priori significationi potius ac-Migrantem quiescendum puto. erat in nostro codice. Gifanii Grammatici meminerunt, saepe

lectio, Solymoque nigrantem, est contra libros; et, vt reste Zinzerling, asyndeton hic dedit Poëta. Burm. Solymo h. e. Hierosolymitano. vide Tacit, Hist. V. 2. 7. et Gesn. thefaur. L. L. fub h. v. HARL.

v. 14. Spargentemque faces,] ita constanter omnes, quos vidi, scripti et editi codices, quare nescio vnde hauserit suum iastantem Harduinus ad Plinii praefat. hunc locain proferens, praesertim cum et sparsue faces infra occurrant lib. IV. 412. et verbum f argere nostro sit frequentissimum. BURM.

v. 14. In omni turre furentem] furere in omni turre, phrasis est in vulgum minus nota, quam illustrat eruditiff. Caspar Barthius, lib. 11. magni operis, cap. ix. Bulaeus, Vid. eumdem Barth. lib. xxvr. adners. 3. est vero poëris familiaris illa numeri enallage, pro in omnibus turribus. fic. Stat. IV. Silv. v. 35.

Quis non in omni vertice Romuli Reptasse dulcem septimum putet?

et 111. Theb. 130. omnique in torpore plangi, vbi Barthius multis hanc locutionem illustrat, vt et ad lib. v. 376. et x1. 243. et omnis saepe singulari nomini addi folere, vidimus ad Petron. cap. 107. et infr. notabimus, lib. 11. 202. recle vero Pius de turribus, quibus pluribus instructa erar Hierofolyma, exponit. Burm.

v. 15. Ille tibi] Ita cod. manuferiptus, plerique alii; illa tibi, [vii est in ex. Bon.] codem vero vtraque lectio recidit, nam vt non ad vocem, sed ad rem sit ex insana illa Diocletiano posita, post me alius in sua conlectanea pro suis coniecit. Falluntur qui existimant haec de Domitiano dici, quae de Tito dicuntur, qui patrem inter deos retulit. vt ex Plinio secundo constat. Is autem ordo est verborum; Domitianus cantabit euersam Hierosolymam, et frattem Titum, cam euertentem: Titus vero tibi diuinum honorem nuncupabit; de his scribunt losephus, et Egesippus, Martialis ad Domitianum, lib. 11. 2.

Frater Idumacos meruit cum patre griumphos.

Quae datur ex Dacis Laurea, sosa sua elt.

CARRION. MS. Carrionis, ille. Carrio notat saepe ad rem, non ad vocem fieri relationem; vt mox vers. 27. cui rei videas Riuium ad Sallust. Cat. cap. 43. et \$6. Gifan. conlest. Lucret. in Generis mutatio Alberic. Gentil. disput, de Latinit, ver, Bibl. vers. Popmam ad Varronem pag. 808. ZINZERL. non cepisse poetae mentem Carrionem puto, qui tamen Pium sequitur. Ille enim euleum Deam honores deorum, id est divinos, Vespatiano instituturum Titum explicat, post apotheofim. fed perperam: vis enim illius datiui tibi est, vt Titus fub autpiciis patris et in eius honorem et gloriam instituturus fit Deorum cultum, quem ludaei credebantur, vbicumque poterant, aboleuisse, et ipsi nullos deos colere putabantur a Romanis et aliis gentibus, vnde Impiam gentem vocat Florus lib. 117. 5. et hoc plures notarunt. sic postea eodem ordine habuerunt Christianos et Iudaeos, quod patet

relatio. Quod loquendi genus fiue ficta, inscriptione apud Gru-Graecis nouum non est, quae ter. pag. CCLXXX. 4. SVPER-STITIONE CHRIST. VBIQ. DELETA. ET CYLTY PROPAGATO, cultus deorum est idem, qui Ethnicismus, religio Gentium, vt hodie loqui folent. Cic. 1. Tufc. 26. Philosophia nos primum ad deorum cultum, deinde ad ius bominum, etc. erudinit. lib. II. de Nat. Deor. 2. In nostro populo et in ceteris de rum cultus religionumque fauclitates exfistunt in dies maiores atque meliores. et cap. 28. cultus deorum est optimus, idemque certissimus, etc. et millies Cicero per cultum deorum ipfam religionem, et omnem de diis, quos venerabantur, publicam curam et caerimonias intelligit. vt libro eodem cap. 3. Religione, id est cultu deorum, superiores reperiemus, et ita pallim, pollet et sibi παρέλκειν, vt faepe. Bur M.

v. 15. Delubraque genti instituet. 1 Templum iplendidiffimum Flaniae genti a Domitiano dicandum intelligi vult Materius, et cum illo Baptista Pius. nam ceteri interpretes tacent. quomodo praeteire potuit futura Flaccus? an quia vates? nugae. et sane 70 ille ad Titum potius, Patri destinatum fuccellorem, quam ad Domitianum, aetate filium minorem, referri debet. Titum Vespatiano successurum, Patre non inuito, augurari potuit Flaccus, fiquidem, euntibus ordine fatis, id acquum, ac proinde optandum quoque erat. De Domitiano id palam praesagire non potuit noster, nist Titum offenderet. Vide igitur, ne ab iphus Valerii manu fit.

Ille tibi cultusque Deam delabraque gentis Instituet.

Vt

Instituet; cum iam genitor lucebis ab omni Parte poli. neque enim in Tyrias Cynofura carinas Certior, aut Graiis Helice servanda magistris: Sen tu signa dabis, sen te duce Graccia mittet,

20 Et

Vt delubra gentis non Flauiae, sed vide doctissimi Diecmanni speci-Idumaeae innuat; ac templum Hierofolymitanum, toto orbe celeberrimum, abrogato veteri cultu diuino, Vespasiano in Deorum numerum post mortem referendo, dedicatum iri, a filio Solymorum victore designet. Quomodo id Ioui Capitolino dedicauit postea Imp. Hadrianus, ipsamque ciuitatem, vicumque instauratam, Coloniam Aeliam Capitolinam hac de causa nuncupauit. Heins. lure reiicit Heinfins eorum fententiam, qui ad templum Flauiae venti excitatum a Domitiano respici volunt. sed neque ego gensis hoc loco facile ferre, neque explicationi eius accedere poffum. retineo vero genti, eo fenfu: instituet delubra genti ludaeorum, ad quae posthac, relictis facris patriis et abolito veteri cultu, sit conuentura, cum adhuc nulla habuerit diis dicata. Nam genti est in vsum, vel in commodum etiam gentis, vt paffim loqui amant veteres, noster infr. vers. 565.

Durum vobis iter et graue coeli Institui.

et Iv. 543.

Ipsa mibi puppim Ionis optima proles

Instituit.

Genti vero simpliciter pro Iudaicae genti. vide ad Ouid, x11. Met. 369. et hinc recte etiam delubra dicit; illa enim proprie diis tant, nec ego mucare suffineo. dicata, qualia ignorabant ludaci. Bu R M.

men Glossarii Latino-Theotisci. pag. 93. de templo Flauiae gentis nihil hic potuit vaticinari Poeta, et durum effet genti ponere simpliciter pro Genti Flaviae, cepit tamen ita etiam Barthius ad illa Stat. v. Silv. I. 240. quae de illo templo agunt.

Est hic, agnosco, minister Illius, aeternae modo qui sucraria genti Condidit, asque alio posuit sua sidera coelo.

Quamquam ibi epitheton aeternae clariorem facit sensum. pro institues in vno codice reperi, confituet. quod minus huc convenire puto, vbi de prima templorum apud Iudaeos institutione agit. wide ad lib. IV. 487. BURM.

v. 16. Cum iam genitor] alii fcribunt, cum tu genitor. res parui momenti. Pius. Coniecerat olim Heinfius, fenior, ve ita votum longae vitae, et vt ferus in coelum redeat Vespasianus, fignificet, vide similia ad Ouid, xv. Met, 838. et confundi has voces docet Gronouius ad Senec. Herc. fur. 1032. et Diatr, Start cap, xxxIII. quem etiam maluitle feu tu meriti lucebis ab omni parte poli, notauit Heinfius. certe cum praecesserit in omni turre furentem, odiose hie repetitur, ab omni parte poli. Heinfius adscripserat codici suo, ab alta arce poli. fed quia codices nihil muv. 17. Neque enim in Tyrias]
Sic primus Vaticanus. in aliis
quibusdam, ne quae in Tyrias
quod fibi quoque in veneranda
vetustatis exemplaribus repertum
adseuerat Pius. Nescio tamen an
satis Latinum. forte scribendum.

- neque cris Tyriae Cynofura
carinae
Cartius, aut Graiis Halica Erwanda

Certius, aut Graiis Helice seruanda magistris.

HEINS. Iniuria haec, vt minus Latina, follicitati puto. vus enim praepolitionis in, vt finem notet, fatis est obuius, et quem ipse Heinsius late adstruit ad Claudian. 1. in Rusin. 152. sensus est, non certiorem esse Cynosyram ad dirigendas naues Tyrias stella Vespasiani, quae luce sua omnes, quibus nautae vtantur, vincet, sie lib. v11. 545.

Daret aeripedes in proclia sauros. et cum alia praepolitione lib. 11. 57.

Certusque ad talia Titan.

certa vero sidera eleganter dici, splendida, clara, quorum ductu cursus diriguntur, docuit Broukh. ad Tibul. 1. x. 10. Lucan. 111. 218.

Has ad bella rates non flexo limine ponei

Certior baud villis duxit Cynofyra carinis.

et Germanicus:

Certior est Cynosyra tamen sulcantibus aequor.

Quibus locis Heinsiano correctio firmari posset. Ouidius Ep. xvii. 155.

Est aliud lumen, multo mibi certius istis, Non erit in tenebris, quo duce, noster amor. Ita certus Boreas Ep. XIX. 41. et contra incerta aura II. An. IX. 33. et miferos fallentia nautas fidera Lucan. VIII. 173. et quae id genus plura. Burm.

v. 17. Cynosura.] Duze visae in Aquilonari regione elucent, quarum Cynofura minor est; sic dicta quod canis caudae inflexae similis sit: Helice vero maior, a circumuolutione nomen fortita. nam ίλιξ circumuolutio est: Alii vel ab Helice Thessaliae oppido. vel ab eo quod est in Peloponneso dictum credunt. Callistonem enim Lycaonis Arcadis filiam a loue constupratam, et a lunone conversam in vrsam, cum Arcas filius fagittis conficere vellet. in sidus cum ea mutatus est; et hic Cynosura, illa vero Helice dicitur; alii, (in quibus Aratus) louis nutrices fuille, dum a Corybantibus custodiretur, fabulantur, atque inde nomina sideribus fasta; vide Diodorum libro v. Antiq. Ouid. lib. 1v. Fast.

Esse duas Artos, quarum Cynosura petatur Sidoniis, Helicen Graia carina notet. Carrion.

v. 18. Seruanda] vid. ad lib.

v. 19. Sen tu signa dabis,] Gronouius lib. I. observ. cap. xviii. quia signa dare, et ducem esse, idem notare videtur, legendum censet,

Si tu signa dabis, si te duce Graecia mittet, etc.

Cui facile adsentiremus, si codices addicerent, sed cur non licuit poëtae iure suo idem fere efferte duobus modis, et ita cum Pio explicemus, sidera dici figna dare, quando luce sua nautis demonstrant, quem cursum debeant tenete, egregie vero hans Imperatorum Orla iuues; haec vt Latias vox impleat vrbes.

Haemoniam primis Pelias frenabat ab annis,

Iam grauis et longus populis metus: illius annes,

Iö-

torum apotheosim, qua in sidera noua transire credebantur, illustrant illa Manilii 1. 294.

Summa senent eius miferis notissima nautis ma nautis Signa, per immensum cupidos ducentia pontum;

Maioremque Helice maior decircinat arcum; Septem illam stellae certantes lu-

mine (fignant)

Qua duce per fluctus Grange dant

vela carinae.
Augusto Cynosyra breui sorquetur
in orbe.

Tum spacio quam luce minor, sed iudice vincit

Maiorem Tyrio. Poenis baec cer-

Non apparentem pelago quaerentibus orbem.

Eodem modo adulantur principibus Plinius, Panegyr. cap. vi. Statius Iv. Silv. II. 58. Lucanus I. 50. Claudian. conf. Olybr. 242. et alii. vide plura apud Triftan, tom. I. comment. pag. 34. Burm.

v. 20. Serenus] vt antea sideribus inseruit Vespasianum, ita nunc eum non procellarum, sed tranquillitatis facit austorem. respicit enim titulum Iouis, qui Sereni nomine colebatur. Martial. vi. 6.

Nosti sempora su Iouis sereni, Vid. et 1X. 25. Ita lapides lout Sereno positi apud Gruter, pag. LXXVII. 6. et MIX. 9. BURM.

V. 21. Orfa] incepta. Virgilius: Atque ve araneoli tennem

formauimus orfum in Culice. BULAEUS vid. Weitz. loco vrbes cod. vet. melius habet oras. HARL.

v. 22. Frenabae] sic vet. cod. nec aliter omnia vetustatis monumenta. Carrion. Arcebas codex noster, et excerpta Graeuii, quod videtur a Glossatore profectum. Vide Weitzii notas. Burm. Pelias, Neptuni filius, fratrem Neleum, ex Theffalia, quae Haemonia olim dida fuit, expulit. H. Duo libri Vaticani, Oxoniensis, et editiones veteres Veneta ac Bononiensis, populos, opinor pro populo. Sed Baptista Pius ex antiquissimo libro popu-Ilm corrigebat, vt fenfus fit: omnes populi, Ionium quicumque petunt, longo metu illius vexabantur, et est subintelligi volebat, nec perfuadet nobis id tamen. Gravis, non senex, quod interpretes volunt, sed grauis peoulo. Sic graves Perfie Horatio, fubintellige Romano Imperio, quod praecesserar apud illum proxime. HEINS. Rede gravis cum populis conjungit Heinfius, ita de Dionyfio luft. XXI. 5. cum granior crudeliorque indies ciuitati effet. Flor. 1. 3. Albanus grauis et diu princeps populus. et ita pailim veteres. eumque etiam in sensum cepie Pius, longus vero metus non ad latum imperium, sed ad aetatem refero, vt infr. vers. 71. Veserem Tyrannum vocat. ita Martial. XII. 6. longi terga dedere metus. ita enim indicat poëta vix spemsuperfuisse popularibus se ab eo

r

liberati posse, quia longo tempore dominationem confirmaterat. ita longus sacpe pro perpetuo. vide quae notauinus infr. 11. 368. et ad Ouid. 1. Amor. vil. 25. vt vero populis metus, ita Senec. Hyppol. 29. aprum vocat mesum agricolis. vbi Grononius hunc Flacci locum adducit. Burm. Longus populos metus illius omnes. ed. Bonon. longos populis cod. vet. HARL.

v. 23. Illius | Idem est, quod imperio eius parent. infr. vi. 117.

Illius et dites monitis spoudentibus Indi.

Et recte Pius observat, poëtas, cum volunt alicuius regionis regem signare, eum praeterlabenti siunio dominari dicere, ve infra av. 463.

Nam rex ego diuitis Hebri. Burm.

v. 23. Onines | Annes ex conjectura Sabellicus, atque etiam Aldina editio. in qua cum multa fint ab aliis diuerfa, reperta post a Carrione in libro MS. nec dubito, hoc a bono libro profectum. Secus si legas, quinam erunt, qui Ionium petant? At per annes in Ionium se effundentes mare, signat accolas si fluiorum in Ionium se penetrantium: quomodo vers. 518. per Phasim et alios amnes Scythas aliosque populos notat. ita Propert. 111.

Tigris et Euphrates sub tua iura fluent.

Et fexcenta huiusmodi apud alios alia. Quin et ipfe Valerius lib. v. verf. 484. in perfona Iafonis meminit amnium fub imperio Peliae fluentium.

Sceptra tui toto Pelias firb nomine Phoebi

Maxima ab bolle tenens, sosque
illachrymansia dinos
Oppida, tos vigili pulcherrima
flumina cornu, etc.

ZINZEPL. Pro illius omnes, optime Sabellicus, amnes, quamquam inuitis vetustis codicibus. idque iam adprobarunt Andreas Schottus in Humanis Observationibus. 11. c. 54. in Adversariis Barthius, xxvi. 2. ad Linium Gronouius. vt audiendi non fint Maserius et Carrion, qui obloquuntur. videtur et *de amnibus* non nihil subodoratus eife Baptista Pius. HEINSIUS. Amnes legendum esse vel verbum adiuncum petunt ducer. fi enim omnes legeretur, nullus sensus inde exoriretur. Weitzius omnia fere nostri loca notat, vbi petere loca aliqua de hominibus et aliis dicitur, sed in quibus nulla fere huic loco

v. 24. Othryn et Haemum] videtur non pars Macedoniae, sed tota Macedonia indicari, quafi fub imperio Peliae fuisset. illa enim inter hos montes definita. Iustin. VII. 5. Xerxes Alexandrum inter Olympum Haemumque montes totius regionis imperio donauit. Othrys vero inter Thraciae montes etiam a Statio ponitur lib. 1v. 655. quod inde euenit, quia olim Thracia ad Peneum fuit porrecta. vid. Periz. ad Aelian. VIII. 6. et infr. ad lib. I V. 28. et fortaffe ab hoc Othry monte Odryfii fiue Orbrysii dicti, nam promiscue in MSS. duplex scriptura occurrit: ita apud Claudian. Bell. Get. 177.

faciunt illustrando. Burm.

Nil profuie Haemus Odrysiis.

vbi MSS. Othrysis, et apud Ouid vi. Met. 490. Rex Othrysius. iic Ionium quicumque petunt: ille Othryn et Haemum,

25 Atque imum felix versabat vomere Olympum. Sed non vlla quies animo fratrisque pauenti Progeniem dinûmque minas: hunc nam fore regi Exitio vatesque canunt, pecudumque per aras Terrifici monitus iterant: super ipsius ingens

fic et infr. vers. 450. variat scriptura. scio tamen ab oppido Odrysa dictos tradere alios. Burm. Haemus, hodie Tschengie, mons Thraciae et per Macedoniam et Romaniam procurrens iugum. H.

v. 25. Imum felix | bene dixit imum ex peritia agriculturae, quoniam latifundia montibus fubdita, solent esse felicissima. Praeterea apud Liuium lego dorsa infima montis Olympi fuisse cultoribus frequentissima, cum summas partes eius gelicidia ac niues occuparent. Pius. Male vnum vel vnus legunt Balbus et alii. verum quidem est has voces passim apud nostrum et alios confundi. vid. inf. 11. 58. ficanti occurriffet, forte vidit lafoet praecipue quae diximus ad Ouid. Ep. xx. 41. quibus adde Lucan. v 1. 341.

Nec metuens imi Borean babitator Olympi.

Vomere autem versare, est arare. Pacat. paneg. 1x. iugera vomere aut ligone ver sanda. Claudian. 1. Rapt. 196.

Nullos patiere ligones, Es nullo rigidi versabere vomeris ittu.

Poërica vero locutio est pro habitare aut tenere regionem, Statius Theb. 1. 152.

Dumque veer angustive squallensia ingera Dirces

Verteret, etc.

quem locum et Pius adduxit, vide et Weitzii notas. de za arare, et quae adducit dodiffimus Drakenborchius ad Silium lib. viii. 566. BURM.

V. 27. Hunc nam fore regi Exisio vatesque canunt] Historiam hanc, quam fuse tractant alii Argonauticorum scriptores, tangit tantum Valerius. Quapropter non peccaturum me arbitror, fi Seruii de hoc locum apposuero: partim ipsius Seruii, partim Valerii gratia. ita autem ad IV. Eclogam scribit : Pelias cum accepifset responsum ab Apolline, fore ve ab eo prinaretur regno es visa (inlere qui) altero pede nudo ei facrinem nudo pede venisse, qui dum Iunonem transmutaçam in anni (lege anus) speciem, credens mortalem, petentem per vadum fluminis transferret, alteram ex caligis in limo amiserat. Igitur Pelias metuens ex responsis facta (scribe fata) iuffit eum Colchos proficifci, ad petendam auream pellem arietis, qui Phrixum et Hellen Colchos pertulerat. Vossius. conf. luftin. XXXXII. 2. Hygin, fab. 12. H.

v. 29. Terrifici monitus] Imitatur hic Maronem noster, apud quem lib. IV. 434.

Multaque praeterea vatum praedicta priorum Terribili monitu borrificant.

Ita

30 Instat fama viri, virtusque haud laeta tyranno.

Ergo anteire metus, iuuenemque exstinguere
pergit

Aesonium; letique vias ac tempora versat. Sed neque bella videt, Graias neque montira per

Vlla. Cleonaeo iam tempora clusus hiatu

35 Al-

Ita serrificos vates, serrificum Phoebum illustrat Heins, ad Claud. 11. in Eutrop. 46. monere vero et monitus, vel monita etiam proprie de vatibus et oraculis, vt ins. 231. IV. 27. VI. 17. VII. 187. Vide Barth. ad Stat. 11. Theb. 696, et Claudian. Bell. Get. 229. Gronou, Diatr. Stat. cap. xxvI. et de somnis Heins. ad Ouid. xIII. 216. BURM.

v. 29. Super] insuper, praeterea. Gifanius Indice Lucret. BULAEUS.

v. 30. Virtusque baud laeta tyranno.] Rarior certe locutio, pro non grata, accepta. similiter Tacit. 1. Hist. 71. Laeta primoribus ciuitasis, celebrata in vulgus Celfi falus. Vid. Inf. 11. 294. BURM. Lucan. viii. 89.. vbi vide Burm. nulli laeta, h. e. accepta, marito. HARL.

v. 31. Anteire metus] Praeuertere, anteuenire. Bulaeus. Simili fere fensu dixit Terent. Andr. III. III. 24. Hem id te oro, va ante eanus, dum tempus datur. pro anticipare, poni apud Silium lib. xiv. 455. obserbat Barthius. Bur M.

v. 31. Exstinguere pergit] Prus. In nostro codice erat qrit quod compendio Scripturae fotte quaerit est, quod sensum satis aptum efficere posset. cum pergit, quod notet progressium rei iam inceptae, aliquem offendere posset,

quia nihil antea de hoc Peliae confilio dixit poëra, et ideo forte Heinfio suspecta fuit vox pergir, nam in ora codicis coniticiebat scribendum esse, feruet, vt codem modo ad Ouid, Halieut. 52. pergir in feruet mutatum volebat, sed nihil hic puto nouandum: iam enim ab edito oraculo intidias Iasoni struxerat, nunc vero pergit, et cum antea non successistent doli, nouum confilium illum tollendi init. ita lib. viii.

Hand vitra sociis obsistere pergit.

lib. 1v. vets. 121.

Sie se olim pergere sens: Iupiter.
plura de hoc verbo dicemus alib. 1v. 690. exstinguere hic non
de effectu, sed conatu capiendum, vt millies ita loquuntur ve-

teres. BURM.
v. 32. Letique vias] rationes
ac modos exflinguendi. Ouidius
I. Art. Am. 585.

BULAEUS, Vid, infr. ad vers.

v. 34. Clausus biatu] clusus biatu, non clausus vetustiora exemplaria nostra. et sic in Marone, Silio, aliis Scriptoribus codices antiquissimi. Heins. et hic Maronis vestigia premit, qui lib. x1, 680.

Capue ingens oris biatus,

Es malae sexere lupi cum dentibus albis.

Et

35 Alcides: olim Lernae defensus ab angue Arcas; et ambobus iam cornua fracta iuuencis. Ira maris, vastique placent discrimina ponti.

Cum

Et ante eum, vt Pius obseruat, cones vero in cunis occisi inter cam nobis nunc magnus biasus Ille Poëta vetus in appendice Virleouis obeffes? Rictus Cleonacos vo- giliana: cat Martian, Capell, lib. 1, quos illustrat Barthius lib. xxv. Adverf. 11. quibus adde Sil. 1. 195. me, ve praeteritorum laborum, meminit et lib. 11. 382. Draco- quis posset, quid Arcadi cum nis, qui Hesperidum hortos ser- Lerna? cum constanter Argolicae nabat. Inter labores vero pri- adscribatur a veteribus haec pamus numeratur Leo Nemeus, lus. de qua vide eruditiffime disvid. Pindar. vr. Ifth. 70. et Ano- ferentem Ezech. Spanh. ad Calnymum ab Allatio editum, inter lim, Hymn. in Pallad. vers. 45. varia excerpta Rhetorum; et Hy- vbi probat, Lernam ad mare gin fab. xxx. et egregium lapi- fuisse sitam, Neptuno sacram.

Lucret. v. 24. Quid Nemedens athla eius non numerari folent.

Prima Cleonaci tolerata aerumna Leonis.

et Stat. iv. Theb. 304. de his Cui noster, vt et Lapis, et Hyexpuis, et facris in memoriam ginus Lernam subiungunt. alter monstri illius profligati, vide scrupulus superest de duobus Perizon, ad Aelian. IV. 5. Qui Tauris, quibus noster iam corclausum hoc hiaru Herculem nua fralla canit. Pius et Heinoculis adspicere velit, adeat sius, qui Flaccum Anachronismi Tritin, tom. 111, pag. 360. et incufat, Cretensem et Acheloum Begeri Thefaur. Brandenb, tom, intelligunt. Maserius multa ad-III. pag. 45. et 80. sed negotium fert, vt se expediat, et tandem aliquis Flacco sacessere posset, Marathonium et Acheloum, cui quod hie iam defunctum hoc la- in taurum mutato cornu fregit, bore Herculem inducat, cum intelligit. sed Acheloum postea Apollon, lib. 1, 1317, demum demum vicit. Quare viderur noeius fatum effe dicat, duodecim ster illorum sententiam securus, labores implere, et quodalii ex- qui Cretensem et Marathonium peditionem hanc cum Argonauris diuersos statuunt, et priorem non primis Herculis annis tribuant, ex Creta adductum, sed ibi caevid. Sil, Ital. 1. 512. Et noster sum credunt. de quo vide comiple espeditionem Herculis con- mentatores ad Virgil. viii. 294. tra Amizonas hac priorem facit et Munker. ad Hygin. fab. xxx. libro v. verf. 91. Sed alii quos- Burm. clusus scil. erat. Hercudam ante hanc militiam labores les iam involverat se pelle leonis iam obiiffe narrant, et ipse Apol- Nemeaei et rictus ipfi effet pro lon. lib. 1, 122. dicit aprum Ery- galea; h. e. leonem illum iam manthium eum iam fustuliste; interfecerat Hercules, Alcides, et noster lib. 11. 495. Nemei ἀπὸ τῆς ἀλαῆς, a robore sic dictus. leonis, Erymanthii apri et Let- HARL.

v. 36. Arcas] Iterum quaerere cem apud Reinef. IV. XI. Dra- Arcadia vero nulla sui parte mare B 2

Cum iuuenem, tranquilla tuens, nec fronte timendus,

Occupat; et fictis dat vultum et pondera verbis: 40 Hanc mihi militiam, veterum quae pulchrior actis, Adnue; daque animum, nostri de sanguine Phrixus Cre-

tangit, vndique cinca Peloponnetiis gentibus, et mediterranea, vid. Paufan. Arcad. lib. v111.

1. Quare poetica licentia terminos vicinorum populorum confudiffe, vel erraffe in finibus statuendis harum gentium credibile est, sic et insta vers. 108. tela Herculis, Arcadio stammasa veneme dicit. Burm.

v. 38. tranquilla timens.] sic ed. Bonon, sed rectius Ald, et Carrio dederunt tuens. et tranquilla est per Graecismum pro tranquille, vti apud poetas latinos viitatum eft. HARL. Redetuens receptum a viris doctis: inepta enim et odiofa in eodem versu eiusdem verbi iteratio. fic transuerfa tuentibus bircis Virgil, 111. Ecl. 8. et Asper, acerba 1x. Aeneid. 794. suens, et patim alii. vid. Weitzii notas, de verbo tucri pro intueri vid. ad Ouid. I. Metam. 85. tum inuenem eriam editi ante Carrionem habebant. Burm.

v. 39. Occupat] sponte et prior alloquitur, vt nosser 11. 136. v111. 413. et alii saepe. vid. Torrent. ad Horat. 1. Ep. v11. 64. Burm.

v. 39. Fillis dat vultum et pondera diffis] fic ed. Bonon. et al. H. Offendit ille rhythmus, in fillis diffis, quare eos fequerer, qui fillis verbis malint, quae voces apud Poëtas passim permutantur. sic Ouid. x111. Met. 9,

Tutius est igitur sictis contendere verbis.

Et lib. v. Fast. 505.

Addidit et vultum verbis.

Quem locum noster imitari potuit. est vero acute dictum, pro fidem orationis fuae fecit placido et blando, quem fingebat, vultu. nam vultus est externa illa et mutabilis oris species, quam accommodare folent homines verbis et rebus praesentibus, vide Et hi lib. v11. 32. et v. 155. funt falfi illi vultus lib. vr. 661. quibus verus vultus apud Terent. Andr. v. I. opponitur, et ita fingere vultus blandos noster lib. 111. 507. sic Phormio Terentianus dicit act. v. 6. vultus mibi nunc est capiendus nouus. Burm.

v. 40. Militiam] ita eleganter vocat expeditionem hanc. "As9Asv dixit Pindar, Iv. Pyth. 293. luftin. vi. 1. in banc militiam electus Hercyllides, et ita ille et alii paffim, Burm.

v. 41. Adnue daque animum.] fic quoque ed. Bonon. vitiofe ouaedam dataue. H. Omnino scribendum est, vt emendauimus iam ad Ouidii Fast. 111. 688. daque manum. Hoc est, promitte: non enim tam attentas aures, quam affenfum lafonis hic exigit, ac requirit Pelias. Plautus Au-Iularia, Da mibi, optima faemina manum etc. Ita et Tullius nonnumquam. Praestiterit tamen, daque animo. HEINS, dare manum, pro fateri se victum, vel alicui adsentiri vulgatum est, vid. Lambin, ad Lucret, II, 1042, vel etiam

Cretheos vt patrias, audisti, effugerit aras.

Hunc

cum foedus iungitur, manus dantur, vt apud Ouid. III. Fait 226.

Dans soceri generis accipiuntque manus.

Et ita hoc loco capi posset, pro hoc mihi concede, et quasi soedere inito promitte; sed contra codices non facile mutem, cum fingularia multa apud nostrum occurrant, aliter posita, atque apud antiquiores, da animum ego explicarem, pro oftende te nihil timere, praesta te virum, vt contra accipere postea vers, 182,

The animos promissague talia lactus

Pius explicat animose concede, et mihi hunc laborem condona,

V. 41. Nostri de sanguine Phrisus Cresbeos | Nostrum vocat, quia communem flirpem ex Aeolo trahebant. Pelias per matrem Tyro, quae a Neptuno compressa, et filia erat Salmonei, cuius pater Acolus, Iason ex Acsone, filio Crethei, cuius item pater Acolus. vide Schol. Apollon. 1, 143. et 11. 1166, et Diodor. Sic. lib. IV. pag. 187. Phrixus vero Athamantis filius, et ille Acoli. vid. inf. 236. et Schol. Pindari ad IV. Pyth. 254. et 298. Pius explica- Maserii, Iuntae, Aldi, Gryphii, bat, quia Pelias vitricum Crethea et aliae. Male: infinuare enim fe vocabat: nam Tyro nupta fuit blandis verbis conatur Pelias, in-Cretheo, sed ex Neptuno Peliam cipiendo a notis et veris, quae tulit. Burm. conf. Ochhei Ar- fidem sequentibus facerent, et gonaut. v. 870. ibique Gesner. HARL.

v. 42. Audisti, effugerit] Fabula, quam tangit, haec est. Athamas Aeoli filius, frater Creliae, ex Nephele vxore Phryxum phele in nubem conversa, Ino- LXXXI. BOM M.

nem Cadmi filiam duxit, cum more nouercarum prinignos odiffet, Aeolicis feminis persuadebat, semina terrae mandanda torrerent: terra autem, tosta sementis grana suscipiens, infecunda permansit, et magna proinde penuria subsecuta est. Qua de re ad Apollinem misti, qui oraculum sciscitarentur, et ab Inone muneribus corrupti, nunciarunt oraculum poscere, vt Phryxus et Helle mastarentur; quod etsi Athamas diu facere recufauit, neceilitate tamen compellente, Phryxum et Hellen ante aram mactandos constiruir. verum Nephele, mater eorum nube sua ad eos deuecta, ve fugerent praecepit, tradiditque arietem lanam auream habentem, quo vitra mare transueherentur. Sed Helle male arieti inhaerens, et in pontum delapsa, Hellesponto nomen fecit. Phryxus vero ad Colchos delarus est, vbi arietem in Martis templo sacrificauit, quod Diodorus Siculus responso monitum fecifie scribit, in vet. cod. legitur, Audisti aufugerit: in aliis amnibus, Audis effugerit. Prius malo, CARRION. Audis habent editiones priscae, Bonon, Pii, fraudi viam munirent. In nostro codice erat pro audisti, paruulus, quod inepti glossatoris esse puto, qui adnotauerat Iasonem haec audivisse a parentibus, cum parmulus theos, patruus Acionis et Pe- esset, aufugerit, quod Carrion ex fuo codice profert, admitti miniet Hellen sustulit, post vero Ne- me debet, vid, ad, Petron, cap.

Hunc ferus Aeëtes, Scythiam Phasinque rigentem Qui colit, (Leu magni Solis pudor!) hospita vina 45 Inter, et attonitae mactat sollemnia mensae,

Nil nostri diuûmque memor. non nuntia tantum Fama refert. ipsum iuuenem tam saeua gementem, Ipsum ego, cum serus sessos sopor adligat artus, Adspicio: meque adsiduis lacera illius vinbra

50 Que-

v. 43. Hunc ferus Acètes] Oèta in primo Vaticano et aliis nonnullis pro Acèta, vt vltima Syllaba producatur ob fequences duas consonantes. Regius, Acètas Heins, Acètas lunt. Octas codex noster. Burm. Octas ed. Bonon. Acetes, vel Acetas vet. cod. Harl.

v. 44. Heu magni folis pudor] Francius malebar, magnus folis pudor. Sed perperam, vt ostendimus ad Ouid. x111. Metam. 852. BURM.

v. 45. Inter et attouitae] hic versus abest a Scriptis potioribus; sed perperam, sorte ctiam, admotae mensae: smills varietas infra lib. v. 50. HEINS. Sed attonita mensa, vt recte Pius, sunt ipsi conuiuae, qui hac caede, super coenam perpetrata, per.usti et attoniti erant. sic Aetheria mensau, qui m plenum conuiuium Suetonius dixit, exposuimus ad Petron. cap, xiiii. Burm.

v. 47. Tam facua gementem] primus Vaticanus diuerfae lectionis loco, vel frementem. Heins. Nihil muta, vid. infr. vers. 530. In codice, quem Vossius contulerat, erat pro varia lectione, gerentem. Burm.

v. 48. Serus] interpretari poffis vel, qui post longas curas vigilanti sero demum euenit, vel matutinus; quo tempase puta-

bant vera demum videri somnia, vt norum. conferri cum hoc nostri poëtae loco debent Pindari versus in Pyth. Od. 1v. vers. 284. ét seqq. vnde multa in hoc operis sui initium Flaccus transstuit. Adspicio vero, h. e. coniicio in eum oculos, vt mox ait, verbum proprium in hac re. Stat. x1. 267.

Illum sanguineos prostantem pettore riuos

Adspicio.

Confer et eiusdem poëtae lib. x11, 187. Et plures similes, ad miserationem faciendam, somniorum descriptiones obuiae sunt. Burm. Hunc eumdem v. ad Nemes. 1. vers. 34. Harl.

v. 49. Lacera affiduis.] lacera afsiduis namque illius umbra ed. Bonon. et ante Carrionem, qui e codice bene restituit lectionem, quae in textu est, quam quoque Heinsius probauit et illustrauit illo Statii 1. Silu. 4. 88. primusque insigne tributum spse palam lacera poscebas Regulus vmbra. Zinzerling priscam defendit lectionem; eique particula numque non exigenda videtur, per quam ratio reddatur, quomodo adspiciat Phryxum, scil, quia vmbra eius excitetur. Mortuorum vero animas, quibus sepultura non obtigisset errare, et quolibet diuagari, credebant veteres v. Achill.

50 Questibus, et magni numen maris excitat Helle.

Si

Tat. libr. V. pag. 313. Alciphron. 1. 10. Ouid, Heroid. 11. 135. fq. et alii multi. HARL. Illustrantur haec a Meursio ad Lycophron. pag. 113. et Gifan. Ind. Lucret. pag. 373. Weitz.

v. 50. magui maris] Erudite haec illustrat Ob. Gifanius Indice Lucret. BULAEUS. Ita ob studius et saeutriem dici vult Gifanius; cui addas, quae observat Douza in praecidan. cap.v. ad Gatulli Carm. xxiv. illa,

Vilus minuta magno deprenfa nauis in mari.

et Barth. ad Stat. 1. Achill. 44. et Seru. ad Virg. 111. Aeneid, verf. 196. v. 626. et Purfch. ad Salluft. Ing. 18. et Ciaccon. ad cap. 78. certe ita passim poëtae. Lucan. v. 655.

Parua quem puppe sedentem

Tam magno petiere mari.

Et apud eumdem lib. VIII- 35.

Inde ratis trepidum, ventis et

fluctibus impar,
Flumineis vix tuta vadis enexis
in altum.

In Codice Petauiano erat pro tregidum, magnum. Stat. 1. Achil. 44. attollere magnum acquor. vbi et de Hellesponto agitur, cui vastas aquas etiam dat Ouidius Ep. xix. 164. Plin. ix. 8. Receptum Pateolos per magnum mare in ludum ferebas. sic apud Ouid. de Remed. 279. ex MS. legi posse, es freta magna vides oftendimus. Sic inf. 11. 365. Heinfius volebat, magnum Aegaeum, et ita ingens nox Stat. 1. Theb. 454. procellofa dicitur. aliam tamen rationem profert Gifanius, quare Hellespontus magnum mare dicatur; eo fensu nimirum, quo Homerus et Graeci and dier dicere solent.

quomodo et lib. IV. 90. magnus Oceanus, qui et logos et facer dicitur. quomodo et logos Hellefpontum dixit Aefchyl. Perf. 747. quod huic loco aptius, quia numen Helle ei praceffe dicitur, vt Stat. I. Achil. 24.

Qua condita ponto
Fluctibus inuifis iam Nereis imperat Helle.

Nam ob spatium Magnum vocare ineptum effet, quem nofter tenuem pontum vocat lib. 11. 635. et Angustam Hellen. 111. 7. et Stat. 1. Achil. 28. Longum quidem vocat saepe Ouidius, vt IV. Fast. 278. et 507. vi. 341. et x111. Met. 407. quia longo et tenui freto extenditur. Vel quia Graece whates, vid. Hefych, in ждатди, et Etym. M. in 'ЕЖу́emovros. Ceterum magnum mare eriam vocauisse veteres omne Mediterraneum, vsque ad Euxinum, patet ex Plin. 1x. 15. vbi de Thynnis. Intrant ? magno mari Pontum verno tempere gregatim. vbi vide quae Harduinus ex aliis producat, et praecipue Rob. Tit. IV. Locor. Controu. 3. vbi Graecis Oceanum, Latinis Mediterraneum ita dici contendit, et ita patfun lönium et Aegeum magnum apud Virgilium et alios occurrit. vid. inf. 11. 365. 1v. 513. quare Hellespontus, quod nomen olim latius extra fretum patebat, et celeberrima pars Mediterranei maris habebatur, recte magnus vocari possit. sic Ouid. Epist. x1x. 143.

Te decet out magnas magnum iacture carinas.

Salmasius apud Solinum cap. x. in fin. vbi olim legebatur, omnis
B 4

autem

,

Si mihi, quae quondam, vires; vel pendere poenas Colchida iam, et regis caput hic atque arma videres. Olim annis ille ardor hebet: necdum mea proles Imperio, et belli rebus matura marique.

55 Tu, cui iam curaeque vigent, animique viriles, I decus: et pecoris Nephelaei vellera Graio

Redde

autem magnus Hellespontus stringitur in stadia septem, ciecit voces illas, autem magnus. vide eius exercitat. Plin. pag. 117. Burm.

V. 51. Si mibi, quae quondam] A'nosianysis hic latere vifa. SCHOTT. Quem vid. lib. 11. obseru. 54. BURM. mox aut regis emendat Pius. HARL.

v. 53. Olim annis ille ardor babet | bebet rede ed Bonon, et Maferius dedit, Balbus male abit corrigit, H.

v. 53. Olim-ardor] per Hyphen. waλαιδκαυμα, vt docui Obseruat. lib. 11. cap. 54. et hebet, pro. babes Aeg. Maserius Parisiis legendum censuit. Schott. annis, role welv Erest, praeseritis annis. Ita Graeca hac Syntaxi fupra veri. 23. dicebar, longus populis metus. Quare ardor olimannis est, qui olim in annis erat iuuenilibus lib, vii. 156. quando ar.lor bebet. Bul. Hebet minime mouendum. Ardor enim ille, vt hic iuuenilibus annis, ita et stellis er igni proprius, quae etiam bebere dicuntur, vt lib. v. 371. Hebet Arcas, haec vero ita Pindarus Od. IV. Pyth. 279.

Λ'λλ' ήδη μέ γηςα:δυ μέςος άλικίας άμΦιπολεί. Σο'ν δε άυθος ήβας άςτι κυμαίνει

In codice nostro erat pro arder, dolor. vitiose. Burman.

v. 54. Belli rebus] Circuitio pocitica, pro bello, vt Homerus μίγα έργον ἄργ. eiusque suppar et aemulus Coint, Smyrn. lib. x111. ἔργα μόβοιο: vt Virgil. v111. ἔργα μόβοιο: vt Virgil. v111. tershus. ad Oppian. 1. Hal. vers. 105. Vechner. lib. 11, hellenolex. cap. v111. Weitz.

v. 55. Animique viriles] anni, cod. animi ed. Bonon. H. Erat, qui mallet, annique, quod nolim. Senec. Thyest. 24.2. animosque fume, Tantalum et Pelopem aspice. inst. 336. Sed fortior Acson atsollens distis animos. ZINZERL. Animi viriles dicuntur e diuerso animorum muliebrium: vt apud Tryphonium legitur l. vlt. sf. qui pet. tut. Et Virgil. 1x. Aeneid. vers. 311.

Ante annos animumque gerens curamque virilem.

plura congessit Tiraq. Connub. 1. n. 92. WEITZ.

v. 56. I decus, et pecoris] decus hac fignificatione absolute poni alias non observani, nisi addas, nostrum decus, decus mearum rerum, at quid simile. sic in illis Matonianis, I decus, i, nostrum. et Tu decus omne tuis. apud. Horatium, I. ed. 1.

O et praesidium et dulce decus meum.

tum, mearum grande decus columenque rerum, atque ita porro. primus Redde tholo; ac tantis temet dignare periclis.
Talibus hortatur iuuenem, propiorque iubenti
Conticuit, certus Scythico concurrere ponto

60 Cyaneas: tantoque filet possessa dracone Vellera; multifidas regis quem filia linguas Vibrantem ex adytis cantu dapibusque vocabat, Et dabat hesterno liuentia mella veneno.

Mox

primus Vaticanus, id decus. quartus, nec decus. puto, rum referre arbitror. nam ita ru-

Tu, cui iam curaeque vigent animique viriles, que viriles, In decus i, pecoris Nephelaei vellera Graio

Redde tholo.

HEINS. qui multis Silii Italici locis probat, illum in sue ad decus dixisse. In codice Vossano deerst hic versus; sed legebatur post vers. 64. admitto Heinsis lectionem. et sicet lib. v. 564. itur ad decus etiam occurrat, tamen hic mallem in decus coniungere cum vigene, et ita distinguere,

Tu, cui iam curacque vigent animique viriles

In decus, I pecoris etc.

Sic Propertius IV. VII. 68. dixit, animum valere in seclus, et de vsu eius praepositionis in vidimus supra ad vers. 18. decus vero est gloria illa, quae ex militia et bello quaeritur. Flor. III. v. et decus, et nomen, et titulos Pompeio sua fortuna quaerebat, et IV.

2. in summ quisque decus niteretur.

Virgil. II. Aeneid. 49.

Et nos aliquod nomenque decusque Gessimus.

sic fomam et gloriam mox vers. 76. coniungit. si cui vulgatam tueri placet, caperem, per iv dia dociv. I, redde decus et vellera tholo Graio. id est vellera, quae decus olim nostrae suere gentis.

anni vero an anini legantur, parum referre arbitror. nam ita rudes anni et anini confundi folent, vt vidimus ad QuinGil. 1. de Instit. Orat. 1. vid. ad Sil. 1. 187. anni ex Pindari verbis paullo ante adductis praesidium habere possent. Burm.

v. 58. Propiorque iubensi.] Pius maluit rubensi. quod non' opus est. propior, h. e. magis fauens, in sententiam iubentis ire videbatur, et vindistam quasi spirare. vide quae scripsi ad Ouid. 1. Trist. 2. 7. Habl. — Mallem, bortusus. propiorque iubensi est, ve recte Maserius, idem, quod similior. Stat. 11. Achil. 468.

Tinc ille modeste Inchoat, ambiguus paullum, propiorque coacto.

x11. Theb. 223.

Es nimiis confiss malis, propriorque simeri.

Vid. ad Vell. Parerc. 11. 35. proprior in MSS. inuenimus, follemni culpa librariorum. Burm.

v. 63. Dabat besterna] sic quoque ed. Bonon, externo cod. nee displicuit Carrioni. HARL. Hesterno veneno rectius legitur, quam externo. Vult mella Draconi data esse, quae virgo pridie veneno miscuerit. Terentius Eunuch. act. v. sc. 1v.

Quo patto en iure besterno panem atrum vorent.

Вς

But.

Mox taciti patuere doli, nec vellera curae 65 Esse viro; sed sele odiis inmania cogi In freta: qua iussos sic tandem quaerere Colchos

Arte

But. infr. viii. 62. et 96. Turneb. lib. xxvIII. Adv. 45. WEITZ. Hesternum pro nupero, et recens intrito videtur posuisse. Apud Plautum, besternae reliquiae; caena besterna apud luuenalem et Plinium in Panegyrico. atque his similia. In scriptis tamen omnibus, externo veneno. perperam. nec dubitasse Carrion debebat. Nam cum ex Caucafo fuo omnium praesentissimum venenum aconiton Medea posset depromere, quid opus illi erat ad venena externa confugere? liquentia mella Oxoniensis. libantia prim. Vatic. alii, libentia. HEINS. Rece beferne retinent viri docti. quia enim pridie miscuerat mella venenis Medea, postero die liuorem contraxerant, quae recentia candida effe folent. habuit hic ante oculos Virgilium lib. 1v. 484.

Epulasque draconi Quae dabat, et sacros seruabat in arbore ramos,

Spargens bumida mella, soporiferumque papauer.

Et tale intritum serpenti exhibet statua a Gronouio tom. 11. Antiq. Graecar. Thesauro num. 6. inserta, quam vel Circes vel Salutis esse censent, cum et ipsius Medeae effe post. Burm.

v. 64. Taciti doli] lasoni. vel clandestini: aut etiam tacendi et pudore pleni. BULAEI.

v. 66. Sic tandem] Sic exempl. Bonon. H. Florentini codices seffantem perperam relicum oftendunt, quum fic tandem legendum

Ita Sabellicus et fit. Maser. Maserius restituerunt. Nam in scriptis est constanter oppido, quod et Pius, monuit, fedantem quaerere. Putabam aliquando,

- quo iussos sectantem auertere Colcbos

Arte queat?

Quo sese iussos Colchos sedantem queat auertere, et alio able-Sestari Colchos, vt initio operis de Argo,

- Scythici quae Phasidis oras Austo sequi,

noster libro v. 426.

Barbarus in patriis sellatur monsibus Acam

Phosis amore furens.

Auertere, vt apud Plautum,

- bomo in mercasum auorsitur.

Amat id verbum. noster. sic libro 11. 572.

- Priami sed quisnam auertere regnis

Fata quent?

Perperam vertere illic nunc circumfertur. sic lib. 111. 489. V. Vide Vossium 629. 1111. 128. ad Velleii Paterculi lib. 11. cap. xuvii. vbi male tentat Asconii et Valerii loca. Fors et scripse-

- qua iusos seltando inquirere Colcbos

Arte queat, nunc aerii plantaria

Perfeos.

in Vaticano Venetae editionis codice ab erudita manu erat adfcriptum,

Arte queat. nunc aërii plantaria vellet Perseos, aut currum, vt saeuos frenasse dracones Creditus

alias frustra iam adhibitas per- lie primo, deinde postat. dendo lasoni machinas, apparuit autem absolute poni ostendit tandem, hac arte, eum scilicet egregiis exemplis Drakenb. ad ablegando in Colchos, exitium Sil. 1x. 7. Flurus 111. 1. et Zaeius quaerere. sed non alienus mam quidem frustra voluis. Vid. fum a coniectura viri docti,

Qua iussos settantem perdere Cokbos

Arte que as

Nifi quod mallem, quo, et capere pro or. se cogi in freta, vt pollit perdere eum, iusiu Peliae sedantem Colchos, id est iter eo inflituentem, vt verf. 2. sic vers. 31. pro pergit, quaerit vidimus in MSS. fuiffe. inffes Colches rece. m enim Ouid. Ep. x11. 27.

Influs inexpertum Colchos aduersere puppim.

Et Seneca Medea. 668.

Im fais, diui, mare vindicastis, Parcise info.

vbi vide Gronouii notas. Bury, v. 67. Acrii olantaria vellet Perfes.] Imitatio haec Onidiana ex 111. Trift. eleg. 8. aërium vocat Persea volucrem, qui per aëra volabat, vt *sërime palumbes* Virgil, Eclog. 111. 69. vbi male aërii coloris Seruius interpretatur, sie Sezeins lib. 11. Sil. 1V. 24.

Occidit acriae celeberrima gloria gensis

Psittacus.

he Aerberium Triptolemum idem dicit ev. Silu. verl. 35. veller auten eleganter: iam sponte cupens, quod opponitur pracce-

scriptum, sectantem perdere Col- denti, in freta cogi. sic apud Virches. HEINS. Sensus verborum gil. VII. 340. Arms velit poscatque intricatior. si retinendum est sio simul rapiasque inuentus, voi Donasenden, interpretor, post tot ms, plus velle est, quam cogi, vead Quinctil. decl. 1. 11. BURM.

v. 68. Perseos.] Perseus Danaës louisque, qui se in aureum imbrem verterat, filius, cum ad Gorgonas vt Medufae caput praecideret proficisceretur, Mercurii talaribus vius elt. CARRION.,

v. 68. Aut curru vt] Omnibus vulgatis in libris locus hic corruptus est. quidam pro, Creditus. legunt, Triptolemi, fine vilo fensu; alii aliter, aeque tamen vitiole. Haec autem germana et vera lectio est: aut curru vs faenos, etc. Optat Iason aut Mercurii talaria, aut eo modo vehi, quo Triptolemus vectus est, qui Celei et Menalinae filius diuino lace a Cerere nutritus in Attica regione vium aratri et agriculturae primus inuenit, alatis ferpentibus deinde impositus, quibus tanquam curru vtebatur, per totum terrarum orbem, vt frumentorum vsum docetet, a Cerere missus est: eadem hacc alibi totidem prope verfibus optat Ouidius, 111. Amor. vl. 12.

Nunc ogo quas babuit pennas Danatius beros, Terribili densum cum sulis augue caput ; Nunc opeo currum, de quo Cerea-

lia primum Semina venerunt in rude miffa ∫olum.

CAR-

CARRION. Hic locus interpretantum ingenia miris modis exercuit. Minime vero ferenda illorum audacia, qui pro Creditus fubstituunt, inuitis omnibus membranis, Tripsolemi. Quod Maserianam editionem occupauit. Minime etiam ferendus Carrion, qui in editione sua ex conieQura inselici voluit circumserri,

- aus curru ve saeuos frenasse
dracones

Creditus.

pro, quo vomere eiusdem liber Cartionis bene, qui vomere. Nimirum Creditus antiquitus exaratum fuit elisa litera vna, quales naeui in antiquis codicibus occurrunt frequentissimi. Scribe ergo,

--- nunc aërii plantaria vellet Perseos, aut curru sueuos frenasse dracones.

Creditae ve ignaras Cereris qui vomere terras Imbuit, et flaua quercum damnauit arifla.

vt ad Sabini Epist. Oenon. vers. 91. monuimus. In primo Vaticano pro diuersa lectione, imbuas, et dannabit. perperam. Credere Cererem, aut fegetem terrae oppido elegans est, et plurimo poëtis in vsu. Apud Nasonem Artis Amatoriae libro 1. 401.

Nec semper credenda Ceres fallacibus aruis. etc.

posset etiam mutara solummodo distinctione corrigi, [vti clare legitur in exemplo Bonon. H.]

- aut curru saeuos frenssse dracones

Creditus, ignaras Cereris qui vomere terras.

Imbuis.

Idque verius opinor coniectura modo prolata. Plantaria vocat, quas plantares alas Statius de Mercurio, Thebaid. 1. 304. Summa pedum propere plantaribus inligat alis.

talaria Nafoni non vno loco dicuntur. Quare autem Baptista Pius reponat, et curru, pro aut curru, causam non video. fertim scriptis exemplaribus prorecepta lectione stantibus, erfi ille de suis aliteradfirmat. HEINS. Non satisfaciunt Heinsii coniecturae, prima enim duriffimum verlum facit; in fecunda nescio quo creditus referas, quod cum praecedentibus non cohaeret, nifi voluerit, aut curru vt facuos etc. creditus, qui. in Iuntina, Argent. Gryphii et Colinaei est, creditus i. C. quo vomere. in Aldina, cui vomere, quae et, scaeuos Dracones exhibet. ego omnia recte procedere iudicarem, fi legamus,

Nunc aerii plantaria vellet Perfeos, aut currum, vt faeuos frenasse dracones Creditur, ignaras Cereris qui vo-

mere terras

Imbuit.

vel, creditus, posset et nomen Triptolemi latere in illo creditus, quod Gloffator per Triptolemi exposuit. forte, Celeidae, vel Celidie: nam Celei filius fuit. et tunc lege, aut curru faeues frenasse dracones Celidae, etc. sed de hoc nihil statuo. Ignaras Cereris terras dixit imitatione Ouidii ex correctione Heinfiana lib. 111. Trift. VIII. 2. imbuat, erat in Vollii codice. BURM. Zinzerling et Bulaeus malint currum: Schott. in Obsf. II. cap. LIIII. aut curru fieus fren, drac. Triptolemi. fed hoc foret interpretamentum, quum hittoria fine potius fabula Tripteleui tunc notior fuiffet. Equidem malim, currum, faeues --- creditus etc. h. e. aut vellet currum eius, qui saemos frenasse dracones creditus

Creditus, ignaras Cereris qui vomere terras 70 Imbuit, et flaua quercum damnauit arista. Heu quid agat? populumne leuem, veterique tyranno

Infentum, atque olim miserantes Aesona patres Aduo-

ditus est, et vomere - imbuit. et est periphrasis Triptolemi ac sationis primae poëtica, aut lectio ex Bonon. seruni potest: curru faenos - creditus, et explicari : aut gittas. Burm. Horat. III. 3. 23. vellet plantaria, siue alatos serpentes eius, qui creditus est et imbuit. etc. - ignaras Cereris terras ornate, pro terris, quae antea nondum acceperant femina frugesque tulerant. Tibullo I. 8. 31. vbi vide Broukh. Ofiris dicitur primus inexpertae terrae commilisse semina. adde Hygin. fab. 147. ibique Munker et Callim. H. in Cerer. 22. ad eumque Spanhem. HARL.

v. 70. Vomere terras imbuit] primum versauit. Pari modo Catullus de nuptiis Pelei et Thetidos. v. 11.

Illa rudem cursu prima imbuit Amphitriten.

hocest, prima secuit, prima transit. Imbuere enim proprie inchoare est, seu initiare. Bulaeus.

v. 70. Et flaua quercum damnauit arista] Elegans vsus verbi damnare, pro mutare. Virgilius 1. Georg. verf. 7. 8.

Liber es alma Ceres, vestro si munere tellus

Chaoniam pingui glundem mutanit arista.

Vide Ios. Castalionem Decade III. Obseruat. cap. 1x. Bul. Non modo mutauit, sed efficaciori significatu, quasi rebus hoeckius, per patres, pro per ipfis oftendiffet effe viliores glan- parses restituit. apud Lucanum des, et proscripsisset, ne vieren- lib. x. 339.

tur homines. simili fere modo Silius VIII. 495. Lycios damnans bastilibus arcus. et Stat 111. Silus. 11. 126. Eoas iaculo dammare fa-

v. 72. Miferantes Aefona patres Advocet?] Partes in Aldino codi-Quomodo apud Nasonem epistola vi. 101.

Atque aliquis Peliae de parsibus acta venenis

Imputat, et populum, qui sibi credat, babes.

Nil mutem tamen temere. HEINS. Nullum dubium est, quin paeres legendum, quia leuis populus praeceilit. et hoc poscit regnorum veterum conditio, quae fere ariftocratica erant, et in quibus magnae partes erant nobilium et procerum. ita coniungit Statius VIII. Theb. 290.

An fidi proceres, an pugnet vulgus babenis.

Ouid. VII. Metam. 431.

Agitant convivis pasres, Es medium vulgus,

Sic noster, patres et reges coniungit lib. v. 465. plura iam ante viginti annos adscripseram veterum loca, sed ea deinde, me cessante occupanit Bentleius ad Horat. 111. Od. 6. quem vide plena manu illa promentem, confundi vero partes et patres multig exemplis oftendi posset. ita in leg. 11. §. 11. de O. I. Bynkers-

Que

Aduocet? an socia Innone et Pallade fretus Armisona, superet magis, et freta iussa capessat? 75 Si

dere patres.

Heinfius malebat, villas parses, ex lib. 11. 513.

Victis iam spes bona partibus esto. Iterum libro V. 8.

Conful vterque vagos belli per munia patres

Elicis.

vbi vagas partes Rottendorsii codex. vid. et Claud. 11. in Eutrop. 123. er Berneg. ad Suct. Aug. 12. BURMAN.

v. 72. Miserantes] dolentes Aesonem deturbatum ab admini-Aratione regni: nec tamen re certa, vbi re opus est, adiuuantes. Quid attinet misercri, cum ad rem auxilium emertuum, vt cum Plauto iocari libet. Pius.

v. 74. *Superes*] scilicet astus et infidias Peliae. Magis, potius.

v. 74. freta iussa] h. e. profectionem maris iniunctam, habent cod. vet. et alii. fera insfa ed. Bonon. HARL. Nihil mutem, etli verius videtur, fera iussa capessat, quam, freta iussa. quod inmania freta iam praecesserunt, et domitus pontus mox fequitur. Quid, quod Virgiliana illa videeur respexisse, mibi iussa capessere fas est. Certe in editione veteri Veneta, in secundo Vaticano, Regioque fera iussa legebatur. freta iuffa ex membranis veterrimis tuetur Baptista Pius. habes et, imperium capessere, apud Plautum. fera iussa ve apud Nasonem Remedio Amoris,

> Non sunt imperii sam fera iu∬a mei.

Que fortuna parat victos perfun- superare quoque iussa eidem Nasoni Met, 1x. quomodo Flaccus hic loci ex coniectura noftra.

> Hic superata suae referebat insta MOUCTCAE.

Si quis vulgatam scripturam tuerur nihilominus non multum Force tamen pro farepugno. peres legendum, dures. vt infra verf. 237. et VII. 338. belli experientia durari exercitus Paterculus lib. II. cap. Lxxviii. et alibi. HEINS. Et in hoc versu rece constituendo fluctuant interpretes, quia ex diuersis coniecturis sensus non omnino absurdi oriuntur. nec improbabilis Maserii et Heinsii lectio, fera iussa, vt lib. v. vets. 660. dicit, dira iussa tyranni. et Apollon. lib. 11. 210. neuegar loermir. sed nec alterum facile damnandum: nam capeffere freta ex confuetudine sua loquendi potuit dixisse noster, vt acquora capessere lib. 1v. 344. Limina v. 408. ofia vail. 270. adscripserat et Heinsius codici suo, superet maris et fera iuffa capeffat, [fic quoque Crufius in Probab. Critic. pag. 93. conjecit H.] quod sequenti, domito ponto, conuenire posset, et superare et vincere maria passim occurrit. vid. v. 512. 2d lib. III. 481. sed tamen posten improbasse puto, quia in notas non retulit. Neque etiam magis mouendum eft, nam et hac voce poëta faepius amat vti pro potius infr. vers. 176. patriisque magis confidere regnis, quam tibi. 111. 270. vellem bac equidem me strage meosque procubuisse magis. Vid. et v. 564.

75 Si qua operis tanti domito consurgere ponto Fama queat. tu sola animos mentemque peruris, Gloria: te viridem videt inmunemque senectae

Phafi-

564. v1. 600. sic quoque Statius IV. Theb. 543.

Argolicas magis buc appelle precando.

Thehanasque animas

Achil, 141. Trade mogis. vbi
 vide Barth. Burman.
 v. 75. Si qua] fi pro an. infr.
 lib. vi. verf. 4. Bul. ita faepius

apud Terentium. Adelph. IV. 2. 30. Eun. III. 4. 7. Phorm. III. 3. 20. Habl.

v. 76. *Tu fola amimos*] Vulgati omaes, enimum, vet. cod. animos, vult fignificare neminem tam durum, tam ferreum rerum bumanerum contemtorem exfiltete, qui non gloriae cupiditate ducatur. CARRION. animos ism ex Bogon, dedit. H. Animum menseupe ex formula quasi distum. Virgil 1, Aen. 394. VI. 11. Cicer. pro Arch. 6. animum et mentem mem ipfa cogitatione bominum excellensium conformabem. et ita alii paffim. Homer, II. A. 193. Sepaive merà poéva nal natà Bupév. pernra vero efficacissimae et elegantis fignificacionis verbum effe docet egregius locus Ciceronis lib. xni. ad fam. 15. Sed tamen idem me confolarur, es iam bominem perufum inani gloria volunt incendere: ita enim cum Maitutio legendum, vel certe, immani gloria: nam Ratgerfins, qui lib. s. Var. Lett. 5. legit, in omni gloria, non perfradet. Senec. Here. Oct. 620.

Vris miserum gloria pellus.

Et hinc eleganter Silius VI. 332.

Abripais, transeque virum fax mensis bonessa

Gloria. adde infr. vers. 476. Burm.

77. Gloria,] hanc vt numen adolescentibus, et militari rei deuotis viris cultam proponere solent poetae; Virgil, x1. 154.

Haud ignarus eram, quantum noua Gloria in armis,

Es praedulce decus primo certamine posses.

Quod imitatur Stat. Iv. Theb. 246.

Tu quoque Parrhifias, ignara matre, caternas Ha rudis armorum (tantum noua

Gloria fuades)

Parthenopaee rapis.

Idem v1. 831.

Ergo vbi luctandi innenes ani-

Gloria.

Vid. et lib. IX. 716. et IV. Silu. IV. 76. sic Seneca Med. 226. Argonautas vocat, Decus illud ingens; Glorine florem inclysum, vt ex Florentino codice, (et quod etiam in Traiectino reperi) recte legit Gronouius. et hinc frequens illa Imperatoriorum Numismatum inscriptio, Gloria exercitus. Gloria Romanorum. Petron. in bello ciuili, bos Gloria readis bonores. Terent. Heaut. I. I. rem et gloriam armis repperi. vid. Gruter. ad Liu. 11, 12. §. 14. Burm.

v. 77. Te viridem vides] Elegantissimo schemate singit Gloriam siue Famam in littore stantem, ac ad magnos ausus inuitantem cum policitatione victoriae certo reportandae, memoPhasidis in ripa stantem, innenesque vocantem.

Tandem animi incertum confusque pectora
firmat

80 Relligio: tendensque pias ad fidera palmas, Omnipotens regina, inquit, quam, turbidus atro Aethera caeruleum quateret cum Iuppiter imbre, Ipfe

riaeque nominis aeternae. Quo etiam argumento victum Iafona mari incubuiffe tradit, fiquidem ob nominis celebritatem nihil vnquam intentarum mansit. Bul. Silius vr. 546.

Longo reuirestes in acuo

Viridis proprie de iuuenili actate. vt Ouid. IV. ex Pont. xII. 29. vid. Ciofan. ad III. Trift. I. 7. BARTH. XXIV. Adu. 15. et lib. IV. 4. BURM.

78. In ripa] in ripas codex MS. fed vleima litera adhaesit ex sequenti santem. Burm.

v. 79. Animi incoeptum] Sic Carrion in altera editione e cod, vet. rescripst, sed iure indignantibus Zinzerlingio, Bulaeo, Vossio, et Heinsio, qui multis exemplis meliorem lectionem animi incertum (vti quoque est in ex. Bonon.) sirmauit, et docuit, veteres dixise, incertum, anxium, impazientem, oblitum, parcum sui aut animi. Harl. Vid. Gronou. ad Senec. Epist. CxxxIV. Burm.

v. 79. Confusaque pettora sirmat]
vox illa confusa, facit vt credam
omnia, qua de Gloria poëta sinxit, obueniste lasoni in somniis.
vider enim vulgato vsu est, per
quietem, in somno videt. confusia vero, est perturbatus visu
nocturno. sic Sueton. Caes. vsi.
etiam confusum somno proximae

nottis (nam vifus erat per quietem matri stuprum insulisse) conicctores ad amplissimam spem incisaucrunt, Ouid. Ep. x1x. 193.

Nec minus bellernae confunder imagine nostis, Quamuis sit sacris illa piata

Senec. Odau. 712.

Confusa trisli proximae nostis

Visuque, nutrix, mente turbats feror.

Sic exterruit Somnium Aeeten lib. v. 233. Religio autem confirmat confusum lasonem, quia diuinum esse somnium sentiebat. et est hic, vel divinum numen, vel ipsa Religio, numen, vt apud Phaedrum I. fab. 27. et iv. 10. BURM. fed nulla somnii sit men-Iasonem potius mente cutio. risque agitatum, mox vero spe gloriae erectum fingamus nobis. Animo igitur commoto, videt, autem tempus, ait. Praesens videt, tunc fortius et grauius positum est, pro videbit, quoniam rem futuram concipit mente tamquam praesentem de qua temporis enallage plura disputaui in Anthol, graeca poetica ad Callim. H. in Cerer. v. 82. et ad Pindar. v. 179. HARL.

v. 82. Aethera caeruleum] Sic liber calamo exaratus. reliqui omnes, (sic quoque Bonon.) Aethere caeruleum quateret cum laoutr Ipse ego praecipiti tumidum per Enipea nimbo In campos et tuta tuli: nec credere quiui

85 Ante

piter imbrem. quod aperte supposititium est, quis enim ita loquatur? adde quod restius dixeris, caeruleum aesbers, et atrum imbrem, quam e diuerso, quod consitmat Papinius lib. 1.

Huc se caerules libraris ab aesbe-

Imbrem vero arum etiam Virg. dixit lib. 1. Georg. 236.

Caerulea glucie concretae atque imbribus atris:

Quamquam non negauerim ab eodem caeruleum vocari Aeneid. III. 194.

Tum mibi caeruleus supra capus assisis imber.

Quare si quis omnino priorem lectionem praeferendam afferat, non decreui contendere. CARR. Varietas haec lectionis prouenit inde, quod poetae vtroque loquendi genere vtantur, et quaparo imbrem, fulmina, etc. et quatere aethera imbre, etc. dicant, vide vtriusque exempla apud Weitzium, ex nostro etiam, ve lib. 11. 22. et v1. 169, sic et quarere nubene Virgil. vII. 143. praeterea aeque frequenter erme imbrem, ac coelum et alia tempe-Aaribus turbida loca, arra vocare folent. fic nigrum acquer Horat. III. 27. et inf. verf. 784. niger pontus, et quae id genus passim obuis. inlistere tamen visum est Carrionis codici. Heinfius coniecerat in ora libri sui.

Quam turbidus atro Asgida caeruleam quateret cum Iupiter imbre.

Quod et elegans, et multis ad- feum pro Enipeo, vitiosum esse, Arui posset. sed suo loco incer- sciat hoc ipsum discrimen e Stra-

tam hanc coniecturam relinquimus. BURM. quarere autem caufam, vim et naturam imbris aliusque rei bene eleganterque exprimit. vide infra v. 195. Horat. III. od. 29. 53. fi celeres quatit (fortuna) pennas. HARL.

v. 83. Tumidum per Enipea] Homerus Iliad. a. refert Thetidis et Briarei aduentu, louem a coniuratione, cuius auctores fuerant luno, Pallas, et Neptunus, liberatum fuisse. Iuno itaque existimans se non impune ablaturam, anus facta in Thessaliam descendit, ibique properipam Enipeos, seu (vt Apollonius eiusque interpres volunt) Anauri desedit, atque ab lasone in viteriorem ripam deuelta est. Lactantius Grammaticus locum, vbi contigerit, non nominat, constat tamen in Theffalia factum fuiffe. CAR-RION. ad flumen Euhenum id factum effe tradit Hygin. fab. 13. HARL.

v. 83. Enipea] M. Antonius Muretus hac tempestate vir doctiffimus, exponens illud Propertii I. XIII. 21.

Non sic Haemonio Salmonida mistus Enipeo,

alt; Propertium aut memoria lapfum, aus nominum similitudine
fuisse deceptum. is enim Enipeus,
inquit, cuius amore slagrauit Tyro, in Peloponeso est. In Thesfalia autem non Enipeus fluit, sed
Eniseus ab hec alius; vt cognoscitur ex octauo Strabonis libro,
et ne quis putet vtrumque Enipeum dici et apud Strabonem Eniseum pro Enipeo, vitiosum estesciat hoc ipsum discrimen e StraG

85 Ante deam, quam te tonitru nutuque reposci Coniugis, et subita raptam formidine vidi: Da Scythiam Phasinque mihi: tuque innuba Pallas, Eripe me. vestris egomet tunc vellera templis Illa dabo: dabit auratis et cornibus igni

90 Colla

bone ab Eusthatio annotatum esse. haec ille, quae si vera sunt, oportet scriptores plerosque errasse dicamus, nam praeterquam quod Propertius eo loco Haemonium, vocat et libro ill. xvii. 13. Thefalicum:

Testis Thessulico flagrans Salmonis Enipeo.

Homericus quoque scholiastes xt. Odysi. eandem fabulam enarrans ait, Ενιπεὸς "Ηλιδ ποταμός καλ Θεοχαλίας. Ouid. ttt. Amor. vt. 43.

Siccus vs ampletti Salmonida posses Enipeus.

Et Lucanus libro v1. 372. recensens aliquot fluuios Thessaliae;

- Et gurgite, inquit, rapto Apidanus, nunquamque celer nisi missus Enipeus.

Idem libro septimo vers. 116. Claudian. B. Get. 183. Ouid. Met. 1. 579. Denique, ne longum faciam, Apidanus, ait Herodot. lib. vii. fluuius vnus e praecipuis Thessaliae est, et sarde fluere dicitur, donec illi commisceatur Enipeus. Videat itaque lector, malitne vni Straboni adhaerere, an vniuerfum gregem poetarum damnare. CARR. bius Sequester de fluminibus p. 31 ed. Hessel Enipeus e monte Othry Theffaliae. ex. Bon. male Eniphea. Litem de hoc fluuio, HARL. per quem lason tulit lunonem, compilatis impudentissime Nicolai Leens. v. Epiph. 21. scriniis componere studuit Alardus, vid.

et Schol. Pindar. IV. Pyth. 134. Munker ad Hygin. fab. x11. et Spanh. ad Callim, in Dian. verf. 101. Enipes etiam ex MSS, apud Frontin. 11. 11. 22. legendum. vide ad Ouid. 1. Met, 579. lunonem etiam lafonis amore fuise captam quosdam tradere docet Schol. Pind, IV. Pyth. 156. fabula refertur a Seruio ad Virgil. Ecl. 1V. 34. fed verbis faepe corruptis. Pius putat magnos vates minuta haec non mouere aut morari, cum fatis sit, accidise hoc ad torrentem Thessalicum. Burm.

v. 84. Et tuta tuli] Vid. Cl. Bentl. ad Horat. 1. od. 1. Burm.

v. 84. Neceredere quini] Sunt, qui Bononiensem sequentes codicem legunt, neceredere quinic. ve referatur ad louem, sed falluntur. Maser.

v. 87. Da Scythiam] Fac Scythia potiar. Verbum Da in precationibus hac notione perfamiliare est. Vide Brissonium lib. 1. de Formul. et Taubmannum ad hoc Virgilii, lib. v. vers. 690. da stammam enadere class. Bul. eripe v. ad vers. 10.

v. 89. Dabit auratis et cornibus igni colla Pater | Mos prifcus statuendi ad aram victimas inauratis cornibus fulgentes inf. lib. 111.

Ibat agens lectas aurata fronta innencas.

vide Delr, comm. ad Oedip. Senec, verf, 137. vbi plura huius rei, quae non compilo, ZINZERL.

90 Colla pater, niueique greges altaria cingent. Accepere deae, celerique per aethera lapsu

Diuer-

in exempl. Bonon. HARL.

v. 90. Niueique greges altaria singent] non damno: Malim tamen, tingent. Sic Martialis lib. I, epigr. ICII.

Tonantis aras, borridique Syl-

Qua tinxit agni saepe sanguis ant bacdi.

Vosszys. Reclius forte videtur, singens. Imbuere dixerat Maro.

– illius aras Sacre tener nostris ab ouilibus imbuet agnus,

Idem Maro dedicatione Aeneidos, Corniger bos aries bumiles, es

> maxima taurus Viclima sucrato tinget bonore focos.

Praeterea non satisfacit loquendi modus, dare igni colla aurasis cornibus. Quam lectionem ex confusis temere vocibus a festimate librario subortam esse arbitraber, scriptum que a Valerio,

- dabit aurato praesignia

Colla paser, nineique greges alsaria singens.

apud Nasonem Met, xv. vers. 132. - vissis praesignis es auro

ViBima. Homerus Odys:

Bêr vod lyù f'aku zevedy niçaei TERIXIVES.

Vide Lipf. ad Senecam de Benef. lib. 1. cap. LXV. vbi aure praefulgences victimae. Sed hanc coniesturam pro certo venditare non suim. In margine editionis Vesetae vir eruditus emendarat,

agri correctum est a manu docta agni colla. pro colla, primus Varicanus, Colea, quartus cum Oxonienfi, Colcha. Nunc persuadeor. vt credam excidiffe vocem fua, ciusque loco et repositum esse a librariis, ne claudicaret versus. Cuiulmodi mendae in Nasone saepius commissae,

> – dabit auratis sua cornibus igni

Colla pater.

Heins. Praefero, eingent propter rd greges, quod multitudinem hostiarum, quae altaria circumdabant, dum prius pater gregis, deinde reliquae immolentur, notat. nam tinguent per se intelligitur: eum enim in finem adducuntur hostiae, vt mactentur, et sanguine suo tinguant aras. quare hine manum criticam abstinendam esse puto, deinde in sequentibus nihil muto, cum fensus sit optimus et elegans. pater dabis igni colla auratis cornibus, vel potius, Pater auratis cornibus dabit colla igni. eodem modo, ve culser Norico ferro; luncea splendenti ferro et fimilia, de quibus vid. ad Ouid. 111. Met. 53. et 607. Thyrsi virenti fronde. XI. Met. 27. Propert. 11. xx111. 11. Auro folis eras currus. Burm.

v. 91. Accepere Deae] audiuerunt: Virgil. 11. Acneid. Accipe nunc Danaum insidias, Bul. Non modo audiuere, sedsibi cordi sutura, et firmaturas figno quodam omina et iomnia, declarauerunt. vt infr. 161. Accipit augurium Aefonides. et 182. ille animos prosalia laesus accipis. mi faque BURM.

C s

v. 93.

Diuersas petiere vias. in moenia pernix Thespiaca ad carum Tritonia deuolat Argum. Moliri hunc puppim iubet, et demittere ferro 05 Robora: Peliacas et iam comes exit in vinbras.

Λt

v. 93: Thespiaca ad] Thespia vrbs Boeotiae à Thespiade Theutrantis filio condita; est et altera Thessalize, de qua hic; et tertia Sardiniae. vet. cod. Thespiaca ad: vulgati omnes, Thespiaca et, male. (Tespiaca: ed. Bon.) Ab hoc Argo quidam Argo nauim distam existimant, alii ab Argiuis remigibus, aut a dictione Graeca, argon, quod est velox. CARRION. Trisonia h. e. Minerua a lacu Tritonis in Africa. v. Wesseling ad Diodor. Sic. 111. c. 53. p. 221. HARL.

v. 94. demittere languere videtur Crusio in Probab, Critic. isque scribit demetere. HARL.

v. 95. Peliacas undas,] Scribendum, vmbras, pro arboribus ingentibus vmbrotis, prae frondium multitudine ac densitate. Senec. Med. 607.

Quisquis audacis tetigit carinae Nobiles remos, nemorisque sacri Pelion densa spolianis umbra. Flaccus item libro vII.

Anse meus caesa descendet Caucasus umbra.

Idem lib. VIII.

Nulla sua fulgentia dona sub

Apollon. Τὰν γὰς Αθηνάιη τεχνήσατο δύρατα Πηλίαδο πορυφής πορί. pro exit funt qui legunt, bacfit, hoc est adhaesit Argo. Argo se iunxit ad hoc opus. Pivs. Exit in umbras: Sichunc locum reposuit Sabellicus: in cod. vet. et omnibus vulgatis (etiam ex. Bo-

malo; nam apud Pelium montem, cuius altitudo est (vt Plinius tradit) CID. CC. et L. paffuum; materia caesa est, ex qua Argo compingebatur; quin et nauis ibi aedificata eft, teste Diod. Biblioth. lib. v. vnde frequenter ab Apol-Ionio Pelias Argo vocatur. CAR-RION, qui postea tamen retinuit undas. HARL. Umbras Aldi editio, in qua cum plurima, vt facpe dico, superent, vnde colligat quis, auctore vetere libro curatam, quid hic dubitem. fedit et Sabellico, vmbras reponendum. Vudas vero huc influxifie in MSto libro Carrionis nullus miror: Alterum enim horum abiiffe in alterum, idem liber testatur, qui infra habet, tenui vagus innasas umbra crinis. vbi rectistime alii libri, vnda, vt doceo alibi. adī quae noto ad lib. 111. verf. 1. ZINZERL. Exit in umbras. Ita ex Sabellici restitutione in editos codices iam pridem receptum est. ante legebatur, in undas. quod miror postliminio renocasse Carrionem, quamuis adfentientes ha--beat membranas. Certe, qui vetustos codices triuere, non posfunt ignorare voces hasce duas frequentitume confundi: hoc quidem loco vmbrae omnino admitteadae funt, neque aliter Aldinus et Maserianus codex, et Bononiensis Baptistae Pii. Ipse Pius operole etiam và umbras corrigendum demonstrat; sed, baefit in umbras, quod idem profert, minime admittendum. Paulo ante Bon.) legitur, exis in undas, prius idem Aldinus liber confirmate quod At Iuno Argolicas pariter Macedumque per vrbes Spargit, inexpertos tentare parentibus austros Aesoniden: iam slare ratem; remisque superbam Poscere quos reuehat, rebusque in secula tollat. 200 Omnis auet, quae iam bellis spectataque fama, Turba

quod Carrion ex suis membranis merito amplexus est,

- ad carum Tritonia deuolat
Argum.

Infra etiam v. 120. fortafis scribendum,

- Haemonias oculos detorques ad unibras.

non undas. HEINS. Vmbras praetuli; notum enim ex Pelio nemore Argum factam. Vide ad Phaedr. IV. 6. et hic Weitzii notas. BURM.

v. 96. At Inno] hoc iph Infoni eribuit Pindarus Iv. Pyth. 301. Burm.

v. 96. Macedumque per vrbes]
Sunt qui contendunt, Macetum
effe feribendum, propter Stephani
verba: legitur et Macetes masculini,
Macetis faeminini, et Macessa, vi
inquis Heraclides, et Macetta. PIUS.
Probe primus Vaticanus Regiusque, Macetumque, cum Aldino
codice. Nam alterum nec Graecum est, nec Latinum. Quod
primus docuit, si recordor, magnus Scaliger. HEINS. Viden
weitzii notas. BURM. macedumque Bonon. HARL,

v. 97. Parensibus] Non damno: forte tamen scripferat Valerius, rudensibus. Vt hoc ipso libro, vers. 627.

Hoc eras inlicitas temerare rudentibus undas,

Qued nostri timuere patres, HRINS. Nil muta. HARL. v.99. Poscere ques renchas] eleganter hoc verbum rebus, anima carentibus, noster et alibi tribuit. Stat. 1. Achil. 558.

Nec mora, iam dextras Ithaceis carbafus auras Poscis, et in remis bilaris sedoro inuentus.

Vid. infr. ad verf. 543. renebæ vero ad faustum reditus omen pertinet. Burm.

v, 99. Rebusque in secula tollas]
Noster saepe res pro sactis egregiis et fortibus ponit. ita mox, data copia rerum. II. 381. rerum amor, et III. 680. et v. 771. et alibi. infolentior vero locutio, in secula tollere, quod alii in sidera, vel astra, et posset quis coniicere hic sidera legendum. sic apud Lucan. IV. 107. pro, non sidera coolo vila videt, codices quidam, secula habent. sed in secula possetula sopre in aeternum apud posteros gloria extollet. vid. ad lib. II. 245. Burm.

v. 100. Omnis auei Auet, Carrion ex suo codice. quomodo et Sabellicus castigabat, et in veterrima editione Bononiensi comparet, approbante etiam Maserio. Sed et fuma bene pro forma Carrionis liber. Vt et in Venetae editionis ora castigarum erat, et Aldus express. Quidam cum Aldo, abit; adit Muserius. Haeret Oxoniensis. Baptis Puro, euer, vel abit. Puro,

C 3 Omnis

Turba ducum, primae seu quos in slore inventae Tentamenta tenent, necdum data copia rerum.

Omnis onat, seu iam bellis spectataque fama Turba ducum, primae seu quos in flore innentae Tentamenta tenent.

Certe nisi priore versu feu iam, pro, quae iam, reponis, nihil erit ad quod 70 seu proximo versu referatur. Ouare pro exfultare poetis familiare. simile mendum infra hoc libro vers. 485, tollendum, vbi Ductor auet pro enat nunc legitur, et libro 11, 124. Quaerit auens. imo, ouans. Helns. abit cod. collatus. H. Columna ad Ennii Medeam, pag. 199. hos versus scopas dissolutas vocat, si cum Catullianis comparentur. Sed non recte videtur percepisse Valerii nostri loquendi morem. legit vero, Omnis abit. Auet, quod viris dollis places, ideo minus arridet, quia absolute ita poni posse vix putem, et deberet sequi aliud verbum infiniti modi, vt aues se iungere Iasoni, vel simile quid, quae forte caussa imapud Ouidium et alios illa verba, abire, adire, babere, video conlegi posse, omnis adest turba duquos tentamenta tenent, et hoc pla produximus, ita infr. 180.

Subitusque paratis tunc adero. 11. 530. iamque agmine toto Piffris adest. VIII.74. Nunc, age, major ades. et Eleg. in Druf. 203. omnis adest aeras; apposite, arque ita passim. In sequentibus nihil mouendum. nec quia sequitur; sen quos, debuit necessario praecedere feu iam. nam nihil frequentius, quam semel hanc particulam poni, vbi bis requiri videtur. ita et infra vers. 840. male pro si quando, feu quando Heinsium reponere videbimus, et plura subministrabit Pafferatius ad Propert. 11. Eleg. 26. pag. 355. quod et accidit cognatae particulae fine, vt exemplis egregiis docuit Lambinus ad Horat. 1. od. 3. et aliquot loca, male eo nomine suspesta, vindicauit Gronov. ad Senec. Hercul. Oet. 1260. Burm.

v. 100. Spectataque forma] fama verus codex, quod malo. CAR-RION. Sine dubio reclius: non enim pulchritudo, sed decus et nomen commendat Heroas, simipulit Heinstum, ve crederet vnum lis confusio harum vocum infra ante hune versum desiderari, vt lib. 11. vers. 148. et apud Ouiin ora codicis notauit, neque dium saepe notauimus, vid. ad etiam illud ouat admodum satis- Epist. IV. 27. VII. 5. et x. Mefacit. abit, quod verustas maxime tam. 240. spectantur praeterea, editiones occupauit, capi posset id est experti et rerum periti hapro a patria sua ad lasonem se bentur, non forma homines; sed confert, sed quia infinitis in locis fama et rerum gestarum decore, expertae virtutis esse cognoscuntur. Sic Virgil, vIII. 151. rebus fundi, et etiam cum alesse saepe speltata inuentus. vide Heinfium commutari, puto commodissime ad Ouid. v111. Met. 301. Neque etiam reda oppolitio effet inter cum, siue spectata bellis, siue veteranos, bellis spectatos, et tirones, si illi a forma commenverbo vtuntur de illis, qui subito darentur, quod his magis conueadueniunt: ita Ouid. 11. Metam. niret, qui forma vincere folent, 49". Areas adest, vbi plura exem- sed sama terum gestarum a veteranis

At quibus aruorum studiumque insontis aratri, Hos stimulant, magnaque ratem per lustra viasque 105 Visi

mis superari deberent. Burm. vbi male MSS. quidam, gloria, kil. in societatem lasonis et 11. Achil. 112. ire, equidem non damnarem. Nam, vti in Anthologia lat. poet, ad h. l. iam monui, ad voluntatem mirumque reliquorum defidenum innuendum verbum h. l. sbiolute ponere bene potuisse videtur poeta. Tum in bellis spettasagne fame illud que indicat, repetendum effe verbum, cui adiungieur, bellis spettara er spetta-28 fama : cuius structurae pluscula dederunt exempla Brouckh. ad Tibull. 111. 6. 48. et Gesner ad Horat. 11. od. 19. 28. Denique forme, vii in ex. Bonon. quoque exflat, (a manu antiqua correctum elt fans,) mihi quidem verior Notio enim lectio effe videtur. fense iam latet in voc. bellis; forma vero aetate heroica princeps quoque et necessaria virtus fuir militaris, et comites lasonis fuerunt forms praestantes. Spellato est explorata, probata, metaphora a metallis, quae proprie dicuntur spectari in ignibus, sumta. vide quae scripsi in Antholog, lat. poet. ad Lucret. I. 141. et ad Ouid. 11. e Ponto. 7. \$2. foris haber cod. quae quidem lectio multum valet ad fociorum laudem et commendationem. HARL.

v. 102. Tenent] Hic est voluptate quadam capiunt, et ad maiora incirant, vt infr. 262. vide dehoc verbo Cl. Graev. ad Cicer. v. ad Farm. 18. BURM.

v. 102. Dasa copia rerum] Ita quoque frequens nostri imitator Statius I. Achill. 494.

Namque buic bellare Capido Praecipus, et primae iam nunc data copia mortis.

Non alias umquam tantae data copia famae.

Res autem passim noster de expeditionibus militaribus, vid. 11. 387. 771. et alibi. Gunth. Ligur. 1. 661.

Magnarum Semina rerum Quaerentes.

Non rece Pius de administratione regni capit. BURM. Crusius male tentat in Probab. crit. pag. 48. tentat mente recens, nec dum data copia rerum. HARL.

v. 1^3. Aruorum studiumque infontis aratri.] Malebam, aruorum studium atque infontis aratri. Quod et Iohannes Columbus, Socero Scheffero gener dignitumus, fibi quoque in mentem venide per litteras mihi est testatus. Heins. Sensus horum verborum intricatior, et prout simulat vel simulane legitur, longe dinerfus. [Stimulat ex. Bonon, milique cum Maserio placet et post Fauni-Amnes reperendum est stimulins. quo rei grauitati maius additur Stimulant e codice suo pondus. vnice probat. HARL.] Maserius, qui flimulat legit, ad lunonem, quae stimulabat hos, quibus studium aruorum et agriculturae, referebat. sed posset ita ordinari. ar Fanni, quibus est studium arvorum et arami (id est qui favent agricolis, et vt Dei rurales eos tuentur) stimulant vadique coeuntes duces, dum per filuas et lustra canunt rate Argo. et dubito, quaenam interpretatio verior sit. Pius quoque, vt Maferius capit, ac fi luno stimularet hos, quibus est studium aratri. C 4

105 Vifi laude canunt manifesto in lumine Fauni,

Silua-

tri, id est, agricolas, quod mihi minime placet, nec puto poetam, si hoc voluisset, relatiuum pronomen tanto internallo a va bos collocaturum fuisse sine vila elegantia. et satius fuisset bes omittere, nisi ad Argonautas, vel qui ad eam expeditionem confluere iam proni erant, respexis-Let: ad lunonis ergo denuntiationem omnes, qui in vrbe habitantes bellis solebant operam suam addicere, adsunt, sed qui in agris agebant a Faunis, qui canebant nauis nouae laudem, ftimulantur. Faunos vero. vt deos mulicos et nunc praecones lasoniae militiae, rustica pubes magis reuerebatur, quam ipsam Janonem. vid. Barth. ad Claud. Nupt. Honor. et Mar. praefat. Apollon. lib. 1. vers. 549. inducit omnes deos et deas e coelo, tamquam ex machina, spectasse nauim, eo die, quo ingressa est mare, et Nymphas attonitas stupuisse. sed elegantius noster praeconium peregisse lunonem illis, qui Argolicas et Macetum vrbes incolunt, Faunos vero et Nymphas, filuarum et fluminum numina, stimulos ruricolis adjecisse fingit. Neque reprehendi potest poeta, quod Iunonem, Dearum reginam ad tam humile ministerium demittat. si enimilla amore. lasonis capta, ve vidimus, suit, quid non in eius gratiam et gloriam egisse censeri potest? praeterea ad vellus aureum, id est diuitias ex Colchide petendas, quae aptior diuitiarum Dea famam huius expeditionis differre poterat? Stimulare vero tamquam verbo ex ipso rusticorum more, qui stimulis agunt pecora, recte

vtitur. sic et Stat. x11. Theb.

Omnis ad arma rudes ager exfimulauit alamnos

Spectati ergo bello, et ad arma nati viri et tirones voce fola lunonis excitantur; at glebae fuse addicti filmulis egent, quae accurate confiderata poetae noftri praestantiam ostendunt. Burm.

v. ICC. Infh laude canunt manifelto in limine Fauni .] iuffi-lumino ex. Bonon, et lumine reste probant Balb. Vossius. al. De adparitione deorum Nimptsch Lipsiae 1720 egregiam ventilauit disputat. adde cl. Heyne ad Virgilii Aen. 1. exc. x 111. pag. 121. fqq. HARL. Legunt alii, lumine, quod non displicet: vbi enim homines nocht aberrantes studemus congregare, ignem struimus, mirumque illud de Satyro errante legitur, quod ignem fieri infolitum Satyrus videns, rei nouitate oblectatus et pulchritudine in eum irruit. MA-SER. A quibus vero iuss? Scribe meo periculo,

- magnaque ratem per lustra viusque

Viss laude canuns manifesto in lumine Fauni.

Mimelis est indubitata Maroniana versus Aeneidos 1V. 358.

- ipse Deum manifesto in lumine vidi.

Apud eundem Maronem Aeneidos 111. 148.

Ecce Deum facrae effigies Perggiasque Penates, Ques mecum a Troia mediuque

ex ignibus wrbis
Extuleram, visi anse oculos adstare incentis

In Somnis mules manifesti lumine.
Contra

Siluarumque Deae, atque elatis cornibus Amnes. Protinus Inachiis vitro Tirynthius Argis

Aduo-

Contra Silius lib. xrer. 319.

— fubic intima corda Perlabens sensim mitis Deus. ille superbae Fundamenta Capyn posuisse anti-

quitus orbi
Non cuiquan visus passim monet.

Cicero de Natura Deorum lib. 11. Saepe Faunorum voces exauditues saepe visae formae Deorum. HEINS. Responderi posset Heinsio interroganti, a quibus iuffi? a lunone, quae has partesiplis, vt mimoribus diis imposuit. sed ne tricemur, accedamus coniecturae ingeniositsimi viri, quia in lumine sequitur, et Virgiliana imitatione persuasi, cuius Poetae loca Maserium docere poterant de alio igne, atque ipse explicat, hic agi: in Virgilii vero loco ex 111. Aeneid. video Heinstum citare, Ecce Deum sacrae effigies, quod unde habeat nescio, cum vulgo legatur, effigies facrae dinum. manifestos lumine idem Maro dixit, quos alibi, et noster hic, manifeste in lumine. et manifesti proprie dii erant, qui se videndos praebebant, fine terrore et periculo. vt manifestus Apollo Ouid. II. Art. 403. sic Cornelius vidit ou-PERS MYYELEV TE SEE ACTOR. X. 3. vide et infr. v. 232. Locutionem vero illam, magna laude canunt, gemulatus, vt saepe alias, Statius viii. Theb. 552.

Longa iaces ipfe canendus.

Lande.

Laus autem propria militaribus viris. vid. lib. v1. 556, Burm. v. 106. Elatis cornibus] Ita recte legitur. Glaudian 11. in Eutrop. 163, Cornua cana gelu mirantibus antulio undis

Hebrus.

Vbi vide Heinstum, et hic de cornibus fluuiorum Weitzii notas. Burm. adde Giosan. ad Ouid. Met. x111. 8. v. 894. et Spanhem. de vsu et Praest, numism. 1.

pag. 394. HARL.

V. 107. Vitro] proprie vsurpsta voce. Lege Taubmannum ad
vers. 282. Culic. Bulaeus. Et
hoc ex decore, ne nouercae Iunonis gratiae hoc dedisse videretur, et ad eius vocem se huic
militiae accinxisse diuitiarum cupidine dici posser: neque etiam
pugnant illa cum praecedentibus.
licet enim Iuno hanc vbique celebraret militiam, et Fauni et
Nymphae stimularent duces, sponte tamen et primus, nec a lasone rogatus, aderat, eodem modo
Stat. 11. Achil. 352.

Inde dato possim varias rumare per vrbes,

Viodique inexciti fibi quisque # fponse coimus

Visores.

Et hinc videous nostrum elegantius Apollonio Herculem principem aduolasse singere, etiam non vocatum a lunone: cum Apollonius post multos enumeratos, eum post Erymanthii apri laborem, cum audisset, Heroas ad lasona contendere, inconsultos Eurystheo abisse, inducat. Bunn.

v. 107. Argis] Agris in MStoreperi, vt et Vossius in suo, familiari permutatione. vid. ad Ouid. 1. Amor. x. 5. eadem varietas in scriptis apud Lucan. vii. 452.

Subitis damnauit notiibus Argos. C 5 Vbi Aduolat: Arcadio cuius flammata veneno Tela puer, facilesque humeris gaudentibus arcus

110 Ge-

Vbi agres alii codices, sed perperam. Statius 1. Theb. 225.

Perfees alter in Arges. Scinditur.

Vbi et codices et Geuartii editio, Agros, et ita centics. Burm. Tirynthius h. e. Hercules, a Tiryntha, vrbe Argis vicina, in qua nutritus est ita dicus. Hant.

v. 108. Arcadio.] vet. cod. Archadio: et supra, Archas, et vbi-

que alias. CARRION.

v. 108. Cuius armata] fic exempl. Bon. sed cod. vet. fl.mmara, h. e. ardenti veneno temperata, et mixta veneno Lernaeo atque flammifero, et Pius id ex antiquittimis libris malit. Carrio duéxes. HARL. Quam impegerint superiori aeuo librarii ad caefuras, vix est vt dici possit: eiusque rei alibi promam documenta. idem hic accidisse opinor: liber enim Carrionis, cuius flammata venene, indubie corrupte. Plane ita, vt noster, Virgilius locutus fuit, ferrumque armare veneno. Qui locus laudari meruit a QuinA. Fab. Inft. Orat. vui. cap. 6. de eropis, vbi notat duplicari hic tropum: nan (verba eius funt) et venens armare, et ferrum armare, translatio oft. ZINZERL. Sic et Statius Theb, IV. 505.

-- Scyebicis quoties armata venenis Colchis ages.

Vbi tamen in scriptis nonnullis, medicats. Maro etiam armatam felle veneni sagintam dixit Aeneidos xIII. et alibi, ferrum armare veneno. Columella libro x.

— quae barbara Perfis Miferas (vs fama est) patriis armasa venenis. et al. Primus tamen et tertius Vaticani cum libro Garrionis, flammats veneno, et placet, conspirantibus praesertim duobus veterrimis codicibus, e quibus reliquorum, quidquid nunc exitat, codicum est propagatum, quod et Giphanio in Ind. Lucret, olim videbatur. Silius libro 111. 273.

— feelerataque fuccis Spicula dirigere, et ferrum inflammare veneno.

Ita scribendum, perperam nune illic circumfertur, infamore: amat hoc verbum noster. sic libr. 1v. 655.

- flammats pudore inuentus.

libro VIII. 300. I. 568. v. 178. Heins. Vid. Weitzii Notas.

v. 109. Facilesque banacris gandentibus arcus Geflas Hylas Banapreque iam memoratur Hylas ab
initio operis, quoniam celebris
est in hoc carmine persona, Vide
artificium poetae. HARL, Pulchra
gestientis ad magna pueri defcriptio: nec cedit illa Papinii v.
Theb, vers. 441.

Audet iter, magnique sequens sestigia mutat
Herculis, et tarda quamuis se
wole serencem
Vin cursu tener acquat Hylas,
Lernacaque tollens
Arma, sub ingentigandet sudare
pharetra.

Vide, vt versus vitimus nostro respondeat. Zinzerl. Si vero ingens pharetra, vt Herculi, qui magno robore et corporis mole singitur, suisse conuenir, qua ratione fuciles arcus dicantur, vix video; nisi dicanus clauae comparatos,

no Gestat Hylas: velit ille quidem; sed dextera

Par oneri, clauaeque capax. quos talibus amens Insequitur, solitosque nouat Saturnia questus: O vtinam Graiae rueret non omne inuentae In noua fata decus: nostrique Eurystheos haec nunc

115 Iussa

paratos, cui gestandae nondum capax Hylas, faciles portatu suisse visos, puero alacri, et qui gaudens hoc officium Heroi praestabat. ita apud Sil. Iv. 435. Galeamque Deorum baud vili facilem. Vel faciles, stexiles, vt facilis cera, possimus capere. posse tepe enallagen explicari, vt ipse puet facilis, id est agilis, alacer arcus gestauerit, vt ita facili manu aliquid facere dicimue, de quo ad Ouid. I. Art. 160. egimus; quo sensu et facilem canem dixit Nemes. Cyneg. 50.

Et varias cupimus facili cane sumere praedas.

Sed praestat prius, si ponamus non ipsam pharetram, quam Hercules ipse gerebat, sed arcus et tela quaedam ad vsum expedita gestisse puerum. eleganter vero puerilem alacritatem, bumeri illi gaudentes ostendunt, sic apud Propert. 111. x11. 9.

Nunc ligas ad cestum gaudensia brachia loris,

recte vindicat Broukhusus, proscriptis pendentibus illis indecore brachiis. Statius de equo Tydei, cui humanos sensus tribuit, lib. 1x. Theb. 213.

Non iam Aetolo fatiabere campo, Gaudentemque iubam per stagna Acheloia folues.

Vbi nihil necesse cum Barthio, undantemque reponere, idem lib. 1. Theb. 172.

Nec impositos umquam ceruice

Ferre duces. et Lucan. 1, 603.

Laeto portans ancilia collo.
Sic incundum laborem dixit Catut.
Epithalamio Thetidis vers. 161.
Quae tibi incundo femulare serna
labore. Burm.

v. IIO. Velis ille] Quaedam exemplaria, v. lus ille, vetus vero Parifiense et manuscriptum, velis ille, vtut legeris, sensus est apertus. Carriore Velis ille quidem scripti nostri et Aldinus, (et Bon.) pessime in aliis, velus. miror dabitasse Carrionem. Hzins. Confirmat hanc lectionem intario Papinii lib. vi. Theb. 477.

Neque praesulis vllom Frater opem; velis ille quidem, fed Marsius anse

Obsitie Hippodamus.

Debet vero subintelligi, velit ille quidem clauam ferre. Pius pu-

quidem clauam ferre. Pius putabat subintelligi posse, arcum instedere, et experiri. Burm.

v. 110. Dextera nondum,] Simile quid de Parthenopaeo Statius, lib. 1x. 720.

v. 186. Non clamor anbelis Nausicus] Celeusma intelligir. Sed non vnum celeusmatis ac celeusfarum genus. At celeusmatis quidem genus est, cum nautae clamore innicem hortantur; vt hoc loco. Tale et apud Virgilium 111. Aeneid. 128.

Nansicus exoritur vario certamine clamor.

Vbi Seruius: celcusmo nauticus est clamor ad bortandum. Celcusmo etiam dicitur Symphonia, quae in nauibus adhibetur instrumentis, aut quocumque genere enusices: quo facilius remiges

molestias sufferant. Quo modo Orpheus Celeusma dixit in Argo naui, vt refert Hyginus fab. xiv. De quo aliqua ad librum Iv. Valerii nostri notamus. Celeusma etiam pertica fit, cum celeustes es cursum moderatur. Marcellus: Portisculus proprie est bortator remigum: id est qui eandem perticam tenet, quae portifinlus dicitur, in qua excursum et exbortamenta moderatur. ushsuche, portificulus, vt est in glotfario veteri. Frustia apud Nonium pro perticam vir do&isfimus reponebat, pergulam. Plerumque tamen celeusma per assam vocem fiebat: ac huiusmodi intelligit Ouidius III. Metam.

— Es qui requiemque modumque.

Voce dabas nausis, animorum borsasor Epopeus etc.

Vossius. De Celeusmate omnia iam nota. vide Ascon. Ped. in Diuin. cap. 17. Sauar, ad Sidon. II. Ep. x. Sitzman. ad Rutil. 370. Lips. ad Senec. Epist. 56. hic Weitzium et praeter alios, Commentarios ad Sil. Ital. vi. 361. Hic vero de celeusmate proprie dicto non agi puto, sed de clamoribus illis, quos nautae, dum operi alicui instant, et alter alterum hortantur, tollere solent. sic naue laborante in tempestate, de quibus inst. 646. et cum in naves coguatur, apud Lucan. II. 688.

Ne litora clamor Nauticus exagitet. Burman.

v. 187.

Tum laeti statuunt aras. tibi, rector aquarum, Summus honor: tibi caeruleis in litore vittis 190 Et Zephyris Glaucoque bouem, Thetidique iuuencam

Deiicit Ancaeus. non illo certior alter Pinguia letifera perfringere colla bipenni. Ipse ter aequoreo libans carchesia patri Sic ait Aesonides: O qui spumantia nutu

195 Regna

v. 187. Aus blandus] band cod. moster et Excerpta Graeuii. Silius lib. x1. 472. ad Argo ipsam coadum carmine Orphei pontum addudum fingit, vbi vide notas Cl. Drakenborchii, Burm.

v. 188. Tibi rector aquarum, erc.] hos deos, vt lares permarinos, siue 318 stantorius, hic poetam coniungere obseruat et illustrat Meurs. Aucar. Philologico cap. 11. quem compilat Alardus Epiphyll. Philol. lib. 11. cap. 1v. Restor aquarum passim Neptunus. vid. Stat. 1. Achil. 61. et 78. et alibi. Burm.

v. 190. Thetidique iunencum] fic ex. Bonon. H. Quidam codices habent, iunencam, vt fexus Tnetidi magis congruat. adde quod femineus in facris fexus magis litabat, vt in tibicinis patet. quin et si masculus sexus non placaret, succedebat hostia femina piacularis, Pius. Iunencam, probe Carrionis liber, et Aldus cum Turnebo. Heins.

v. 191. Deiicit] Inft, II. 329.
Protinus ingentem procerum sub
nomine taurum
Deiicit.

Er veuneur hoc verbo tam de caede hominum, quam ferarum, in facris et in venatu, vid. infr. vs.

194. et 218. Ouid. 1x. Met. 196. et ad Phaedr. 11. 1. et Nepot. Thrasyb. cap. 3. notas doctorum. sic deiellus Lyncis pro exuuiis Statio lib. 1v. 272. Burman.

v. 192. Pinguia] fausta voce veiter, quia non aliter fas erat sacra facere, vide Festum in opimus, et quae insta ad. vI. 559. notat Heinsius, et, qui plura congessit, Delr. comment, ad Senec. Hercul, Furent, 921. Burana.

v. 193. Carchefia] De hoc vaforum genere multa erudite difputat Tristanus ad sinem Tom.
11. Com. Hist. p. 604. qui tamen Macrobio (Saturn. v. cap. 21.
init. vbi vide Pontan.) credens,
nullum praeter Virgilium huius
vasis meminisse adsirmat, cum et
noster hic et inst. 11. 656. et Silius XI. 302. vtatur. vbi vid. Cl.
Drakenborchium, qui et Ouidii
locum producit. Burman.

v. 193. Patri] nescio vnde librarius in codice Graev, et nostro Baccho petierit. Nisi quia ille saepe Patris nomine gaudeat. sed ad Neptunum hic decore preces a lasone adlegari Poeta singit, rectius, vt puto, quam Apollonius, qui Apollinem eum inuocasse narrat, Burm.

'v. 195.

105 Regna quatis, terrasque salo complecteris omnes, Da veniam, scio me cunctis e gentibus vnum Inlicitas tentare vias, hiememque mereri: Sed non sponte feror: nec nunc mihi iungere montes

Mens tumet, aut summo deposcere fulmen Olympo;

200 Ne

Silv. 1. 2.

Stat Latium complexa forum. v. 197. Illicitas tentare vias] Infra vers. 672. et supra v. 97. Quid, 111. Trift. 9.

Non rate, quae cura pugnacis falta Minernae, Per non tentatas prima cueurrit aguas.

WEITZIUS. Virgil. Ecl. IV. 32. Quae tentare Thetim ratibus. vbi vide Emmeneff. 1. Georg. 207.

Pontus et ostriferi fauces tentantur Abydi.

Lucan. 1x. 321. Tentatum claf-fibus aequor. Tentare agros dixit Salluft. lugurth. 18, non multum diuersa ratione. Bur M. da veniam h. e. adnue precibus, v. Cic. 1. de Orat. 21. ibique a me notata. HARL.

v. 197. Hiememque mereri] Hiems, language pro tempestate. Gloff. Zeipar grechang und plyus, tempestas. Ouid. 1. Trift. 1. vers. 42. Vide infra 544. 630. 619. lib. 11. 434. 504. 704. lib. 111. 150. lib. vii. 51. lafra lib. viii. 372. WEITZ.

v. 199. Mens tamen] Nec nune mibi iungere montes Mens tamen. Ita scripti constanter. Gryphius et Colinaeus expressere, mens tumet. quomodo et Baptista Pius ex coniectura curauit edendum. eleganter, si veterum librorum

v. 195. Completteris] Stat. 1. auftoritate niteretur ea scriptura. infra libro 11. v. 103. pari modo castigauimus,

> --- neque enim alma videri Iam sumet.

vbi plura dicemus. Hzins. Tumet fatis aptum facit fenfum, fi codicum auctoritate niteretur. didaireir hoc sensu Apollon. 111. 383. Sed quo tota haec lafonis excusatio specter, non satis adsequor. Pius et Maserius ad Gigantes, qui montes montibus imponendo coelum oppugnarunt, referunt, quos sequitur Weitzius. sed an iungere montes co sensu dici pollit, dubito: sequentia ad Salmonei impietatem, vel Promethei furtum idem Maserius coniicit referenda, quae omnia quid valeant ad deprecandum Neptunum, non video, ego fateor me haec non fatis intelligere: nam illa duo iungere montes, si de Gigantea audacia capiatur, et deposcere fulmina, in vnum lasonem non quadrarent; qui suis precibus se perire, deiettis fulmine molibus, videret. forte; nec nunc mibi iungere mortes m.t. hoc est Acattum occidere, et deinde Peliam ei iungere, aut rogare louem, vt Tyrannum fulmine feriat. si quis melius, eruerit, gratias lubens agam. BURM. mens tamen ed. Bonon. sed quia cod. habet quet, ab auctore feri200 Ne Peliae te vota trahant; ille aspera iussa Repperit, et Colchos in me luctumque meorum. Illum ego. tu tantum non indignantibus vndis

Hoc

otum fuisse, tumet, cum Pio arbitror, et auer illius interpretamentum esse. Sensum vero adco difficilem non videre mihi videor. lason tantum optat, vt Neptunus Peliae vota non audiat, nihil vero impii se contra deos tentare, nec iram et fulmina louis contra quemdam nunc poscere, prudenter prius dixit. Illud aut Burmannus non videtur confiderasse: quare duo illa, iungere montes et fulmina poscere de vno homine vnaque re non simul dicuntur. Prior possessor exemplaris, quod typothetis dedi, adscripscrat: "v. receas. huius libri in Act. Eruditorum a nobis concinnatam." quis vero auctor illius sit, aeque nescio, ac quae ibi dicta fint, quod Acta illa mihi non funt ad manus. ex quibusdam tamen locis suspicor, suisse Cortium. Haec quam scripsissem, forte fortuna incidi in Lucanum, et vidi, Burmannum ad illum poetam libr. v. vers. 57. operose tractare hunc Valerii locum, fuamque interpretationem, et coniecturam, mortes, ab Schultensii crisi vberius vindicare. Primum obseruat, et probat bene, tumere de omni graviori motu animi, vt de ira in primis Vsurpari, et metaphoram dudam ab irato mari, quod tumere dicitur. Deinde negat, iungere monses posse notare, montes montibus imponere, quum deberet intelligi, quasi dinerti et distantes inter se montes fibi · coniungerentur, et admoueremur: (fed fint diuerli, quid ad rem? Poeta adludit ad

rem notiffimam, quae nulla eguiffe videtur explicatione.) idem contendit, poetas, quando velint impolitos montes exprimere, addere solere datiuum loci, cui adiungantur impositi illi montes. fic Statius III. Silv. II. 65. Pelion Offae iunxit, et Val. Flacc. 11. 491. Nepsunus muros quum iungeres aftris, et alii, quos laudat. Enimuero, si diuersa sunt, quae iungantur, omnino addi debet datiuus. alioquin fenfus nullus subesset verbis. At si res eiusdem nominis iunguntur, 21ter datinus facile intelligi potest et debet, vt hoc Valerii loco, iungere montes scil. montibus, sic Sil. Ital, Iv. 373. Eumachus et Critias et laetus nomine patris Xantippus iunxere gradus scil. gradi-Verba scil. verbis iungere pro componere. Quinct. 1x. 4. Pari modo veteres dixerunt elliptice, manus, ofcula, finum etc. Sed haec sufficient, et iungere. penes acutiores fit iudicium. HARL.

v. 200. Ne Peliae te vota trabant] id est in partes trahant, ve ipsi faueas contra me, subest fraudis et fallaciae sensus huicverbo. Ouid. I. Art. Am. 631. Nec simide promiste, trabunt promissa puellas. Lucan. Iv. 222. trabimur sub nomine pacis. Vid. et ins. v. 13. Suet. Tib. 31. trabi se a Tiberio querentes, Burm. v. 201. Lustumque] Lustusque MS. Coki.

v. 202. Illum ego. eu tantum 1 Eclipfis est. fignificat, illum puniam Peliam, et vleisear iniuriam. Hoc caput accipias, et pressan regibus alnum. Sic fatus, pingui cumulat libamine flammam.

205 Pro-

riam. fed cum minime deceat coram Deo alterius mortem exoptare, cum reuerendae verustatis exemplaribus legamus, ille metu, hoc sensu. repperit Colchos in me ludumque meorum, et ille repperit hoc metu, id est caelo et coruscatione regni, istaque pronominis epanaphora facit incrementum canino stomacho. Prus. Et in nostris codicibus erat, ille metu, tantum. in Vosfiang, ille metum tantum, deleta priore lectione, quod non capio. Cl. Francius haec connecebat fuperioribus, hoc fenfu, ille repperit aspera iussa es Colchos, ego illum repperi. sed vix puto illa acumina nostrum captasse, consultus de hoc loco a me Bronkhufius ita rescripsit. Est abrupta oratio indignantis et simul pudibundi. primum precatur Neptunum, ne fibi velit irafci, quod mare vetitum tentet: non sponte se id facere, sed Peliue imperiis asque asperis iussis coactum. deinde, ne velit moneri votis ac diris Peline: nam, inquit, illum ego, quamuis ignarum et inuitum pertraxi in so-Cietatem periculi, abducto mecum Acasto, qui simul pereat oportet, si nostrum boc iter tibi non probatur. Non audet furtum suum Neptuno fateri, vt in precibus: tantum leuiter indicat, vt apud deum, quem non poterat fallere. Hic, nifs fallor, est sonfus loci Satis intricati. Scriptorum lectio, ille metu, aperte prae se fert notas stolidae corruptionis. Haec Broukhusius, quae an satisfaciant nescio. Ego mallem, illa, i/lum ego, ve minantis et indignantis lasonis verba capere, quales

abrupti sermones saepe occurrunt, vid. inst. vi. 213. vt indicent, redeam modo, ego vindictam de illo sumam; vt sere Pius cepit. BURMAN. inssa ago. su scribere iubet Crusius in Probab. crit. p. 49. HARL.

v. 203. Hoc capue] Vid. lib.

VIII. 349.

v. 203. Pressam regibus alnum]
More poetico Alnum pro qualibet
arbore nauibus conficiendis apta
nominat: neque enim ex alno Argo contexta fuit, nam antea dixit;

Iom pinus gracili dissoluere lamna Thespiades.

Et Orpheus eam ex piceis quercubusque compactam fuisse narrat, alibi etiam fagos adhibet. Ennius abietem dixit, cuius illa citat auctor ad Herennium lib. II. cap. xxII.

Veinam ne in nemore Pelio, securibus
Caesa, accidisset abicgna ad terram trabes:
Neue inde nauis inchoandae
exordium
Coepisset, quae nunc nominatur
nomine
Argo, qua vesti Argini delesti
viri
Petebans illam pellem inaurati
arietis
Colchis, imperio Peliae regis per

Nam nunquam bera esc.

Alexander Cornelius, vt est apud Plinium, arborem Eonem appellauit, ex qua Argo constructa esfet, similem robori viscum ferenti, quae nec aqua nec igni corrumpi posit, vt refert Muretus. CARRION.

dolum.

205 Protulit vt crinem densis luctatus in extis
Ignis; et adscendit salientia viscera tauri;
Ecce facer, totusque Dei, per litora Mopsus
Inmanis visu, vittamque comanque per auras
Surgentem laurusque rotat: vox reddita tandem,
210 Vox horrenda viris: tum facta silentia vati:

Heu

v. 205. Protulit vt crinem denfis luctatus in extis Ignis] Non bene hunc locum intellexiste videtur Iulius Scaliger lib, vi. Poet. cap. vI. sed optime monuit Cl. Gronouius cap. II. diatribes in Syluas Statii, per crinem ignis intelligi debere ipsas stammas. Quomodo etiam apud Aeschylum in Frometheo legas. Iughe ἀμφάτις βότριχ, et apud Senecam Oedipo, vers. 309.

Verumne clarus ignis et viridis

Restusque purum verticem caelo tulit,

Es summam in auras fusus explicuis comam?

Sic enim locus ex MS. nostro legendus est. vulgo editum, et nitidus steit. Perperam. Eleganter Seneca ignem viridem dixit, quemadmodum Horatius EpodxvII. 34. stammam virentem.

Nec Sicana feruida Virens in Aethna flamma. Sed hoc ***eefe/we. Vossius.

v. 206. Et ascendir salientia viscera tauri] Perperam Andreas Schottus, 11. Observ. c. 39. accendit, adscendit adstruut satis ac super praecedentia, protulit ve crinem ignis. in mortem Druss vers. 256.

Aethera subiestis lambit et astra comis.

Forte tamen, escendit. nam quartus Vaticanus, aescendit. de quo

verbo ad Maronem Aen. 1x. vers. 37. Heins.

v. 207. Ecce facer totusque Dei] De inspiratione agi clarum est, et furore divino, quod cum multis modis Poetae efferunt, vt Deum implere, incolere, agitare, etc. vates dicant, et vates plans deorum, vt inf. 11. 441. ita nulla elegantior, quam haec, qua totus Dei dicitur, qui est in Dei potestate ita omnino, ve ab eo possessus nihil per se loqui aut facere possit. tic Graecis 8AG. 72 348, quod nuper docte explicuit Bergler. ad Alciphron. I. Ep. 13. sic in alia re hac locutione vtitur Terentius Eun. v. sc. vit. Fratris Thais tota eft. Livius III. 59. quad adeo toti plebis fuissent. et lib. xxIII. 14. Plebs nouarum rerum et Hannibalis tota effe. Burman, nec Meursii vsque dei. nec aliorum plenus dei correctio probanda est. H.

v. 209. Laurusque rotas Multa de lauro, eiusque vsu in vaticinationibus, aliis centies dica, huc congerit Alardus. et in lib. 11. Epiphyll. cap. xv1. ese, qui laurosque voras malint legere, notat, et eius sententiae ese Bulaeum adsirmat, de quo more etiam omnia obuia. sed quis voras voluerit, adhuc nescio. Burm.

v. 209. Vox reddits tandems Vox borrenda viris] vix Voshus et Heins, malint. HARL, Abut vis; vbi mollior medicina ad manum Heu quaenam adspicio! nostris modo conscius ausis

Aequoreos vocat ecce deos Neptunus, et ingens Concilium: fremere, et legem defendere cuncti Hortan-

num est. vox est hic vt recte Pius, Mopfi, pleni numinis, oraculum (vid. ad Ouid. vri, Met. 2.) quae, quia horrenda erat, decore geminatur. Vox eras, sed horrenda, et ipse Heinsius ita citat ad Ouid. vi. Fast, 140. si quid mutandum, mallem, vox edita tandem, quia proprie edi oracula et responsa dicuntur. vid. ad Ouid. vII. Met. g. et alibi, vel prodita, vt inf. v. 223. focerumque exterruit ingens Prodita vex. nift quis vocem redditam, malit capere, quan Mopfo antea possesso, et frustra loqui conanti, et anhelo (vt saepe vates inducuntur. vid. inf. 11, 277,) flatu agitato, reddita sit facultas loquendi. De repetitione illa, vox, vox videndae notae Weitzii. Burm.

v. 211. Concitus ausis.] sic bene exempl. Bon, et probat Carrion. conscieus Balbus, HABL. Maluerim, conscius, quod Maserianam occupare editionem video. concisos in primo Vaticano. magni fibi conscius auss Maroni reddidimus, et Senecae. conscius enim tam cum tertio, quam secundo cafu jungitur, yt pluribus exemplis ad Nasonem libro Met. vi. 488. adstruximus curis secundis, quae videantur. conscius aufis: vt libro 11. 280. 11.410. 111. 211. IV. 294. et 356. Atque ita porro. Heins. Eadem varietas apud Lucan. 1v. 628. vbi in Voffiano codice legitur,

Prinasae sed bella dabas Iuba conscius irae:

Verum quidem, quod Heinfius notat, constins eleganter saepe politum, et ad eum quem vult sensum, apposite, vt Virgil, xt. 812. conscius audacis facti. et Stat. 111. Theb. 368. magnique fugis non inscius aust. et alibi etiam cum datiuo iungi ad Ouidium saepe notatum, et supr. vers. 5. fed hic tamen malim, concisus retinere. quia vt nouum et subitum hoc Neptuno obuenisse singendum, et aufis illis, id est temerario facto, Argonautarum, motum concilium ceorum aequoreorum egisse, et ipso concitato et indignante, adfremere Deos cunctos, et eum impellere, nec nisi a lunone et Pallade mitigari. Sic concitus inf. verf. 577. praeterea hoc requirit vocula modo, id est, qui ante qu'etus erat, et aquas non motas nec temeratas moderabatur, iam subita ira commotus convocat concilium. Burm.

v. 212. Vocas effe deos] vocas i.e. conuocat, effe in ex. Bononfed grauius legitur in cod. vet. et Pii priscis ecce. HARL.

v. 213, Fremere? Confer Ouidii 1. Met. 199. Burman. In
Miscell. Observ. pag. 158. quidam intelligenda putat haec verba. cunsti fremere (i. e. fremunt
fremere incipiunt) et bortantur
(Neptunum) legem defendere vt
libro 1. v. 608. Stat. Theb. v11.
64. quam variationem modorum
in narrationibus, viros doctos
observasse, monet editor Bat. et
laudat Perizon. ad Sanchii MiE 3

Hortantur. sic amplexu, sic pectora fratris, 215 Iuno, tene: tuque o puppim ne desere, Pallas: Nunc, patrui nunc siecte minas. cessere, ratemque Accepere mari, per quot discrimina rerum

Expe-

merv. III. 5. p. 658. et ad Liyium II. 23. vbi male quidam locum tentant. H.

v. 213. Legem defendere cuncti] Quam legem? Tacent interpretes. praeter Pium, qui legem maris, qua cauetur inaccessum effe, exponit. rede: lex enim quasi erat lata hominibus in exordio mundi, vt terra fua contenti viuerent, nec aequora tentarent. vnde passim vt impietatis, remeritatis et audaciae rei Argonautae aguntur. et ita foedera rupta per primam hanc nauem Seneca saepe dicit. vid. Med. vers. 335. et 605. et chorum totum vers. 301. adde Claud. praefat. de Rapt. Proserp. Statius 1. Achil. 64.

. Ex quo iura freti, maiestatemque repostam Rupit Iasonia puppis Pagasaea rapina.

Columella Praefat, de R. R. an bellum perofis maris et negotiationis alea sit optabilior, vt rupto naturae foedere, terrestre animal, bomo, ventorum et maris obiectus irae, se fluctibus audent credere. Lucanus lib. 11. 2. dicit, leges et foedera rerum , licet de aliis agat. et ita reliqui poetae certum illum ordinem rebus humanis datum vocant legen, ius, foeders etc. sic lex Poli infr. II. 357. Iouis 1V. 75. Deum VIII. 401. Boeth. 7. conf. Phil. Met. 5. Legemque pati sidera cogis. Eleganter senec. Agam. 813. de lovis cum Alemenae concubitu, continuatis noctibus.

Cui lege mundi Iupiter rupta Roscidae nostis geminauit boras. Plin. 11, Hist. Nat. 12. legem numinum vocat perpetuum siderum ordinem et motus. Luc. 1x, 875.

Exignane via legem connertimus

Virgil. I. Aen. 62.

Regemque dedit, qui foedere certo Et premere.

Vbi Seruius, modo, lege. Defendere vero legem est cauere, ne violetur. ve Cicer. II. ad Fam, pero ve SCsum et leges defendas. lib. 1v. 68. aetheriae defendas. filentia mensae. Iura tueri dixit Claud. I. in Ruf. 69. vbi vid. Heiniii notas. Bur M. adde Horat. I. od. 3, v. 23, 24. H.

v. 214. Sic amplexus, sic pettera frairis Iuno tene.] Amplexu corrigendum; etsi aliter codices. Heinsius. Vide ad Petron. cap. txxxvi. lustinus xxiii. 2, discedentes parunti stebili viulatu, amplexi parem tenebant. totus autem sermo abruptus, vt surentis et vaticinantis, qui videre sibi lunonem et Pallada amplestentes Neptunum videbatur, Burm. compara Lucan. IIII. 246. ibique. Burm.

v. 216. Ceffere] Dei maris victi funt precibus Palladis et Iunonis. cefferunt et indulferunt eidem, vt perambularet, quacumque vellet. Pius.

v. 217. Per quot discrimina rerum expedior] Haec ex Argomautarum personis, quarum pars Mopsus. interpretanda; qui per laboExpedior! fubita cur pulcher harundine crines Velat Hylas? vnde vrna humeris, niueosque per artus

Quantus Io tumidis taurorum e naribus ignis!
Tollunt fe galeae, fulcisque ex omnibus hastae,
Et iam iamque humeri. quem circum vellera
Martem

Adspicio? quaenam aligeris secat anguibus auras 225 Caede madens? quos ense ferit? miser eripo

Aesonide: cerno en thalamos ardere iugales. Iam dudum vates Minyas ambage ducemque

Terri-

labores et pericula multa enadunt tandem, metu defuncti: Nam hoc verbum expedior notat. Horat. 17. od. 4.

Quas et benigno numine Iuppiter
Defendit, et curae sagaces
Expediunt per acuta belli.
lta noster inst. lib. v11. 270. et
v111. 384. et saepe Terentius et
alii. Burm.

v. 219. Vade vrna] Lege, Vade vrnan bumeris, niucosque per artus,

Caeruleas vestes.

Aut unde Haemonine molem rates. Vide ad Nasonem Ep. x11. vers. 84. Heinsius. Vraam vero capit Maserius, quacum aquatum sett: sed quia adduntur caeruleae vestes, posset capi de Hyla, iam sontis numine, cui, vt sluviis reliquis, vrnam tribuit vates. nisi quod vrnas stuii humenis nisi quod vrnas fluuii humenis nisessemes, nondum legerim. quare posset legi, unde urna, bumeris nisessque per arius caeruleae vestes. nam contra scriptos

hic accusatiuum ingerere temerarium nimis, cum et nominatiuus saepe adhiberi soleat. Bunm.

v. 219. Ninesque per artus]
Candidis in artubus. To per pro
in fumitur, vt faepe apud hunc
Noftrum. Bulaeus. Ninessque
paratus coder, quem vidit Voifius.

v. 223. Martem Pius vel Martium anguem, vel Martius aram, voi erat aureum vollus, intelligito. Maferius vero, deum velleris cu-ftodem. Sed fimplicius est intelligere de proelio inter terrigenas illos, recens editos, ve centies Mars pro proelio, et bello sumitur. recte autem ex sequentibus colligit Maserius, illa de Medes Placcum sibi canere quidem proposuiste, sed reliquiste opus impersedum. Burm.

v. 226. Cerno sbalamos ardero ingales] Cerno es sbalamos scripti (et Bon.) sod rectius coden Aldinus, corno en sbalamos. Heins.

v. 227. Iamdudum longo Minyas] vò vases abelt a scriptis nostris, excepto Regio. recte Carion ex suo codice, lamdudum

Terrificat: sed enim contra Phoebeius Idmon, Non pallore viris, non vllo horrore comarum 230 Terribilis, plenus fatis Phoeboque quieto; (Cui genitor tribuit monitu praenoscere diuum Omina,

longa Minyas ambage. posset et Lucan. v. 216. castigari, Terribili

lamdudum hac vates Minyas ambage ducemque etc.

HEINSIUS. In Vossii codice, iamdudum Minsas ambige ducumque; corrupte. in Coki codice, iamdudum Mopsus Minyas ambage ducemque. sed non video caussam, cur vares, quod priscae editiones (etiam Bonon.) agnoscunt, hic loco cedere debeat, cum ad sensum, et cum superioribus et sequentibus connexum, mihi magis desiderari videatur, quam 73 longa, quod Glossatori deberi puto. Quid enim ambages velit, etiam fi abfit 70 longa, intelligit lector, praesertim cum eadem vis sit ve iamdudum. sed serrificas requirit nomen viri. Burm.

v. 229. Pallore viris] fic rece ed. Bon. et cod. Carr. Sed oris emendat Pius et probat Heins. HARL. Ingrati soni verba, pallore oris, borrore ita coniuncta esse a Poeta, vix credo, sed a Pii coniectura profecta. quare cum antiquis editionibus retineo, viris, et refero ad serribiles. viros vero simpliciter eos, de quibus praesens sermo est, noster et alii faepe vocant. vt fupr. 121. 174. et alibi millies. otiofum praeterea illud oris, vnde enim pallor nisi ex ore colligitur? Stat. 1. Achil. 515.

Iamdudum srepido circumfers lumina mosu Insransemque deum primo pallore fatesur. Lucan. v. 216. Terribilis fed pallor inest;

et vI. 517.

Terribilis Stygio fucies pallore granatur.

Pallerem et borrorem coniungit Claudian. in Rufin. 11. 130.

As procul exfanguis Rusinum perculis borror,

Infestae pallore genae.

Hic autem borror comarum ad iactationem et rotationem capitis, vatibus folitam, referendus, vt apud Lucan. v. 154. nulloque borrore comarum Excuffue laurus. licet aliis in rebus horror comarum faepe occurrat. Stat. viii. Theb. 389. Galeaque tremunt borrore comarum. Vide ad Petron. cap. xcix. Burm.

v. 230. Phoeboque quieto] Duplex enim vaticinandi genus, aut per furorem, quale Sibyllae, aut fimplex, quale Heleni. Seruius ad Virgil. III. Aeneid. 443. Lucan. v. 148.

Atque deum simulans, sub pellore sista quieso

Verba refert etc.
Vide Commentatores ad Lycophr.

vets. 3. vbi "συχω" κόρυ, cadem ratione dicitur, vt hic Phochus quietus; vt notauerat in ora codicis sui Casaubonus. Burm.

v. 231. Praenoscere dinum Omina] Bene Celeberrimus Graeuius, in epistola ad me scripta, corrigit,

Cui genitor tribuit monitus preguoscere dinum. Omina sen Ammaes sen lubrica

Omina, seu stammae, seu lubrica cominus exsta-

HEINS.

Omina, seu flammas, seu lubrica comminus exta, Seu plenum certis interroget aera pennis)

Sic

HETNS. Nescio quare monitus murandum sit, quod instinctum, quo vates sutura praedicunt, notat. Silius IV. 120,

Huic superos sentire monentes Ars fuit, ac penna monstrare sura magistra.

Cicero 11. de Diuin. 39. quid est aliud nolle moneri a loue, vide supra ad vers. 29. Burm, v. Cic. 11. de diuin. c. 45.

v. 232. Seu flammas, seu lubrica cominus exsu | Omnis hic vera ominum species tangitur. Per sammas, ignispicium intelligitur; cum nimitum, ex eatum vigore de suturis rebus coniessios, etc. Vide Barthium ad Claud. lib. 1. in Eutrop. 125. Weitz. Cominus exit, codex Vostian.

v. 233. Aero pennis] Ita vet. cod. (et ed. Bon.) reliqui omnes, aera pinnis, (vti in primo Vat. et vetustis exemplaribus saepius occurrit scriptum. H.) simile est illi Virgiliano, lib. 111. Aeneid. 361.

Es volucrum cantus es praepetis omina pennae.

CARRION. Haec ex ipfa Augurum disciplina, qua persuasum erat miseris mortalibus, aues etiam sermone et lingua posse fensa sua edere, earumque voces augures se intelligere iastabant, Virgil. x. 176.

Cui pecudum fibrae, coeli cui fidera parent, Es linguae volucrum, es praesagi fulminis ignes.

Vbi vide eruditissimi Cerdae notas, et Stephani ad Saxon. Grammat. p. 112. Ouid. 1. Fast. 445. Sed nibil ista innant, quia linguae crimen babetis, Dique putant mentes vos aperire suas.

Vide plura in hanc rem apud Stat. 111. Theb. 494. 557. 638. et viii. 181. et 1. Achil. 519. Sil. 111. 344. Interrogare vero aera, ficut Stat. vi. Theb. 190. Vacuos interrogas agros. de quo vide ad Quinchil. 1. Decl. 2. et Buchner. ad Venant. Eleg. de refurt. 45. fic loqui etiam dicuntur aer, acquora, campi et fimilia, vnde omina capiuntur. Claudian. Bell. Get. 231.

Quid meditentur aues, quid cum mortalibus aether

Fulmineo velit igne loqui.

Lucan. vi. 617,

Tellus, nobis , aetherquis,

Acquoraque et campi Rhadopeaque faxa loquentur.

Et ita Schol, Pindati vi, Olymp. 112. notat, quosdam explicare, durar herdenr byrnser, et Plinius lib. xxix. 4. Democrisus quidem monstra quaedam ex bis conficit, w possint anium sermones intelligipluribus haec, pro stupendae eruditionis copiis illustrat Spanhem. ad Callim. Hymn, in Pallad, vers, 123. ex quibus videmus, omnes Poetas, eadem orbita oberrantes, in vanitimi augurii descriptione. Hanc vero Idmonis descriptionem ex Apollonio expressit, apud quem lib. 1, 144.

A'utis (Apollo) di Seongonime Midziev Olaris t' dylyer, hi' γμποςτι σηματ' Mesam. Ες Sic fociis Mopfoque canit: Quantum augur Apollo,

235 Flammaque prima docet; praeduri plena laboris Cerno equidem; patiens sed quae ratis omnia vincat.

Ingentes durate animae, dulcesque parentum Tendite ad amplexus, lacrimae cecidere canenti, Quod fibi iam clufos invenit in ignibus Argos.

240 Vix ea fatus erat; iungit cum talia ductor Aesonius: Superum quando consulta videtis, O socii, quandoque datur spes maxima coeptis;

Et simili fere modo Mopsum nobis describit lib. 111. 916.

Έωθλός μέν ἐπιπροφάνεντας ἐνισπεῖν Οἰωνὰς, ἐσθλὸς δε συνουΦράωπσθαι

löen Et similiter Amphiaraum Statius

Et similiter Amphiaraum Statius v11. Theb. 707.

Quansum dinersus ab illo: Qui sripodas laurusque sequi, qui dostus in omni

Nube, falutato volucrem cognofcere Phoebo. Burm.

v. 234. Augur Apollo] Accepta mimirum hac dignitate er titulo e loue, qui proprie Auguriis praeesse credebarur. Vid. Illust. Spanhem, ad Callim. in Hymn. Pallad. vers. 121. Burm.

v. 236. Quae ratis omina vineet] Legendum potius hic cenfeo, omnia. Schottus. Ita et Pius in notis legit, et aduerfa facta, et nouercantem fortunam explicuit. Burm. omnia vincet Bonon.

v. 236. Vincet] Vincas male. tota enim vaticinii huius ratio, tamquam de re praesenti, agit de futuris. omius etiam pr. Vaticanus. sed et superiora male di-Ainguebantur,

— praeduri prima laboris Cerno equidem.

emina tamen cum praecefferint, paulo ante, hic inportune repetuntur. HEINS.

v. 237. Durate animae] duratae Argent. edit. culpa, vt credo, operarum, quam tamen fequitur Colinaeus. est vero Virgiliana imitatio. lib. I. Aen. (vers. 207. ibique Cerd. supple vos. H.)

Durate es vosmes rebus feruate fecundis.

Verbum nostro familiare. vid. 11, 350. v1. 308. v11. 74. pro diutius viuere vtitur lib. v. 25. rt Terent. Adel. 1v. 2. durare non bercle bic quidem quisquam posest, et eodem fere sensu Plaut. Asin. 1. 111. 24. mibi quidem 1e parcere acquum est, vt tibi durem diu. Burm.

v. 239. Clusos inuenis in ignibus Argos] Non rediturum se in patriam, per πυρομαντείαν videbat, omen capiens ex slamma victimae. de eius morte vide in Catalogo Argonautarum. rece etiam Pius cepit. Burm.

V. 242. Quandoque datur]
Quando oraculum deorum audiflis.

Vos quoque nunc vires animosque adferte paternos.

Non mihi Thessalici pietas culpanda tyranni, 245 Suspectiue doli: deus hacc, deus omine dextro Impe-

sis, quando et illi spem faciunt, maxima a nobis defignari posse; non folum deorum responsis, verum et viribus vestris fidite; omnes vulgati, (in his Bonon.) quantisque datur; male. CAR-RION. O foci:, quandoque datur, Ita bene Carrionis codex. nostri omnes cum vulgatis, quantisque datur. Poffet tamen, tantisque datur. pro, animos afferte etiam, efferte praetulerim, efferte animos apud Ciceronem non semel occurrit. assollere dictis animos infra 336. HEINS. Confulta eleganter vocat decreta deorum per vates enuntiata, Stat. 1. Achil. 81.

Rasus ordo deum, mistere cruentas Europaeque Asiaeque manus, consultaque bella Iupiter.

Sic et in alia: vt lib. v111. 419. confultaque vestra fas audire mibi. Stat. v11. Theb. x1. Ille refert consulta patris. vbi vide Barth. Adferte vero mutari nolim, sensus est, addite et adferte coeptis meis animos paternis similes. sic auxilium asserre Terent. Adel. 111. 2. consilium, visitasem, solutium et similia Cicero passim. noster inf. 111. 574. adferre moras. Burm.

v. 244. Non mibi Thessalici pietas culpanda tyranni) Legitur in Aldina (et Bonon.) editione, impietas. Quomodo etiam emendandum censet Laurentius Balbus. sed nihil mutandum. pietatem enim nuncupat sistam. illam

pietatem Peliae, qui se sub specie pietatis perditum ire volebat. Quod vidit etiam Zinzerlingus. Sic fidem pro simulata fide posuit Plautus Mostellaria. II. 11. 69. per fidem deceptus sum, bospes bic me necauit. Item Caesar 1. de bello Gallico. cap. 46. per fidem in colloquio circumuentos. Vbi perperam aliqui reponunt, perfide. Seneca de Diuina Prouidentia cap. III. Multa millia ciuium Romanorum post fidem, immo per ipsum trucidata. Voss. Impietas liber Aldinus cum Baptista Pio. male. pietas culpanda, pro impietate ponitur. HEINS. si ita capias, erit fensus imperfectus, et deficiet verbum, nam repeti a sequentibus suspecta posse vix puto. quare ego pietatem hic explico fictum illum, quem pras se ferebat, ardorem, caedem Phrixi vlciscendi; de quo supr. verf. 41. huic non vult lason adfcribere iam hanc expeditionem. et quae eam comitabantur incommoda; hanc criminari et culpare non vult, sed omnia fato et deo, qui in meliora vertet. attribuere; et ita rece omnia procedent, non mihi nunc est culpanda pietas illa ficta, et doli merito suspecti, quibus mihi exitium parat (vt apud Stat. vii. Theb. 220. Suspection aetas) Deus faustiori omine imperat hanc militiam. Pius edidit, piesas. fed in notis impietatem explicat. est quidem impius, sed frustra foret, nisi fata vellent. Bur-MAN.

v. 246.

Imperat. ipse suo voluit commercia mundo luppiter et tantos hominum miscere labores. Ite, viri, mecum; dubiisque euincite rebus, Quae meminisse iuuet, nostrisque nepotibus instent.

250 Hanc vero, o focii, venientem in litore laeti Dulcibus adloquiis ludoque educite noctem.

Paretur.

v. 246. Voluis commercia mundo] Hoc est, volvis. Vossius. Sed quo tunc referas miscere? Burm. sui mundi haud inepte quidem sed tamen praeter necessitatem corrigit Crusius in Probab. p. 49. mundo h. l. coelo. vide ad vers. 563. et Lucr. 1.74. in Anthol, lat. poet. H.

v. 248. Ise viri mecum; dubitsque] Godex noster et Graeuii distinguunt et legunt, Ise viri, metum dubiis euincite rebus. Bur M. Ibimus, o suci comiresque Horat. 1. od. 7. 26. qui saepius excitat alios suo 1. e. g., i puer 1. Serm. 10. 92. Ep. 11. 2. 37. etc. HARL. v. 249. Neposibus instent] Id est simulent eos ad virtutem et similia facta: ita supra vers. 30. instas fama. et 302. votibus bis infare duci. in Vossano corrupta

trat lectio, Istem. Bunm. v. 250. O focii] O deest plutimis (in his Bon.) editis. Burm. v. 251. Educite noctem] Aliud Verbum a manu prima in vetertimo Vaticano fuerat. sed proba haec scriptura, pro venientem litore, malo etiam, venientem in Sic infr. 11, 371. licore. Heins Nimbosque educere luxu. Stat. 11. Theb. 74. Infomnem ludo certatim educere noctem. Ita et ducere Senec. Thyeste 466. Nec fomne dies, Bacchoque nox ducenda peruigili datur. Vbi Gronouius malit ex Etrusco codice, jungenda, quem et vide ad Senec, de Tranq.

cap. III. Sic quoque Tibul. I. x. 61.

Illam faepe ferunt convinia ducere Baccho.

Lastant. III. Institut. 21. notiem lusibus ducere. et Claudian. Epith. Pall. 96. et notiem ducere ludo. et ad priorum Poetrum, nom ineptus pro seculo, quo vixit, scriptor, exemplum loseph: lscan: Bell. Troj. III. 207.

Plebs quoque Iunonis celebres confluxeras Argos, Ludificum ductura diem.

Vid. Serv. ad Virg. 1. Georg. 6. et hic Weitzium. et Graev. ad Gicer. v. ad Att. vlt. saepe ita Propert. 1. x1v. 10. 111. xx11. 18. 1v. v1. 85. eodem sensu Terent. Adel. dixit producere diem; et Statius v111. Theb. 219.

Vario producunt sidera ludo Ante domos.

Auten. deser. orbis. 752.

Producit nottem ludus sacer.

Ludo vero rece, qui conuiuiis semper comes, ita ins. 294. iamque mero ludaque modus. sic apud Prop. 1v. vi. 71. Candida nunc molli füheant conuiuia ludo. ita Liuio. vbi vulgo, luco. BUR M. Horat. Epod. xv. 17. sq. Illic omne malam vino cantuque lenato, Deformis aegrimoniae (aut vt melius malit Klotz in Lect. Venus. p. 404.

Paretur. molli iuuenes funduntur in alga, Conspicuusque toris Tirynthius. exta ministri

Rapta

degrimonias) dulcibus adloquiis.

v. 252. Paretur] Pariser in Voss. cod. a prima manu.

v. 252. Fundantur in alga]
Fungantur in alga, non fundansur, primus, tettius, et quartus
Vaticani. vt dapibus vel epulis
fubintelligatur. sic fungi alliato
pro vesci, apud Plautum; apud
Nasonem libro 11. Fast. 327.

Sic epulis functi, sic dant sua corpora somno.

Et alibi, Functus erat dapibus. vulgata nihilominus [criptura huic loco adposita et conueniens. mox vers. 295. quibus ordine fufis. HEINS. Et hic nihil mutandum: Heroes enim temere et fine apparatu in ripis et gramine genio indulgentes ab Homero, Virgilio et aliis passim inducuntur, quod apte verbo fundi indicatur, quod notat recumbere. Ouid. III. Met. 438. Opaca fusus in berba. inf. verf. 710. fufus bumi. Vid. Heinf. ad Claud. Bel. Gild. 327. et Drakenb. ad Sil. III. 57. et nos ad Petron. cap. Cxxx. BURM.

v. 253. Conspicursque toris Tirynthius] Torosus semper Hercules a Poetis describitur, infr. 11. 510. Surgentemque toris. vide quae notarunt Delr. ad Senec. Herc. Fur. 623. et Heinf. ad Ouid. xiv. Met. 230. Achillem quoque a toris commendat Stat. 11. Achil. 96. Burm.

v. 253. Exta ministri] Ministros Argonautis adfuisse nusquam Aeneid. 180. Aeneam inducit in legas; nam quod infra vers. 689. scopulum conscendentem, et maministros habet, ipsos Argonautas sic vocat, respectiu Tiphyos, alli expediunt cerealia dona. vid.

qui ratis erat magister. Suspicor eam vocem conflatam ex võ canistris proxime sequenti, nimirum hic error commissus idem, qui saepe, vt vna syllaba omissa magnas turbas dederit. Exaratum primo suerat, extalignis, ex quo cum semidosti se non expedirent, ministrorum, si Dis placet, opem inplorauere. exta lignis igitur, pro exta salignis. omnia igitur se bene habebunt, si versu sequenti pro dedere reponas, edere.

— exta falignis Rapta fimul verubus, Cereremque edere canistris.

edere Cererem raptam ex canistris. Naso Fast. 11. 363.

— verubus transuta suliguis Exta.

possis et, Colurnis verubus, idque ad imitationem Maronis. HEINSIUS. Verum quidem effe Heroas omnia per se, sine ministris obiisse, nemo, qui Poetas vmquam legit, diffitebitur, quod docet egregius Homeri locus Iliad. H. verf. 332. ad quem vid. Eustath. et Periz. ad Aelian. v11. 5. fed non ideo tamen hic damnandam esse vocem ministri, contra omnium codicum fidem, puto. nam in duas quasi classes, illos describere solent Poetae. vt fupra vidimus verf. 100. primi ordinis, et natu maiores et rebus spestati, vilia ministeria non obibant, nist religionis caussa; culinaria vero et alia mandabant iunioribus. ita Virgilius lib. 1. Aeneid. 180. Aeneam inducit in scopulum conscendentem, et maria prospicientem, dum interim ibi

Rapta simul veribus, Cereremque dedere canistris. 255 Iamque aderat summo decurrens vertice Chiron. Clamantemque patri procul ostentabat Achillem.

ibi Seruium. sed in funere eum etiam adhibet ad fordidiora ministeria lib. v1. Aeneid, 176. vbi itidem Servius videndus, fic Homerus Iliad. A. 470. describens sollemne conuiuium, addit.

Κθροι μέν πρατήρας δποςέψαντο

Vbi Scholiastes, Keen, of vion Apollonius Rhod I. 409.

TES PERSONE Κυρδτεροι έτάρων βώμυ χεδόν.

Vbi Scholiastes idem adducto Homeri loco docet. iuniores ergo minifiri rede dicuntur, vt et infr. 689. et hinc Pindar. x111. Olym. 57. vocat eadem de caussa mesπόλες, vbi vide Benedicti notas. BURM.

v. 254. Veribus] verubus Bon. quod vero Balbus copiose reiicit, veribus probans. HARL.

v. 255. lamque aderat] Hoc quoque fingit Apollon. 1. 553: nisi quod Achillem vinis Chironis portatum, tamquam primae actatis infantem inducat. cum noster elegantius iam puerum et ingredientem, simulque animi iam virilis notas prodentem nobis exhibeat, et certe pauci hi versus summum Flacci ingenium et artificium, si qui alii, produnt. Anachronismum autem in aetate Achillis, qui iam puer, et tempore Troiani Belli, vix iuuenis a poetis fuisse dicitur, excutiemus in Catalogo in Peleo. BURM. chiron, centaurus, Achillis magister, conf. Begeri bellum et excidium Troianum, ex Raph. Fabretti tabula Iliaca delin. et pore puerum quis credat? Bukn.

comment, illustr. Berol. 1699. pag. 1-4. HARL.

v. 255. Decurrens vertice] Subintelligendum montis Pelii, vbi habitabat Chiron. imitatur vero noster Carullum in Epithalam. Thetidis et Pelei vers. 278.

Quorum post abitum princeps e vertice Pelii Aduenis Chiron, portans silue-

stria dona.

Quem locum Carrion adducite et ad quem vide Vossii notas. BURM.

v. 256. Oslentabat Achillem] Vet. cod. oftendebar, alii, often-Ex hoc loco, quemadmodum ex Apollonio, Orpheo, Claudiano, et aliis, manifestum quo tempore profesti euadit. funt Argonautae, non folum Thetidem Peleo nupfisse, etiam Achillem ex ea suscepisse, et Chironi educandum tradidiffe. a quibus Catullus iure quodam suo diffentit : ait enim Thetidem Pelei amore tum captum fuisse, cum ad vellus aureum vna cum reliquis Graeciae principibus navigaret, quod verum non effe **superioribus** etiam ex potest, nam ait in naue nuptias pictas fuiffe. CARRION. len primus Vaticanus veterrimus. de quo ad Nasonis amores, deinde oftenderet idem. oftendebat ex fuo codice Carrion, mihi placet oftentabat. Heinstus. Dubium an patri iungendum sit cum oftentabat, an cum clamantem. hoc mauult Gronouius ad Stat. v. Theb. 462. cantaffe vero hoc tem-

CARSANO

Vt puer ad notas erectum Pelea voces Vidit, et ingenti tendentem brachia paffu, Adfiluit, caraque din cernice pependit. 260 Illum nec valido spumantia pocula Baccho Sollicitant: veteri nec conspicienda metallo Signa tenent. Rupet in ducibus: magnumque **fonantes**

Haurit.

cantantem maluit Pius et oftenta- vulgo, calido. Idem vi. Fast. 677. rat Bonon. H.

v. 257. Ad notas] Ad nras erat in codice nostro, sed emendatum. notas. recte. Stat. 11. Achil. 213.

Cuius cum gaudia primum Lamenta et notas accepit pellore voces.

Haefit,

Sic et 1v. Theb. 31. notam puppim dixit, vbi non debebat haerere Barthius. et paffim note dicuntur, antea visa vel audita, et quibus quotidie vtimur. infr. vers. 447. 111. 594. IV. 228. vid. ad Phaedr. 1. fab. 11. BURM.

v. 258. Ingenti tendentem brachia passu] Nota passum tam de brachiis dici, quam de pedibus. pandere brachia obuium apud Poetas. apud Statium equo Domitiani habes, laterum passus. Si pasfas hoc loco ad pedes referri mauis, per me licet. Heins. Ita eleganter vetus interpres, apud Lucam Actor. xxvi. 28. efyuide elners, vertit viginti pafsus, cum alii vinas reddant, nam ofyviki veniunt ab leiyeda, expandi vid. et Orph. vers. 893. Vid. Cl. Perizon. ad Aelian. x11. 22. BURM.

v. 260. Valido Baccho] Vires vini, quod vincit homines, notat. ita in MSS. Ouidii xv. Met. 324

Sen vis est in aqua, validocontraria vino.

Nec mora: conuiuae valido titubantia vino

Membra mouent.

Sic validum venenum, pro quo et calidum saepe librarii supposuerunt. vid. ad Ouid. v11. Met. 123. In hac Achillis pueri descriptione mirificus est Poeta, et alios longe superare mihi videtur. BURMAN.

v. 262. Tenene] Vid. supr. 102. v. 262. Stupet in ducibus] Virgiliana locutio. lib. x. Aeneid. 446. Stupet in Turno. Burm.

v. 262. Magnumque sonantes baurit] Electiffima verba, quibus et militarium virorum solitam iactantiam et magniloquentiam. puerique intentum illos audiendi studium exprimit. ita Virg. x.547.

Dixerat ille aliquid magnum. vbi vide Seruium, infr. v. 600.

Non frustra magna superba Ditta volant.

et VII. 557.

Tum maxima quisque Dicta dedit. Vid. Passerat. ad Propert. 11. 25. pag. 349. Sic Minora verba funt humiliora; Ouid. vz. Met. 1510 Graecis eodem modo μεγάλα. Aeschyl. Septem contr. Theb. vers. 571.

Μεγάλα μεγαληγόςΝν κλύΝν άνος राध्य क्षेत्रवेश्यय.

Sophi

Haurit, et Herculeo fert comminus ora leoni. Laetus at inpliciti Peleus rapit oscula nati, 265 Suspiciensque polum; Placito si currere fluctu Pelea

Soph. Aiac. Flagel. 366. 44024 μέγ' είπης. et verl. 423. ٤π ... εξερίω μέγα. Antig. in fin. μέγαλοι δε λόγοι, μεγάλας πλήγας των δπεραυχών αποτίσαντες. Ceterum de Achillis, iam viri, eadem magna loquendi et erudiendi cupiditate egregie decorum observans Ouidius lib, xII. Met. 162.

Quid enim loqueretur Achilles, Aus quid apud magnum potius loquerensur Achillem?

Nec loquentes modo magna, sed fonantes; quod maiorem vocis intentionem et iactantiam innuit. ita Epicedio in Drusum vers. 446. forti verba tot ore sonet. Haurit vero hic, metaphora a bibendi aniditate ducha eft, intentissime audit, et in intimam mentem demittit, et, vt Pius, imbibit, oculis adspiciens, et auribus accipiens eorum pugnas, sic loseph Iscan. Bell. Troj. 1. 465.

Inmque vrbis trepido conspectum pectore ductor

Hauserat.

Vbi de visu, similis Metaphora in verbo trabere. Stat. II. Achil. 1220.

aure trabentem.

De quo verbo agemus lib. III. 609. quem Statii locum imitatus est Gualtherus lib. 1. Alexandreidos:

Atque baec dicentem vigili bibit aure magistrum.

De verbo baurire, quod occupare aliquid, penetrare notet, vid. Barth. ad Stat. 1. Theb. 537. BURMAN.

v. 264. Impliciti] Et hoc Patris ardentissimum amorem indicat, qui ardentissimis complexibus puerum constringit. Statius 11. Silv. 1. 46.

Osculaque impliciti vernos redolentia flores.

Petron. CXXVII. implicitum me brachiis mollioribus pluma deduxit in terram. Burm.

v. 265. Placido si currere fluttu Peles vultis, ait] Placito fluctu Aldinus liber. rece vobis placito fluctu. sic libro 11. de lasone, 5.

- placitosque Deis ne deserat wetus.

Initio libri tertii quoque scribendum videtur, Tipbyn placita alta vocabant. libro III. vers. 415. placita cocpea: libro 11. 509. placira pugna. hoc ipso libro vers. 793. placite fedis, et v. 72. plaeisus. serras, vbi pari modo peccatur. De folemni hoc errore plura ad Nasonem Epistola Herus, 265. perperam posterior Carrionis, aliacque editiones, (vti etiam Vossius maluit) fic currere. Nec video, quid fibi velit Baptista Pius, dum corrigit, placides Adspicit intentum, vigilique baec fi quaerere fluctus. Saltem, placidos currere fluctus dediffet. HEINS. Placido, quod et Coki codex (et ex. Bon.) habet, necessario hic retinendum: antes enim lason vers. 197. dixerat se biemem mereri, quod deprecatur nunc Peleus; et conuenit praeterea ventis ferentibus, vt ita optet aequor placidum, et ventos fecundos. fic IV. 83.

Pluctibus insulerant placido cana tintea cursu.

Currers

Pelea vultis, ait, ventosque optare ferentes; Hoc, superi, seruate caput, tu cetera, Chiron, Da mihi. te paruus lituos et bella loquentem Miretur: sub te puerilia tela magistro 270 Venator ferat, et nostram festinet ad hastam.

Omni-

Carrere autem cum accusativo et ablativo iungitur. sic carrere freta IV. 336. et aequore carrere inf. vers. 306. dixit noster, plura habet Weitzius. Burm.

v. 266. Ventosque ferentes] Felices, fecundos. Virgilius 111. Aeneid. v. 473.

- Fieres venso mora ne qua ferensi.

Noster lib. vi. v. 327.

Aut ventos opus expellare fe-

Senecalib. de Beat. Vit. cap. xx1. Nauigansem ferens et seundus ventus exbilaras, id est, ventus qui a puppe: sesse. Homero est sesse dem suppe. Hae notione idem Seneca Foreunam seretem dixt, pto prospera, Epist. xx11. Bulaeus. Vide Weitzii notas.

v. 267. Hoc, Superi, sernate copur) Haud absimilia sunt in 111. Consul, Honor. apud Claudian.

Ren o stellantis Olympi, Talis perdomisso redeat mibi silins boste etc.

Talia et Annibal ad filium apud Silium lib. 111. Aiax apud Sophoclem, Hector apud Homerum, vid. Scalig. libro Critic. Cap. xvi. Zinzerl.

v. 268. Paruns lituos Erat lituus genus buccinae incuruae, quo Romani ad acuendos militum animos vtebantur in proeliis. Virgil. 111. Georg. 182. Primus équi labor est, animos atque arma videre Bellantum, lituosque pati.

Plura apud Agellium, lib. r. cap. 11. CARRION. Hinc, quod iam notasse Pium video, ornauit suam Achilleida Statius lib. 1. 38.

Quid enim canabula paruo Pelion, et sorui commissimus antra magistri?

Illic (ni fallor,) Lapisbarum proclia ludis Improbus, et pasria imm se metitur in basta:

Et Silv. v. 111. 193.

Quique tubas acres lituosque andire volentem Aeaciden, alio frangebat carmine Chiron:

Et similia de puerilibus armis idem 1x. 720. et Claud. bell. Get. 493. omnibus vero praeiuit Pindarus Od. 111. Nem. vers. 75. et seq. loqui vero illustrauimus ad Petron. cap. cxv11. et Ouid. Epist. xv11. 251. Burm. miretur h. e. imitetur v. Heins. et Burm. ad Ouid. Her. II. 77. HARL.

v. 270. Fessinet ad bastam] In codice Coki erat, splineat bassam, vitiose. et in excerptia Graeuii, fessinet ad aram. et hoc perperam. nam eleganter impatientem morae et acrem pueri animum signat poeta, cuius ingenium annis velocius male serebat moram et ignauiam temporia. Stat. vi. Theb. 74.

Nam-

Omnibus inde magis calor additus: ire per altum Magna mente volunt. Phrixi promittitur absens Vellus, et auratis Argo reditura corymbis.

Sol

Namque illi et pharetras, breuioraque tela dicarat

Festinus voti pater infontesque fagittas. Bunm.

w. 271. Omnibus inde viae] ita Bon. et vulgat. probatque Zinzerl. HARL. Omnibus inde magis Carrion ex suis membranis. Quomodo noster alibi non semel. inde me pr. Vaticanus. Heins. Vid. lib. 111. 271.

v. 271. Ire per altum] Virg. IV. Aeneid. v. 210. Es mediis properas Aquilonibus ire per aleum. Naues autem dicuntur Ire, vel Eurrere in mari. Vide Rigalt. ad Artemidor. lib. 1. Onirocrit. cap. 1. Meurf. ad Lycoph. pag. 106. et quae notaui ad Horatii Oden. xvi. Epod. v. 21, et 1. Trift. 2. Infra v. 506. lib. 11. v. 60. lib. 111. v. 674. lib. 1v. v. 83. 586. 614. 709. lib. vii. v. 138. lib. viii. v. 198. 207. 209. 329. 331. 355. Ita et Via ac Iter de nauigatione vsurpantur. Infra verf. 555. Via facta per undas. lib. 11. v. 372. Nec iam velle vias. lib. 111. v. 41. Puppis fletfit iter. v. 613. 628. 6,5. Confer Geuart. ad Statium III. Silv. carm. 5. c. v. WEITZ.

v. 272. Magna mente] Ex Virgil. vi. Aeneid. 11. Magnam cui mentem animumque Delius inspiras vares. Pindarus loui dat v. Pyth. 164.

Διίς τοι νό Φ μέγας πυβερνά Δαίμον' ανδρών Φίλων.

Sic anima magna Quinctil, declam. CCCx xvi. imitatione Horatii, qui lib. I. od. 12. animae magnae

prodigum Paullum dixit. et ita alii. Burm.

v. 272. Phrixi promistitur abfens Vellus | Opinor, ardens a
mas Valerii esse, infra vers. 346v. 229. vi. 150. v. 140. Demurice libro vi. vers. 520. vbi
plura ad rem. Absens tamen defendi potest. de quo nos ad Silium libro vi. 337. forte, iam
promisur absens. Heins. Phryxus
ar. absens noster codex et excerpta
Graeuii. Burm.

v. 273. Auracis corymbis] Ingens de Corymbis inter veteres distentio. etiam Grammaticos quaenam pars nauis illa fuerit. quorum diuersas sententias videre est apud Pium hoc loco, et Girald. de Nauigiis cap. xvi. vbi sollemni more aliorum scrinia compilat. alii äzen, vel dzeosbin faciunt, vide Eustath. ad Homer. Il. 1. 241. He ych. dicit vocari A'phara, axeorohia et axea, ex quibus schefferus de Milit. Naual. 11. 6. Corymbas (melius Corymbos dixiffet, Pius Corymba) dicit fuisse ornamenta in proracum in puppe fint #pages. fed cum Corymbi et ioanna, vt eacdem res a quibusdam describantur, et hoass rurlus eadem, quae εξεροτόλια nonnullis habeantur, vt Apollonio apud Scholiast. 1. 1039. difficile discrimen videtur. refutat quidem Apollonium interpres, sed nescio an iure: cum, adairoto anea noquesa dixerit idem Poeta lib. 11. 603. Mibi videtur duplici fignificatu eadem vox a Poetis sumi, vel stricte, cum degeratie, five ornamenta 垴 Sol ruit, et totum Minyis laetantibus vndae 275 Deduxere diem. sparguntur litore curuo Lumina, nondum vllis terras monstrantia nautis. Thracius hic noctem dulci testudine vates

Extra-

in prora notet: vel latius, cum et #0Ansa comprehendat, et ita apud nostrum Corymbos duas extremitates, sue cornua natis, tam in puppi, quam in prora notat, vt agnoscit Schefferus in addendis, quod praecipue apparet ex lib. Iv. 692. vbi describit transitum nauis per Symplegadas,

Saxa sed extremis samen increpuere corymbis,

Parsque (nefas) deprensa iugis. Quae verba ita capio, ac si exstantes nauis a puppi et prora partes, a scopulis illis, et eminentibus faxis, superque Argonautarum capitibus pendentibus, fuerint fractae. nam montis ruinam, quasi superne illapsi in nauem, etiam vocat Claud. Bell. Get. 6. Vnde et libro viii. 194. Arge non totis redit Corymbis, male a Maserio explicatur, quasi in itinere quidam effent mortui, quorum galeae et arma in foris et nauis partibus superioribus posita, (quas omnes per Corymbes ille interpretatur) non conspicerentur in reditu cum hoc tenue damnum, ve Claudianus ibidem vocat, tantum fenferint extrema illa cornua, Auratos Vero Corymbos vocat, non vt Maserius vult, quia vellus aureum reueheret Argo, sed, ve reclius Pius, quia nauis in triumphi modum ornata, auratos Corymbos oftentaret, cum victis hostibus et captis nauibus Corymbi siue Axen. ripus demi folerent. vid. Scheffer. 1V. de milit. Nauali cap. 11. Burm.

v. 274. Sol ruis] Centies folem pro die, et vice versa diem pro fole penere Poetas, notum est. sic lib. vii. 229. qua resit itque dies, vbi plura dicemus. sic Senec. Suasor. 1. ruis ipsa dies, vbi non recte Cl. Schultingius mallet, fsit. Ruere vero sol dicitur, quia credebatur labi in mare: Apulei. III. Metam. Quod ni celerius sol coelo ruisse. vnde addit noster, Vndae deduxere diem. Ita de surgente sole ins. 1v. 95.

Inde super terras et Eoi cornua montis

Emicuit, traxitque diem candentibus vudis.

vbi dies est ipsa lux. Bunm.

V. 275. Torum Minyis lactantibus undae Diduxere diem | Deduxere priscae editiones, (in his Bon.) quod placet. diem sub vndas raptum esse designat, pro Sparguntur forte merguntur legendum. HEINS. Non mouerem illud sparguntur, et videtur Heinsius lumina cepisse de stellis; quae si mens Poetae fuerit, sparguntur lumina capiendum effet, ac si stellae, sole occaso, visae fuerint ab Argonautis litus respicientibus, velut sparsae, sed quae nullum adhuc vium praebebant, quia primi mare tentantes earum vsum ignorabant. rius capit de luminibus, quae in Pharis et turribus per litora accensa attollebantur, in vsum navigantium. fed vix hoc menti Poetae conuenire videtur: fi enim nullae adhuc naues, et nauigatio F 2

Extrahit; vt steterit redimitus tempora vittis Phrixus; et iniustas contectus nubibus aras 280 Fugerit, Inoo linquens Athamanta Learcho; Aureus vt iuuenem miserantibus intulit vndis Vector, et adstrictis vt sedit cornibus Helle.

Septem

in Pontum nondum instituta, cui bono Phari et ignes illi fuissent? quare melius forte intelliguntur ignes et lumina in casis et domibus ab habitantibus accensa, non certo consilio, ve nautis monstrarent terras, sed in vsum habitantium; haec iam nondum terras monstrabant: non enim eum in finem accensa erant, vt postea in pharis, nauigatione magis frequenti, oftenderentur. vel posfent ignes intelligi, quos certis et celsis in locis accendebant ad figna danda, de quibus inf. IV. 755. plenius agendum. BURM.

v. 278. Extrabit] idem quod supra vers. 251. educere notat. Manilius de Orpheo libro v. 327.

Ille dabis cantus inter conuiuia
dulces,

Mulcebitque fono Bacchum, noctesque tenebit. Burm.

v. 278. Vs fleterat] Prisci codices habent, fleterit. Pius. Qui haec ad Orphea refert, quasi ille vt Apollinis sacerdos, virtatus steterit; sed Phrixum respiciunt, et subintelligi debet, canens; quae ellipsis samiliarissima, et multum etiam elegantiae addens, austoribus vtriusque eloquentiae, qui odiosum illud dicens, inquiens, etc. libenter praetereunt. vid. Perizon. ad Sanstii Minerv. lib. 1v. 4. et nos ad Vellei, 11. 92. Burm.

v. 279. Ve iniustas] sic Bon. H. Er Codices scripti. HEINSIUS.

v. 281. Miserantibus] Oudendorp. ad Luc. VIIII. 832. omnino reponendum arbitratur, miransibus, frequenti poetis loquutione, et quaerit, si miseratae fuissent vndae, an tum merhisent Hellen? idem laudat, quae interpretes congesserunt ad ipsum Valerium Flaccum III. 712. Sed Burmann ad eundem Lucani locum repudiat Oudendorpii emendationem, atque, "ibi, inquit, iam miserabantur vndae, fiue numina maris, fata Phrixi et Helles, quae praeuidebant, et ideo miserorum frattis et sororis fugam et puellae casum dolebant et miserabantur, nec quia miserabantur vndae, debebant Hellen seruare: hoc enim fato destinatum non poterant impedire."

v. 282. Adstrictis vt sedit cornibus Helle] Forte, Subsidens, Heins. Si quis de acumine et ingenio, primarii Poetae nostri interpretis, Alardi dubitet, is ad hunc locum notas eius, eleganti sane eruditione ornatas, legat, et rideat. Hellen enim cornutam facit, vt solent Poetae magnis fluuiis cornua dare. quod fi verum, cur ergo non cornua quoque Hellae, quae magni numen maris factum, hic data credamus! Papae! quantum est fapere! sed tu lector cum Pio, et omnibus sanae mentis lectoribus, hic cornua arietis intellige, quae insidens pecori Helle, stringebat manu, metu ne laberetur. ad-Stringere

Digitized by Google

Septem Aurora vias, totidemque peregerat vmbras

Luna polo; dirimique procul non aequore visa 285 Coeperat a gemina discedere Sestos Abydo.

Hic

firingere enim est arte et sirmizer adprehendere. Stat. Theb. 1x. 539.

Ingensiaque borrent.
Funera, et adstrictis accedunt cominus armis,

Et ita, fi per codices liceret, legerem apud eumdem Poetam libro viii. Theb. 229. de Europa.

Hi mare Sidonium, manibusque adstricta Tonantis

Cornua.

Vbi vulgo attrita minus, vt mihi videtur, verofimiliter; non enim tam diu tauro infedit Europa, vt atterere potuerit cornua, fed metu, ne caderet, adfirinxit artius: et ita Poetae passim de Europa agentes illam tenuisse cornua referunt. vt Ouid. II. Met. 874. dextra tenet cornu. et I. Am. III. 24. Virginea tenuit cornua vara manu. vbi presse malebat Douza. Statius ipse 1x. 235.

Iam secura maris, teneris iam cornua palmis

Non tenet.

Illas voces vero adstritta et attrita facile confundi apparet ex Claudian. I. Rapt. 13. vbi editio Parrhasii et MSS.

Colla leuant adstricta ingis.
aliae editiones, astrita. et lib.
111. de Rapt. 161, pro Attritosque manu radios, in MSS. legitur,
adstrictosque. Petron. cap. xC1.
2010 pettor adstrinxi. Bugm.

v. 283. Sepsem Aurora vias] In ora Venetae editionis adfcriptum, dies. Puto, vices. apud Nafonem Met. 1V. 217. Dumque ibi quadrupedes coelestia pabula carpunt, Noxque vicem peragit.

Aurorae noctisque vices apud Claudianum Raptu Proferpinae, libro 11. 46. noster infra hoc libro 506. HEINS. Dies hic etiam cum nonnullis codicibus se legere dicit docuisimus Dauisius ad Cicer. 1. de Natur. Deor. 28. qui quales fint vellem indicasset, non enim Heinfius, non Carrion, non alii hanc ex MSS. varietatem adnotarunt. sed in ora editionis Venetae adscriptum ab aliquo, notauerat Heinfius. certe, a glossatore, qui septem vices feptem dies explicabat, eadem mente, qua Maserius adscripsit; septem dies signat, interpretamenti vice. nos vices retinendum putamus: nam vices, quas aurora peragit, funt dies, umbrae, quas luna peragit, funt noctes. eadem varietas apud Ouid. xv. Met. 238.

Quasque vices peragant (animos adbibete) docebo.

et ita viae et vices confusae apud Ouid. Halieut. 21. et alibi. peragere etiam eleganter, vt inf. vers. 506. vide ad Quinstil. decl. 1. 9. et 13. Burm. dies habet cod. Harl.

v. 285. Coeperas a gemina] dificedere, recte Bonon. ed. et defendunt Zinzerling et Vossius tam pater libro 1. de Analog, c. x11. quam filius ad h. l. Sestos et Abydos, quae ante ob distantiam Argonautis iunsta videbantur, iisdem propins accedentibus, coeperunt quasi distangi ac disce-F 3 Hic foror Aeoliden, aeuum mansura per omne. Deferit: heu sacuae nequicquam erepta nouercae! Illa

dere. Carrion e codice suo reeinnit descendere idque Barchius Adv. Ix. Civ. putat idem effe, quod infra 11. 7. mergi, sed hoc effet, sub mari condi. - gemina h. e. quae ab vna et altera parte vna vrbs videbatur procul, et nunc propius duae visuntur. infra v. 443. gemino (h. e. ab veraque parte) circumflua ponto. Claudian. in Rufin. 1, 276. (vbi vide Gesner.) geminis quae lassa procel-Lis tunditur. HARL. Primo versu opinor a Valerio relictum effe,

Dirimique procul nullo sequore vifa.

nimirum +) nulle ob cognationem praecedentis vocis procul erat omiffum a festinante librario. Ita solet in similibus freti angustiis, si curua sint, quale est fretum, quod Siciliam diuidit ab Italia, teste Salustio in Historiis apud Seruium. Iustin. initio libri 1v. Siciliam ferunt angustis faucibus Italiae adbachffe, direntamque velut a corpore maiori, imperu superi maris, quod toto undarum onere illuc vebitur. Sic legendus ac diftinguendus locus. Deinde discedere versu altero reuocandum ex priscis editionibus. Ita enim reste coniecit Sabellicus. Idque ipfum Aldina quoque exhibet editio. nec aliter agnoscit Pius. in primo et quarto Vaticano, diftendere, fic terra, fic coelum dicitur discedere, quando dehiscit et diducitur, de quibus ad Fastos Nafonis lib. 111. verf. 371. curis secundis. vide Nonium in discede. Neque aliter tam hoc loco, quam ex patre Cretheo. Bunm. Infra libro iv. vers. 645. castigabat nofter Graeuius,

Diffugere, adnersosque vident discedere montes.

initio libri II.

Iamque freum summas acquatum Pelion ornos Templaque Tisacae mergunt oblique Dienae.

Iam Sciasbos subsedit aquis, iam longa recessis Sepias. adtollit tondentes pabala сатрив

Magnes equos.

quod ex Apollonio hausit, apud quem, Youre de Lyming aney. lib. 1v. 636. v. 766. Idem Iustinus, vbi describit fretum, quod Italiam diuidit a Sicilia, adpofite protfus. Es est enim procul inspicientibus natura loci, ve sinum maris, non transitum putes, que cum accesseris, discedere ac seiungi promontoria, quae antea iunde Paulo ante, fuerant, arbitrere. coeunsibus in se, (lege, inter se) promontorils, ac rursus discodentibus. HEINS. Difcedere tuetur et Schott. 11. obs. 39.

v. 285 Abydo] v. Ouid. 1. Trift, x. 27. ibique notam. HARL.

v. 286. Acoliden] Phrixum filium Athamantis, nepotis Aeoli ex patre Cretheo. Prus. Male: Cretheus enim et Athamas fuere fratres, ambo filii Aeoli, et ita Phrixus fuit nepos Acoli, non Athamas, qui filius erat. vid. Hygin. fab. 239. Tzetz. ad Lycophr. 23. et Apollodor. lib. 1. pag. 31. et alios patfim Mythographos. forte scripserit Pius, nepotem, sed tunc obest iterum,

v. 287. Nequiquam] hanc cum alii Lucretio, aliisque audoIlla quidem fessis longe petit humida palmis Vellera, sed bibulas vrguenti pondere vesses 290 Vnda trahit, leuique manus labuntur ab auro. Quis tibi, Phrixe, dolor, rapido cum concitus aestu

Respiceres miserae clamantia virginis ora, Extremasque manus, sparsosque per aequora crines?

Iam-

auttoribus restituissent; ego quoque primus Valerio multis in locis ex vet. cod. reddidi. CAR-RION. ita quoque scribendum putant Pierius in II. Aen. 101. et Broukh. ad Propert. II. 3. 5. H.

v. 288. Fessi longe perit bumida palmis Vellera] inuida tertius et quartus Vaticanus. scribendum, wuida vellera. sic, vuida vestimenta apud Horatium, et vestes vuescere Lucretio distae. vox haec frequenter in x bumida degenerauit. de quo pluribus ad Nasonem Amorum lib. 111. El. v. Heins. Argentin. Gryph. et Colin. editt. fessa, quasi ad vestes referendum effet, Burm.

V. 289. Bibulas surgenti pondere vestes] sic quoque ex. Bon. H. Surgenti Hellae, surgere et aquis prodire conanti. nonnulli codices habent, vrgensi poudere, hoc est veste vuida illam deorsum trabente, quamuis emicare niteretur. Pius. Rectum est, vrgens pondus. Plin. lib. v11. 2. de Thibiis; eosdem praeteres non poffe mergi, ne veste quidem degrauasos. Variant hic Venetae ambae, at perperam. ZINZERL. Ribulae surgenti tres Vaticani, quartus, bibulas surgenti. Aldus, surgenti pondera vestis. opinor, bibulas vergenti pondere vestes, id enim verbum cum pondere frequenter coniungunt veteres. vt in illo Maronis, quo vergas pondere lathum. Claudianus lib. I. in Eutrop. 207. cum pondere iudex vergis. Lucanus pari modo, viii. 280.

Ast ego curarum, proceres, arcana mearum

Expromam, mensisque meae quo pondera vergant.

Appuleius de Deo Socratis, quod fi manifestum stagitat ratio, debere propria animalia etiam in aere intelligi, superest, ve quae tandem et cuiusmodi ea sint, disseramus. Igitur terrena nequaquam: deuergunt enim pondere. Heins. Vrgenti agnoscit codex Coki, nec mutarem. Ouid. 1v. Fast. 515.

Restirit et senior, quamuis onus vrget,

et ita millies. vid. Ouid. x111; Met. 26. Burm.

v. 293. Extremasque manus] Ald. Extentaque manus. nulla opus mutatione. Cogitabam tamen si scriptum suisse, extantesque manus. sic libro v111. 365. h. libro v. 659. Non sollicitandus hic locus. nam entremae manus sunt, paene merse aquis, ita vt extrema pars exstans vndis tantum conspiciatur. sic Lucan. v. 193.

Extremaeque sonant domica ians virgine voces.

F 4

id

Iamque mero ludoque modus; positique quietis
295 Conticuere toris: solus quibus ordine sus suits Inpatiens somni ductor manet, hunc grauis Aeson, Et pariter vigil Alcimede spectantque tenentque Pleni oculos: illis placidi sermonis Iason Suggerit adfatus, turbataque pectora mulcet.
300 Mox, vbi victa graui ceciderunt lumina somno, Visa

id est, quae vix exaudiri poterant. Stat. x11. Theb. 362. Cum samen erectas extremus Virginis aures Accessit sonus. sic extrema ronistua Ouid. x11. Met. 52. exrremum lumen Petron. cap. xx11. vbi vide. Burm. mox passoque crines maluit Heins.

v. 292. Imaque mero Indoque modus | Finis. infra lib. 1v. vers. 475. Bulaeus.

v. 296. Impasiens fomni ductor]
Alludit ad Homericum illud;

Non decet principem solidam dermire nottem.

Vnde Virg. faepe, reliquis aut fomno aut cibo indulgentibus, Aeneam aut vigilantem facit, aut cette excitat. lib. 1. Aeneid. 305. 3V. 560. X. 228. CARRION.

v. 296. Grauis Aeson] Hoc vocabulo iam vsus est vers. 23. et 145. vbi vide. hoc vero loco quid velit non fatis clarum. Pius, gravem annis, vel molestia, quod filium abiturum videbat, interpretatur. sed et posset quis capere, ac fi curis et follicitudine, quas pro lasone agebat, molestus ipsi lasoni esset; quem complexibus et votis fatigabat. quo sensu infra videtur lib. 1v. 74. lapetum grauem vocasse; et Acrisium Statius vs. Theb. 286. rectius tamen ad eius aetatem refertur, vt saepe auctores, graues annis, nasu, setate, dicunt senes. et

vt lib. v. 22. granidus forte. Terent. Heaut. 1V. I. granior natu. vide quae notamus ad Ouid. vii. Met. 299. praesertim cum Apollon. lib. I. 263. eum prae senecture lecto adfixum, et adgementem vxori suae faciat. Burm.

v. 297. Alcimede] De matre Iasonis vide in Catalogo de Iasone. Burm.

v. 298. Pleni oculos | Oculis ex suo codice Carrion. frustra: quam scripturam ex nostris solus Vaticanus quartus a manu prima confirmat, vulgatae scripturae subest elegans Graecismus. Heinsius. Pleni oculos scilicet lacrimis obortis, vt recte Pius et Maserius, quales illi contenti et tumentes oculi Tiberii apud Sueton. cap. VII. sic apud Tibul. I. IX. 54. Passeratius legebat, lacrimis lumina plena madent. quamuis ibi Broukhutius omnia plena egregie tueatur, in cuius commentario multa in rem reperies. Burm. mox v. 299. ingerit affatus Bonon. H.

v. 300. Vida] Proprie. vide Gebhard. ad Tibul. 1. 11. 2. et saepe apud Ouidium. vid. ad x1. Mct. 238. et hic Weitzii notas. Quae vox saepe in vineta abiit. Statius x11. Theb. 48.

Nec dulcibus astris
Victa, nec assiduo coierunt lumima stetu. Burm.

v. 301.

Visa coronatae fulgens tutela carinae
Vocibus his inflare duci: Dodonida quercum,
Chaoniique vides famulam Iouis. aequora tecum
Ingredior. nec fatidicis auellere filuis
305 Me nisi promisso potuit Saturnia coelo.

Tempus

v. 301. Vifa coronatae] Vide omnino, quae notaui 1. Trist. 1x. v1. Brod. 1. Miscell. cap. x. Gyrald. de nauig. cap. 1x. Meurs. ad Lycoph. pag. 323. Rigalt. ad Artemidor. pag. 52. Weitz. Fuit ipsius. Palladis simulacrum, quod in puppe erat. lib. viii. 203. de Medea,

Puppe procul summa, vigilis post sergu magistri, Haeseras aurasae genibus Medea Mineruae.

De tutela vero nauium egimus ad Petron. cap. Cv. et videndi D. Heinfus et Drakenborch. ad Sil. XIV. 543. Argo vero in prora habuit Tritonem, tefte Statio v. Theb. 371.

Exfuntem rostris modo gurgite in imo,

Nunc coelo Trisona ferens.

Vnde apparet tutelam a παρασήμο hic fuisse diuersam. Burn.

v. 302. Dodonida quercum] Innuit lignum illud, quod in puppi erat, ex Dodonide filua excitum, et quod vocale fuiffe fingitur. vid. Apollon. 1. 526. et ibi Scholiaflen. in prora statuit Apollodorus. lib. 1. pag. 42. Pius carinae pensitate dictum hic vult; quia carina erat ex fago Dodonide, oracula ferente, et in Argo naturam non deponente. BURM.

v. 303. Chaoniique vides] Hunc versum, qui in omnibus libris hactenus excusis illum sequitur, sidens superisque mibique, hu

transferendum curaui, secutus vet cod. CARR. Ald.confirmat, pro Silv. Regius lucis.

v. 303. Famulam 3 Ita Harpyias vocat famulas Iouis lib. Iv. 520. vbi plura dicemus. familiam Iuntae edit. vitiofe. Burm. Chaqn. h. e. Dodonaei.

v. 304. Fatidicis auellere filuis]
Dodona filua in Epyro loui facra eft, vbi et eius templum oraculis illustre viftur, et duae columbae, quercubus infidentes,
fortes petentibus respondere solent, hinc Propert. lib. 11. xv11. 3.

Sed tibi iam videor Dodona verior augur.

Ouid. xIII. Metam. 716.

Vocalemque sua terram Dodonide quercu.

Vnde factum est, ve ipsae arbores loquerentur, et Argo fatidica appellarerur, in cuius carinam lignum fuisse impastum a lunone ex Dodonide fago, quod quandoque humana voce loqueretur, prodidit Apollonius, lib. 1v. 580. non igitur temere carinam hic loquentem facit. Quin et Lycophronis interpres ad vers. 1319. scribit, Iasonem cum sociis quadraginta nouem conscendisse Argo, quae Λαληςάτην είχε την τε6-THE IN THE ANDWARE DELOS. HOC eft. carinam babebat loquacissiman ex Dodonide quercu. fed innumera funt huius rei et apud Latinos et apud Graecos testimonia. CL. Claudiani carmen attuliffe suffe-Fς

Tempus adest. age, rumpe moras: dumque aequore toto

Currimus, incertus si nubila duxerit aether; Iam nunc mitte metus, sidens superisque mihique. Dixerat, ille pauens, laeto quamquam omine diuum,

310 Pro-

cerit. sic itaque canit Bell. Getic. vers. 14.

- Lices omnia vases In maius celebrasa ferans, ipfamque fecandis

Argois trabibus inclent sudasse Mineruam;

Nec nemoris tantum vinxisse carentia sensu

Robora, sed caeso, monieu Iouis, augure luco Arbore praesaga sabulas animasse loquaces.

CARRION. Eucllere crat in Coki codice.

v. 306. Dumque aequore toto Currimus] Gronouius Obseruationum libro 11. cap, x1. et ad Scriptores Ecclehalticos, tuto acquore. noster supra vers. 154. freta tuta. 11. 545. Ligora tuta. Vide infra lib. v. vers. 39. Fors tamen a Valerii manu fit, aequore moso, pro incertus perperam Pius i certus reponir, obnitentibus membranis. Heins. quidem est totus et tutus siepe commutari, hic tamen nihil novandum puto: nam vt supra longum pontum dixit vers. 127. ita hic ad totam nauigationem per omnes ponti partes respicit. ita libro 111. 725.

Dat procul interea toto pater acquore signum

Phoreys. et libro vIII. 103.

> — nec me sua fibila toto Exagirens infesta mari.

fic rotum profundum v. 439. Sin more placet, non explicarem commotum, perturbatum, vt lib. v. 513. fed quod primi ingredimur, et remis mouenus, vt lib. v. 44. vid. ad Ouid: vr. Met. 721. Burk.

v. 307. Incertus] Sic rede Bonon. quoque, et Carrion retinendum, aut i, incertus corrigendum putat i Pius, F cereus malnit. HARL. Nihil et hic mutandum: incersus enim est minans tempestates et imbres, quando niger et obscurus est nubibus, neque perpetuo serenus, ve iam notauimus ad Ouid, 11. Art. 317. fic incertos foles Virgil. 111. Aeneid. 207. ybi vide Seruium, qui obscuros interpretatur. sic incertas faces Statius VIII. 266. et incersos ipsos nausas lib. eod. vers. 372. contra certum Olympum noster lib. 11. 66. pro sereno posuit, et ita patlim alii. Burm.

v. 308. Miste mesus] Ita cod. Carrion. miste manus vulgo, probante Zinzerling. H. Durior locutio, mistere manus pro in coelos extendere, vt Carr. explicuit: vel opus adgredi, secundum Zinzerl. quare nos mesus retinuimus. manu erat in nostro codice a m. pr. iam nunc autem est ab ipso temporis articulo, quo tempestatem minatur aether. vt mox vers. 334. et alibi. Burm.

v. 310. Mensas simul 3 sic ex. Bon. sed rede codex, vt Pius Alma nouo crispans pelagus Tithonia Phoebo.

Discurrunt transtris. hi celso cornua malo

Expediunt: alii tonsas in marmore summo

Praeten-

iam viderat, Minyas, de quibus vide supra ad v. 183. etiam Voshus ad hunc locum, qui laudat Scholiast, Apoll. 1. 129. et Servitum ad Eclogam IV. quem ita legit et corrigit : Socii vero lasonis Minyae dicti, vel ab Argo (lege agro) buius nominis Colchorun (fcibo Iolcierum) vel quod multi ex quadam Minya nati Iafoni se coniunnerint; vel quod Minya losonis terra ania fuerit. Vbi reponit *lasoni materna auita* fuerir. Minyas autem ita dictos ab egro Iolciorum, non Colchorum, confirmat Demetrius Sceplins apud Scholiastem Apullo-Bii , Σαήψε. Δημήτρο. Φησί τός well the Indude besieves Mirbas sperayeques bu. Ceterum in hoc a Seruio abit Apollonii interpres, ait idem quod Minyam, non feminam quandam, aut lafonis metersam suiam, fed maternum abauum fuisse dicat matre Althea Thefii filia, its enim alii omnes. HARL. Scribo,

— Minyis fimul obtulit omne Alma nono crispans pelagus Trithonia Phoebo.

Discurrant transtris.

Is priscis exemplaribus nihit erat nobis praesidii hoc loco: opinor tamen veram lessionem a nobis ese indagatam. insulse Maserius, musis simul obsulis omnes. in verusis codicibus pro Minyas frequenter memses exaratur. sic es supra vers. 227. minsu et mensa habent membranae. Hzins. Fotte legendum,

Minyas fimul extulit ounes.

Pro ex stratis, in quibus somno depositi suerant, Aurora excitavit. sic efferre orbem ingentem dixit libro vi. 345. Burman. S. Minyas omnes sub ortum Aurorae, qua surgente, mare collucebat, Iasoni in conspectum oblatos suisse crispans actum denotat, vt iam vidit Carrion. Harl.

v. 311. Crifpans pelagus] Splemdere faciens reddit Maserius. ego malim radiis solis vndas tremulas perstinguens; Pius notat crifpantes suchus a veteri Poeta apud Gellium x1x. 7. dici mulsigrumos. sed illi sun magni et tumidi suchus, hi leuiter tremuli, super quos sux torta et crispa videtur. Burm.

v. 313. Tonsas in marmore summo Praesentant] Rede explicat Maserius, experiebantur et proludebant quali remigio vero, quo debebant euerrere vndas: nunc in summa aquae superficie se exercebant. ita vtitur hoc vocabulo de Calliope, quae ante legitimum certamen (vt vocat Quindil. Iv. de Inft. 1) praetensas pollice chordas. Ouid. v. Met. 339. et dubito an hoc verbum mutari mereatur apud Claudian. 111. de Rapt. 362. quod ipse Heinfius eleganter reddidit eidem Poetze lib. 11. in Rufin. 477. et Barthius, adducto hoc Flacci loco, ad Stat. 11. Theb. 369. Ouid. vIII. Met. 8.

Praesensasque fui vires Mauertis in Vrbe. Bunm.

v. 314.

Praetentant. prora funem legit Argus ab alta.

315 Increscunt matrum gemitus, et fortia languent
Corda patrum. longis flentes amplexibus haerent.

Vox tamen Alcimedes planctus super eminet
omnes:

Femineis tantum illa furens vlulatibus obstat; Obruat Idaeam quantum tuba Martia buxum.

320 Fa-

v. 314. Funem legit] Nimirum quo anchora erat adligata, et qua fundabant nauem; de prora enim iacitur. puppis fune, quae ora vocabatur, ad terram ligabatur, vnde oram foluere, vid. 2d Quinail. de Instit. procem. Pius vero imperitos Grammatistas oras vocare folere, quae retinacula aliis dicuntur, notat. et funem legere explicat orum intra nauem trahere. fed quo puppis religabatur, ora dicebatur, et etiam retinaculum, quod saepe in subita re praecidebatur, hic vero legebatur, nam legere est eiedum reuocare et contrahere, eodem fensu, vt vela legere lib. 11. 23. Hastam legere et relegere lib. v1. 237. et fila legere et relegere, de quo vide Heinf. ad Ouid. x. Heroid. 105. hinc et terram legere, a fune legendo dictum vult Seruius ad Virgil. 111. Aeneid. 127. quod tamen non satis capio. Argos erat in nostro codice. ab alto codex Vostii. Burm.

v. 315. Languent] Aptum verbum, quo animi illa imbecillitas, quae etiam fortifilmos saepe deiicit, exprimitur. noster lib. v11. 104.

Virginis ecce nouus mentem perstringere languor

Incipit. Sil. 111, 504.

Sed languida monstris Corda virum fouet bortando, revocasque vigorem.

Recte etiam 73 ned noi in hoc verbo observauit Pius. non stent more muliebri viri, sed dolorem intus coquunt, tristantur et ingemiscunt. Bur M.

v. 316. Haerent] Ita inf. 111. 4. caris socium digressibus baerens. Ouid. v11. Met. 143.

Vistoremque tenent, avidisque amplexibus baerent.

Stat, Iv. Theb. 26.

Haeres amica manus. Burm.

v. 317. Vox tamen Vos luntae et Aldi editiones, vnde Heinfius olim coniecerat, bos. in codice, quem contuli, erat, Vox t. A. plantiu superemines omnes. in Coki, vox samen Alcimenes, vt et vers. 335. Alcimene. Burm. v. 318. 325. defunt in edit. Bonon. H.

v. 319. Obruat Ideam] Obruit consensu editi libri. MS. (Carr. et pr. Vatic. probante Heinsto. H AR L.) Obruat. elegans vero huius verbi vsus. Statius I. Achil. vers. 293.

Sed quantum viridis pelagi Venus addita nymphas

Obruit, aut humeris quantum
Diana relinquit,
Naidas effulget sautum.

Val. Max. 1. 1. Obruitur tot etiam illustribus confularibus L. Furius Bibaculus, exemplique locum vix post Marcellum relinquis. Z.1NZ. Barthius 320 Fatur et haece Nate, indignos aditure labores,
Diuidimur: nec ad hos animum conponere casus
Ante datum; sed bella tibi terrasque timebam.
Vota aliis facienda deis. si fata reducunt
Te mihi, si trepidis placabile matribus aequor;
325 Possum equidem lucemque pati, longumque

Sin aliud Fortuna parat; miserere parentum,

Barthius ad laudatum a Zinzerlingo locum, vbi obruit et obstat etiam conjunguntur, notat hoc tamquam Papinianum Verbum, et videtur, quasi Poetae impetnm non cohibentis esset, non admodum probare. sed quid ergo Ciceroni fiet, qui pro Muraen. cap. 1v. mibi autem cum Muraena, iudices, es vetus et magna amicitia est, quae in capitis dimicatione a Serv. Sulpitio non ideireo obruetur, quod ab eodem in bonoris contensione superata est. et Ouidium co verbo ita vsum docet Quindil. x11. de Inst. Orat. 10. lana sincta fuco citra purpuras placet. at fi contuleris lacernae respectu melioris obruitur, vt Ouidins ait. quare tuto eo verbo vei potuit Statius: exquisitum enim est, idem Statius Iv. Theb. 290. Obrueratque deum, id est vicerat Apollinem, ita vt nihil Thamyrae prodesset, scientia videndi futura fata. Val. Max. 1. 1. 9. obruitur tot illustribus confularibus L. Furius Bibaculus: quem locum Zinzerling, iam adduxit. Quindil. Decl. v1. 16. sor voluptates obruere possunt unum dolorem. Decl. 111. 18. suis laudibus pressa et obruta. huius vero loci fensum aliis verbis exprimit Declam. CCCLXXXVIII. Fragor undarum audientium auribus mi-

Fetron. cap. v. et Ouid. 111. Amor. 1. 40. et noster alteri voci obstar eamdem vim rede tribuit. vt ins. vers. 518. et lib. v. 669. Burm.

v. 319. Tuba Martia buxum] Buxum in facris Cybeles adhibitam docet Virg. libro viii.

Tympana vos, buxusque vocae
Berecynthia matris
Ideae. CARRION.

v. 320. Indignos aditure labores] Indignum aparev fiue magnum est, seu quod prae magnitudine non possit aestimari. Sie Ennius Indignas turres dixit magnas. Virg. Ciri vers. 312.

— Haec nobis gravia asque indigna fuere.

Vide Ioseph. Scaligerum ad h. l. Bulagus.

v. 321. Nec ad bos animum]
Voshii cod. Nec athos atimum.
BURM.
v. 322. Bella tibi terrasque] 'Bv

bus consularibus L. Furius Bibaculus: quem locum Zinzerling, iam
adduxis. Quincil. Decl. vi. 16.
sor voluptases obruere possura vuum
dolorem. Decl. 111. 18. tuis laudibus pressa et obrusta, huius vero
loci sensum aliis verbis exprimit
Declam. CCCLXXVIII. Fragor
undarum audientium auribus minorum excludebas sonum. vid. 2d
bus dibus pressa dum morus est,
dibus pressa et obrusta. huius vero
etc. Zinz, probante Heinsio. in
ex. Bon. punctum post parentum
ett quoque sublatum. Hari.
Hoc est, dum mors alicuius adnorum excludebas sonum. vid. 2d
bus metuitur, metus ille tolerahili-

Mors bona, dum metus est, nec adhuc dolor. hei mihi! Colchos

Vnde ego, et auecti timuissem vellera Phrixi? Quos iam mente dies, quam saeua insomnia curis 330 Prospicio! quoties raucos ad litoris ictus

Deficiam,

bilis est, et non omnino pessimus, quia semper aliquid bonae fpei admixtum habet : vbi vero, cuius mortem antea tantum timebam, iam vere mortuus et exflindus eft, tum metus ifte degenerat in acerrimum dolorem. Igitur iam temporis, quo mortem tibi metuo, posium me adhuc folari spe bona, fore vt euadas et superes pericula: vbi autem triftem nuncium accepero mortis tuae, tum fane et ipfa, quanta fum, tota perii. Eft oratio haec Alcimedes succincta quidem et succisa, verum admodum plena multis affectibus, quos obiter legendo non statim aduertas: attentione opus est, Bu L. Barthius ad Stat. vi. Theb. 156. recte censet his verbis Flaccum expressific illa Lucani lib. 11. 27.

Necdum est ifte dolor, fed iam metus.

Non tamen magni facimus super-Stitiosam eius observationem, qua in hoc vnico versu vndecim verba deprehendit, quod confusam mentem notare putat, in quo invento fibi admodum placuisse videtur, cum et repetat ad Claudian. IV. Conf. Honor. 561. non enim puto ad haec Poetam, duin versus pangeret, attendisse, aut articulis verba computasse, sed saepe non modo acutiores suis auftoribus interpretes, fed et stultiores esse puto Poetis, quibus haec sponte effluebant, nec qui in his ineptiis sibi laudem aliquam quaerebant. videtur vero ipsa sententia de medio sumta, et passim sermone in re simili celebrata. sic Ouid. Epist. xv. 102. Denique non timui quod dolitura sui. et Suet. Tib. 13. Non inm mera, sed distrimine. XI. Met. 425. Taniumque dolebo, Non eriam mesum. Epiced. in Drusum 397.

Praeuertitque metus per longo pericula luctum.

Curtius 111. v. Ingens follicitudo, es pene iam lucius in cafiris eras. Mesus enim de futuris, delor de praesentibus malis. Statius etiam hinc colorem duxit lib. vi. Theb. 142.

Vnde ego bella tibi Thebasque ignara tinnerem? Burm.

v. 3a7. Mors bona] V. N. ad Dracont. verf. 3g1. Et fecundum Herodotum lib. v11. cap. x Lv1. δ βάνατ⊕ μοχθησις ίδευς τῆς ζόνε, απαφυγὴ αίρετατάτη τῷ ἐνθρώπα γέγους. WEITZ.

v. 327. Hei mibi) in Vossiano,

amipli Colchos.

v. 330. Raucos ad litoris] Ita vet. cod. Alii, paucos ad litoris, vt inter se opponantur paucos et quotiens: mihi tamen vetusta lectio magis placet. Nemo saus dubitabit. est enim aptisimum epitherum; ita Virg. lib. v1. 327-raucum fluentum vocat.

Nec ripas datur borrendas nec rauca fluenta.

Et Statius lib. v Thebaid. 291.

— Tum demum licore ranto.
Mulco

Deficiam, Scythicum metuens pontumque polumque;

Nec de te credam nostris ingrata serenis!

Da,

Multa meta reputans. CARBION. v. vers. 614. paucos Bon. HARL. Horat. II. od. 14.

Frustra cruento Marte carebimus, Fractisque ranci fluttibus Adriae.

Vide infra ad v. 141. fed notandum hic raucos isus dici. cum alii ipfum mare raucum faciant, quia crebris icibus et fluctibus litus verberat, fed et ita rancum fremitum dixit infra lib. 11. 307. BURMAN.

v. 331. Pontumque, Cretamque] poutum cretamque etiam Bonon. exempl, cui ex cod, adscripta fuit varia lectio duplex crema quod non intelligo, et fretunque, quod posterius etiam Despauterius coniecerat. Quoniam Cresam in priori fyllaba longa est, (quod quidem Schottum non moratur, exceptionem fingens quamdam,) alii legerunt pontum Cretamque, aut Cretom, quae breuem habeat fyllabam, Colchi locum effe putant, aut emendant Cytamque, quae est cinitas Colchica, patria Medeae. Sed quid est commune Ponto cum Cyta? deinde non est alibi Cyta, ad cuius discrimen addi debeat Scythicus, nec Creta illa Pontica a quodam memoratur, vt Carrion bene monuit, recleque reposuit e codice suo lectionem commodiorem pontumque polum-Balbus maluit pontumque retemque. HARL. Locum perplexissimum ex suis membranis optime fic restituit Carrion. Aldus, pontum Boromque. Baptista Pius, pontum Gretamque. Maserius, pontumque Cytamque. Sed factis. Quidius lib. II. de Ponto, Cyraca, non Cyra dicitur vibs eleg. I.

Colchidis. Stephano Byzantinos Κυταία, πόλις Κολχικί, πατείς Mndelag. Lei und ähln Duvhlag. b πολίτις Κυταϊώ. Alii alia commenti sunt super hoc loco. Deficiam duo Vaticani, Defigimus. Pomp. Sabinus ad Virgilium Ecl. 1. Deficiens. prior Vaticanus, Deficiamus Scyrbicum, puto, Deficiar. sic loquebantur optimo acuo. adeantur, quae annotamus ad Epistolam Oenones Nasonianae sub finem, vbi plura exempla congetti huius verbi. HEINS. Adferipferat et Heinhus codici suo forte legi posse, pontum, Actamque, vt mox vers. 245. Scythici regisque marisque victorem dicit. Deficiam vero mutare non est opus. etsi enim deficiar dicatur recte, non tamen damnandum deficiem. fic nofter lib. 1v. 25.

In duris band omquem defice rebus. plura vide ad Quindil, decl. CCCXXXIX. BURM.

· v. 332. Net de te credom nostris ingrata serenis] Adeo male tibi metuam, vt etiamli interdum vel bonum de te nuncium accepero, vel ipsa aliquid boni siue pee fomnium, fiue alia per indicia de te concepero, tamen non sim creditura, vt etiam ingrata videri pollim tum in numina, quae nunciati curabunt, tum in te ipfum, vtpote quem plane infelicissimum credam omnium hominum, et non ea praeditum virtute, vt fuperare obiecta possis pericula. Serenis valet gaudiis de te mihi

Tandem

Da, precor, amplexus, haefuraque verba relinque Auribus, et dulci iam nunc preme lumina dextra.

335 Tali-

Tandem aliquod pulfa curarum nube ferenum Vidi, fortunae verba dedique meae.

Idem 1. Trift. 111.

Vt tamen banc animi nubem dolor ipfe remouit.

Bulagus. Non cepit Poetze mentem Bulgeus, cum ferena hic non fint gaudia, et boni nuntii a filio accepti, sed dies seroni, quos Alcimede in Theffalia manens, videns, non ideo credet, nullam tempestatem in ea parte orbis elle, in qua Argonautae oberrarent, sed semper rimebit filio suo nauiganti, etsi domi fint dies ferenistimi. ita primum ferenum lib. II. 403. pro primo die apto nauigationi. Sucton. Aug. 94. repente liquido ac puro fereno. Iul. Obseq. cap. Lv. Narfiae fereno nimbi orti et bomines duo exanimari. vbi vide Scheffe. rum, et apposite ad nostri senium Statius lib. III. Silv. 1. 81.

Laesique sides reditura sereni. Et eleganter Calpurn. Ecl. v. 46. Lucan. 1. 530. Claudian. 1v. Cons. Honor. 425. quae fraus insida sereni. et Bell. Get. 49.

Aut coniuratum querimur splendere serenum.

Credere vero ferenis eleganter etiam dictum, ad exemplum Maronis IV. Georg. 192.

- Aut credunt coelo aduentantibus austris.

Et Ouidii II. Fast. 453.

Orea dies fueris: tu credere define ventis.

Perdidit illius temporis aura fidem.

vid. Marcil. ad Tertul. Pall. cap. 11. p. 37. Ingrata vero acute dictum, quia incredulitate sua nihil debebit serenis diebus in Thessalia, qui spem ipsi facere sereni possent etiam in ea parte orbis, qua ferantur sine periculo Argonautae, et promittere bonam nauigationem, Burm.

v. 333. Da precor amplexus, baefuraque verba relinque Auribus] Morituri suos prius amplexabantur, et extremum alloquebantur, dum poterant. Seneca in Medea act. III. Sc. 11.

Suprema certe liceat abeuntem loqui

Mandata, licear vleimum anplexum dare.

Lucanus lib. III. 746. 747. Elegans et eruditus Poeta Sanazarius lib. I. eleg. III.

Atque anima tecum iam fugiente loqui.

Tibull. lib. 1. eleg. 1.

Te spectem, suprema mibi quan veneris bora,

— Te tencam moricus deficiente mann.

Confer quae huc facientia conflipauit sedula Musarum apis, Ian. Gruterus lib. Iv. Suspicion. cap. 1. Et adde Nostrum lib. 111. 326. BULAEUS.

v. 333. Verba relinque] Et hoc placuit Statio, qui lib. 11. Silv. 1. 152.

- Tibi ora mouet, tibi verba relinquit. Burm.

v. 334. Iam nunc] Id est praecipe officium, quod absens mihi praestare non poteris, sed in antecessium matris, te non visurae, posthac 335 Talibus Alcimede moeret. fed fortior Aeson Attollens dictis animos: O si mihi sanguis, Quantus erat, cum figuifero cratere minantem Non

posthac oculos preme. vid. sup. verf. 308. Bunm.

v. 337. Signiferum tratera Nifantem] Monuerunt me quidam non indocti, hie non legendum, fignifero cratere Nysantem, (qui fuit Centaurus) ve omnes vulgati habent, fed figniferum cratere Mimantem, cuius Horatius meminit, lib. 111. od. 4.

Sed quid Typhoens es validus Mimas:

Quibus tantisper affensus sum, dum veram lectionem affecutum me putarem; videbam enim haec duo nomina, Mimantem et Pholam, inter se minime cohaerere posse, nifi legeretur, Nec leniore; verum exemplar manuscriptum nactus, in quo haec erat scriptura, figniferum cratera minantem; plane gestiens a priori sententia desciui. Virg. imitatus est, qui Georg. 11. 455. inquit, (vbi vide Heyne, H.)

Bacchus es ad culpas causam dedit, ille furentes Centauros leto domuit, Rhetumque Pholumque, Es magno Hylacum Lapythis cratere minantem.

Pet figniferum tratera, accipio vastum aliquem scyphum, non alium ab eo, quem Quid. x11. Met. 235. in pugna Centaurorum et Lapyth. celebrat.

Forte fuit iuxta signis exstantibus afper Antiquus crater, quem vaftum vastior ipse Suffulie Aegides: auerfaque iecit in ora.

Nam quem hic figniferum, ille fignis exflantibus afperum dicit. praeterea Stefychorus Lyticus scribit, Pholum impleuisse Herculi trium lagenarum craterem, quem ipse prius obbibiffet, amplius fuerit oportet, qui quatuor er viginti fextarios caperet: verba adscribam.

Enucler de Aufthr, démas Superger ůς Τειλάγυνον. Mier laigiper. , to la of auglbyus bid. negásus.

Meminit et eius crateris Statius, quem duo inuenes vix portabant, et hinc illud luuenalis est, x11. Sat. 44.

- Vrnae cratera capacem Et dignum sitiente Pholo.

Vt monuit Iunius IV. Observ. 5. CARR. Adseruit hanc lectionem Gronouius noster Observationum libro IV. cap. xvII. in primo Vaticano, figniferam Sinain. mendosssime, quo et alii duo eiusdem Bibliothecae adludunt, figniferam fin aut. Carrionis liber, vt expreilimus. Ceteri codices, tam editi, (Bonon. Ald.) quam scripti, fignifero cratere, quod et mihi mutare religio est, cum meminerim horum Maronianorum Georgicon secundo, v. 455. fqq. sic noster v. 572. Pro minantem perperam codices nonnulli, nifantem: nec felicius Baptista Pius, Mimantem: ad Pholum enim haec referenda. etiam, Quantus eram, idque tertius Vaticanus confirmat, infra

Qualis eram, nondum vinclis es carcere clausus. G

HEINS.

Non leuiore Pholum manus haec conpescuit auro!
Primus in aeratis posuissem puppibus arma,
340 Concussoque ratem gauderem tollere remo.
Sed patriae valuere preces, auditaque magnis
Vota

HEINS. Nifautem etiam noster codex. Burm. etiam Bonon. nifatem cod. H.

v. 338. Non leuiere auro] acque magno et graui pocule aureo, quam Pholus tollebat, vid.
lunium lib. Iv. cap. v. BuLAEUS. Vid. supra ad vers. 148.

v. 338. Tolum] Tholum, nomen itidem alterius Centauri, quem cratere confecit Aelon, ex. Bon. sed Pholum cod. vti coniecit. Pius. H. Sic libri vulgati et manuscripti, sed cum nusquam de Tolo legatur, libenter hac in parte subscribo Sabellico, et cod. Lugdunensi, qui legunt Pholum: praesertim cum et Acton et Pholus illi bello interfuerint. Originem vitii hanc fuisse existimo; cum scriptum esfet, Folus pro Pholus, (veteres enim promiscue f. et pb. vtebantur.) fuerunt, qui non f. sed e. esse arbitrarentur. Nam in veteri meo codice, forma huius literae quam fimillima est litera f, et Folum in Tolum permutarunt, nec obstat his quod Ouid. Theseum craterem illum in alium coniecisse dicat: Virgil. vero Hylaeum Lapythis, (quemadmodum Valerius, Pholum Aesoni) minitatum scribat; sieri enim potuit, vt dum plures minitarentur, vnus tandem coniecerit. Quod autem verbum minandi iunxit acquirendi casui; id et Poetis et Oratoribus familiare est. Cic. Tusc. primo c. 43. Theodoro cum Lifymachus Rex crucem minaretur, istis quaeso, inquit, borribilia minisare purpu-

ratis suis. Horat. Od. 1x. Epod. 7. minatus vrbi vincla. CARR. Pholum Aldi et Gryph. Edit. nec leuiore manus Pholum MSS. quem vidi. Burm.

v. 340. Tollere remo] pellere reme Turneb. in Aduers. correxit, sed inuitis et libris, et Carrione atque Heinsio, qui laudauit loc. 111. 471. ac Lucan. 111. 526. HARL. Recte nil mutant viri docti, remigando enim fupra fluctus nauis erigi videtur, fic fere inf. v111. 328. Sic apud Curtium lib. IV. 3. legendum cenfebat Heinfius, tamen remis pertinacius exerberatum mare, veluti erigentibus nauigia classicis, cessit: vbi vulgati habent, eripientibus. agitur vero de tempestare quae connexas naues in profundum ferebat: et hinc Graeci in hac re verbo ávzelesiv faepe vnintur, vt dναφέςειν κώπας Thucydid. 11. 84. quod videndum an huc facere posiit. sed frequentius d cunt Poetae, aequor etiam tolli remis, vt inf. 111. 472. acquora pellore tollunt. Vt avapigeiv Too naudava Polyb. lib. 1. 60. Pellere et pulsare aequora remis millies quidem occurrit, vid. ad Ouid. v111. Met. 103. fed licet haec verba saepe apud Nasonem et alios commutari sciam, hic tamen contra libros nihil puto nouandum. BURM.

V. 341. Valuere preces] Ouid. 2111. Met. 128.

Si mea cum vestris valuissent vo-

Sic

Vota deis. video en nostro tot in aequore reges, Teque ducem: tales, tales ego ducere suetus, Atque sequi: nunc ille dies, (det suppiter oro) 345 Ille

Sic valere regando idem II. Met. 183. Bunn.

v. 342. Deis videam nostro] Vs dens nostro tot in aequore reges codex Carrionis, qui id probat. Aldinus, videam vs. aliae editiones, videam nostro, vel, video; quod postremum ex coniccura est Bapt. Pii. pr. Vaticanus, vs deque; tertius et quartus, vs deque; tertius et quartus, vs des fecundus, videam, corrige, video en nostro tos in aequore reges. diximus ad Ouid. Metam. vs. 650. sic supra resticuimus, vets. 226. cerno en thalamos ardere ingales. et insta vers. 639.

- en quanto fremitu se sustulis Aegon.

HEINSIUS. Ad Ouidium Heinfius, nostrum aequor, explicat, quia eius aperti gloria lasoni debebatur. vs dent noster codex. Bupm, sic quoque cod. noster collatus. deis. videam nostro Bornon. reges, h. e. Minyas, heroas, duce lasone, ad egregium opus adniti. HARL.

V. 344. Atque sequi, nunc ille dies det supiter oro Ille super]
Perplexa nonnihil haec sunt, deinde cum tales se duxisse iam dixerit, vitiose decrescit oratio, subiungendo, asque sequi. hoc enim aut të ducore praeponi debuit, aut omnino tolli, primus Vaticanus, Adque sequi. quid si segas?

Desque sequi nunc ille diem, des Iupiser oro,

Ille super.
Super pro insuper, praeteres.
(Pius interpretatur, superest, aut
Supersis). Ille supiser Maronia-

num quoque est; Aeneidos vii. vers, 110, ex optimis membranis,

Fic Inpiter ille monebat.
Vbi plura ad rem adnotamus.
eodem libro.

Hand paser ille velit fummi regnasor Olympi.

Fuit, cum corrigendum arbitrarer; Seasque equidem nunc ille dies (det lupiser oro) Ille super.

HEINSIUS. Peccasse hic mihi vir egregius videtur, vt faepe, nimia nouandi libidine, qua acute nimis verba Poerae expendens, decrescere orationem purabat. Quid? non saepissime praepostero illo ordine Poetae et oratores vti sciebat? sed non opus eo commento: nam qui decore magis hic Aesonem verba facientem inducere poterat Flaccus, et generosi animi signa edere, quam vt se et sequi praestantes laude viros, et etiam ducere folitum affirmet. sic ipse lason, quamuis dux, meliori se non negat parere, lib. v. 490. apud Statium vii. Theb. 375. Etheocles,

Mognanimi reges, quibus band parere recufo Ductor, es ipse meas miles defendere Thebas.

Vnde et confici posset ordine haec Poetae verba procedere, praecipue si, quod supra iam notauimus, reges veteres, magis primos inter proceres fusse, quam, vt hodie, imperiose illis dominantes cogitemus. et hinc saepe colores duxerunt alii in laudanda G 2 mode.

THE PARTY OF THE PROPERTY OF THE PARTY OF TH

345 Ille super, quo te Scythici regisque marisque Victorem, atque humeros ardentem vellere rapto Accipiam, cedantque tuae mea facta iuuentae. Sic ait. ille suo conlabsam pectore matrem Sustinuit, magnaque senem ceruice recepit. 350 Et iam finis erat: Zephyrumque ratemque mo-

Soluerat amplexus tristi tuba tertia signo.

Dant

men. Paneg. Constant. cap. xviii. Quid multa? confitendum oft, imperator, boc tuo vigore corporis, boc mentis ardore laborasti interdum, ve, quem ducebas, sequereris exercitum. Pacat. Paneg. Theod. cap. xv. bis te viris semper dedi-Bi, quod adfestare publica deberet imitatio, qui quam faciles tibi fuissent sequacesque discipuli, tam ceteris expetendi effent magifiri. vbi nollem Barthium lib. xxiv. adv. 2. eiicere to fequaces, vt glossema. Plinius lib. viii. Ep. 14. de militia togata. Inde Adolescentuli statim castrensibus stipendiis imbuebantur, vt imperare parendo, duces agere, dum sequuntur , adfuefterent. et nequam ille Encolpius apud Perron, cap. xcix. vel fequimini me, vel, fi manultis, ducite. Dicator apud Liuium vii. 15. ad Tullium, Etquis fequeretur corum, qui modo ducturi fuerint. Marcellus apud eumdem ad milites lib. xxiii. 45. bine vos ex tam opulenta vrbe praeda spoljisque onustos vel ducam quo voletis, vel sequar. Coenus apud Curtium lib. 1x. cap. 3, 5. si perseueras, inermes quoque es nudi et exfangues, vecumque tibi cordi est, sequimur, vel antecedimus. Velleius II. 125. defuit qui rempub. duceret, non qui sequere-

moderatione Imperantium. Eu- tur. Nimit forte sumus, sed tot loca oftendunt nostrum, quasi ex formula loquentem, minime esse sollicitandum. Insolentiae et superbiae contra vocem plenam Lacedaemoniorum nobis dat Arrian. de Exped. Alex, lib. I. I. qui Alexandro petentia ve dux in patris locum Graeciae constitueretur, respondent, #9 είναι σφίτι πάτριον Επολμθείν Ελλοις. an, autos ander Tenyeragan, non esse sibi patrium alios sequi, sed alios ducere. Burm.

v. 347. Cedantque] Cedamque Vostii Cod. Burm.

v. 349. Senem] Senex de foe-Turneb. lib. xxx11. cap. xv. Bulaeus. Ego Senem de Aesone cum Pio caperem, vterque enim parens in amplexus lasonis ferebantur. et dum collapsam matrem pectore fouet lason, Acson ceruici eius brachia iniicit. confer. Apollonii lib. 1. 268. De voce vero Senex vide plena manu copias eruditae elegantiae praebentem Broukhusium ad Tibul. I. VII. 88. magnam cervicem lasoni vt heroi tribuit, de quo vide, quae notamus ad Albinov. in Drus. 224. et inf. 658. Buzm.

v. 351. Solverat amplexu] Ica vet. cod. Carrion. morantis folu. amplexus Bon. Ald. al. in quibus-

Dant remo fua quisque viri, dant nomina transfris. Hinc laeuum Telamon pelagus tenet: altior inde Occupat Alcides aliud mare: cetera pubes

355 Dividitur, celer Afterion, quem matre cadentem Cristatus gemino fouit pater amne Cometes,

Segnior

dam est morantes, fed idem est. H. Pius et Maserius iam morantis ceperant acculatiuo casu, amplexus enim illi et oscula morabantur muigationem. ita ofcula per longas immere pressa moras. Quid. 11. Ep. 94. vide eumdem Ep. v. 45. et legg. Burm.

v. 352. Dans remo sua quisque tiri, dant nomina tranffris | Duplex poffet Argonautarum hinc class statui, yt quidam remis impellerent nauem, alii in tran-Aris reliqua ministeria expeditent. vel possent per in dia dueste capi, vt in transfris sedentes ordine remigarent. dant nomina autem posser ita capi, vt sorti suefit commission, quo ordine sedetent. ita certe lason apud Apollon. 1. 357.

ŰTRÁ TE TÉVTE 'Ετλίμενοι πεπάλαχδι κατά κληΐδος ίρετμά.

Arms antem omnia imponentes rewes per transtra fortiemini. Quamvis noster rationem roboris et victutis potius habitam fuisse hgnificet, cum Telamon et Hercules primum locum occupent: et hipe dare nomina a delectu Romanorum rectius cum Pio deducas. fic lib. v. 118. none nomina de supplemento dicit. vide et Livium 11. 30. x L 11. 32. et paclim, Bur M.

v. 353. Hinc laenum Telamon pelogus tenet | Laeno pelago Oxozientis liber; quomodo Grono-

cap. xv11. confirmant tertius et quartus Vaticani. in primo, luvom pelagus. HEINS.

v. 354. Aliud mare] Aliud, quod ex aduería seu dextra parte est, accipe: id enim notat. Plaut. Mostell.

Quo nemo adaeque innentute ex omni Attica Antebac est babitus parcus nec magis continens, Et nunc in aliam partem palmam

poffidet. Vid. Guil. Canter. I. nov. left. IO. ZINZERL.

v. 355. Celer Afterion] Statius IV. Theb. v. 723. Et nunquam in ripis audax Erafinus, et aequus Fluttibus Allerion. Ibid. v. 121. Ques celer ambit Asterion. Vide Apollon. Rhod. lib. 1. vers. 35. WEITZIUS.

v. 355. Quem matre carentem Cristatus gemino fouit pater amne Cometes] Matre cadentem Barthius ad illa Claudiani libro primo in Rufinum vers. 92. de matre cadentem Suscepi. Heins, carentem Cleneus gem. exempl. Bon. HARL.

v. 356. Cresbaeus gemina] ego secutus Orpheum, Penens logo. Prus. Allufum est ad nomen cometae. nam, vt ait Plinius, Cometas Graeci vocant, nostri crinicas, stellas horrentes crine fanguinee, hos versus ve plerosque alios, quos longum effet adferre, ex Apollonio transtulit, (quos Heinfius quoque polea vius ad Liuium libro xxvii. laudat, id eo hic omiti. HARL.) Quam-G 3

Segnior Apidani vires vbi fentit Enipeus: Nititur hinc Talaus, fratrisque Leodocus vrguet Remo

Quamquam nullum addit Cometae epithetum; cur vero a nostro dicatur Creeneus aut Claenacus, a Claenaco promontorio; vt alucinatur Maserius, (quem multis refutat vituperatque Balbus, qui Chreshwus contra cenfet legendum esse. H.) certe non video. quare seruaui vet. cod. lectionem, cristatus: si quis alteram priorum malit et solidam rationem attulerit, cum illo non pugnabo. CARRION. Cristanus est ex codice Carrionis, quod tamen mendosum videtur, primus Vaticanus, Crestus. Forte, Pirefius. nam Crethaeus, quod in vulgatis libris est, ferri non potest. sed nec Maserii coniecturam probo, Clenaeus reponentis, a promontorio Clenaco, nec probandum 70 Peneus Baptistae Pii, qui non deesse affirmat corrigentes, Caesaeus. Pirefius cur videatur scribendum ex Apollonio et Orpheo liquebit. Apollonii locum nofter aemulatus eft.

βα Κομήτης
Γείνατο δινάεντ () - 1φ' () Δαειν 'Απεδανοΐο
Πιρεσίας, 'Υρε (() - Φυλλήθε Αγχόθε
ναίαν.
'Ενθα μλν 'Απίδανός τα μέγας καὶ
δτος 'Ενιπεὺς
"Αμφω συμφορέονται ἀπό προθαν
εἰς ἐν 'Ισντες.
Νας abludunt illa Orphei.
v. 463. Posst qui rumpere terras] Inrumpere puto; nisi rumpere pro inrumpere ponitur. certa, libro III. pro erumpere occurrit. HEINS. Vide hic Weitzii notas.

v. 464. Deprendere] Proprium et elegans verbum, de rebus latentibus et occultis, cum reteguntur. Claud. Bell. Get. 103.

Arcanum tanti deprendere regnis Flor. II. 17. Cadentem in maria folem, obrutumque aquis ignem non fine quodam sacrilegii metu et borrore deprebendit. id eft vidit. Burm.

v. 465. Terras dabis] Id esta

Et dabit aftra rati; cumque aethera Iuppiter

Perdiderit, solms transibit nubila Lynceus. Quin et Cecropiae proles vacat Orithyiae,

Temperet vt tremulos Zetes Fraterque ceruchos.
470 Nec vero Odrisius transtris inpenditur Orpheus,
Aut pontum remo subigit: sed carmine tonsas

cursum dirigere debeat Tiphys. lib. III. 484. quosque debar densa erabe Mysia montes. Petron. cap. CXIV. Siciliam modo vensus dabas. vid. III. 598. Burm.

v. 467. Perdideris] puraueçat olim Heinsius, abdidarit, vel condiderit esse legendum, quo verbo saepe in hac re vruentur scriptores. sed et perdere hic probum, pro obscurare et inuoluere tenebris, ne prospici queat: vt bene Pius. ita stat. x11. Theb. 692.

Sed puluere crasso

Caligare diem, es Tyrios iuga

perdere montes

Adspicit. Burman.

v. 467. Solus transibit nubilo Lynceus] Forte, solirus; ve libro BIL. verf. 45. solirus; ve libro BIL. verf. 45. solirus; ve lesses in Non mouends vox solus. praeter enim Lynceu fioc nemo praesture poterat.

v. 463. Quin et Cecropiae proles quecat Or.] Francius volebat, Quin nec. sed non percepit meutem Roetae, qui hic recenset eos Argonauras, qui immunes a temigandi munere erant, vacant ergo a remigio Boreadae, vt alium vitum praestent, scandendi nimigum malum, vt antennas et vela curent, vt egregie Pius explicuit. Burm.

v. 469. Fraterque ceruchos] Rudentes, quali tà négara Exertes: suas vero habent hi in pup-

pe ansas, ad quas religantur: propterea tremulos dixit. Apuleius lib. vitt. puppis intorta cerucho, voi multa Beroaldus scitu digna habet; et Coeffus lib, xxx. cap. x. Lucanus etiam bis ea dictione vius oft lib. viii. 177. Instabit summis minor orsaceruchis: et lib. x. 495. summique arsere ceruchi. de his Virgilius III. Acneid. 549. intellexit, dicens, Cornua velasarum obnertingus antennarum: nam (vt apud Macrobium lib. v. cap. 11. disserit Asclepiades) naualis veli para inferior, patera (cu prera vocatur, media reaxya@4 dicitut, fumma Carchefium: et inde diffunduntur per verumque veli latus ea, quae cornus appellantur. GARRION. Vide co notas Weitzii. fretresque habebat codex Coki.

v. 470. Inpendisur } Gravisimum verbum, et quod excellentiam Orphei pane ceteris Argonautis exprimit, vt qui infigniori scientia, et vi animi maiore infrustus eras, quam vt ad vilia remorum ministeria et corporis laborem dimitteretur. sic Claud. Bell. Get. 418.

Creditur Herculeis Incem renonaffe

Femina, diletti facis impensa mariti. Plura de hoc verbo instra IV. 581dicturi sumus. BURM.

v. 471. Aus pontum] Edit. Pii, (Bonon.) Muster, luntae, Argent. Ire docet, summo passim ne gurgite pugnent.
Donat et Iphiclo pelagus innenumque labores
Aesonides; fessum Phylace quem miserat aeuo,
475 Non iam operum in partem; monitus sed tradat vt acres.

Magnorumque viros qui laudibus vrat auorum, Arge, tuae tibi cura ratis: te moenia doctum Thespia Palladio dant munere: sors tibi, ne qua Parte

Argent. Gryph. Colin. band, ha-bent. Burm.

y. 473. Donat | Donet Ed. Argent. Gryph. Colin. sensus vero est locutionis insolentioris, sed elegantis, remittit labores, et dat ipsi vacationem et immunitatem operis nautici et remigii. Vid. Gronov. 11. observ. 23. et Drakenb. ad Sil. Ital. 1. 487. Male Vius explicat, concedit Iphiclo, vt nauiget cum ceteris Argonautis. Burm.

v. 174. Fessum Phylace quem miseras aeno | Olim heroibus vazii submonitores adhibebantur; quomodo etiam Achilli Phaenix s qui a Lycophrone μχήμων ideo appellatur; Cui ettam a Symmacho lux lib. 111. ep. x111. dum ait: Nec Achilli excusauit aetatis Suar frigus Phaenix monitor. Idem munus Aepitidae apud Virgilium Aeneid. v. yerf. 545. vide et supra vers. 267. Deledi ad eam rem non nist viri moribus et aerate graues. Apuleius lib. x. Met. Es magnam domus cladem ROSES indigere confilio pleniore, ad quendam compertae gravitatis educatorem senem protinus refert. Menrs. ad Lycoph. pag. 165. et 369. WELTZ. Aeui poetice magis scripsisse vatem, credit cl. Herel. in epist. critica. p. 68. et laudat v. 771. aeni rudis alsera proles. HARL.

w. 478. Sore sibi, no qua } Leua mendum est, sed quod turber orationis elegantiam. scribe, fora sibi ne qua. fors pro forte. vt libro 111. 665. IV. 620. lib VII. 129. vt illic etiam scribendum monui,

Curaque, qui profuga fors ima

nam forfan tenet minus concinna nunc illic circumfertur, Horarius Oda xxviți. lib. 1.

— fors es Debita iura, vicesque superbae Te mancant ipsum.

Ita verusti illic codices. Proper-

— sed fors et in bora Not ipso eietto, carior alter erit.

Vbi nolim magnus Scaliger reponeret, fors sit. Vide Passeratium pag. 280. Virgilius lib. x1.
50. Fors et vota facis. HEINS.
Dubito, an eiicienda vox fors,
quae huic loco longe accommodatior, quam fors. quae laepe,
quidem abiit in sortem, sed numquam, quod sciam, sumitur pro
parte aut munere, quod alicui
obuenit, vt hoc loco cum omnibus Argonautis suae essent partes
adsignatae, Argo sors euenit cura
ratis, vt prouideat, ne rimas
agae aus satiscat. Hogae, 1. Sag. 1.

Vε

Parte trahat tacitum puppis mare; fissique fluctu 480 Vel pice vel molli conducere vulnera cera.

Peruigil

Vi nemo, quam fibi fortem Seu ratio dederit, seu fors obiecerit ipsa.

Vbi aperte distinguuntur, vide ibi Lambin, Ouid, xvii, Ep. 113.

Sed fine, quam sribuit forcem forcuma, tueri.

Male Pius nequa fors explicat, ne aliqua finisferitas aut aduersa fortuna aquam in nauim compelleret. srabas vero eodem sensu, quo bibas, vid. ins. 111. 609. Burm.

v. 479. Fixaque] Scribe, fissaque a findo, et interpretare aperta, rimosa, hiucla, hiantia. Pros. Fessaque lustu primus Vaticanus ceterique cum Carrionis libro. Alii, (vt in ex. Bonon.) fixaque; fed fissaque non videtur mutandum. Possit fessa etiam vel quassa reponi. fissa tenui rima paries apud Nasonem Metam. Iv. et fissis obba, non bene obstructa apud Persium Sat, v.

Exhales vapida laefum pice fiftlis obba.

Ita in optimis membranis Bibliothecae Leidensis inueni, satis adposite, ets fessiem obbam illic non danno. Heins.

v. 480. Concludere] fic quoque in ex. Bonon. HARL. Vetus cod. conducere, quod verbum nescio an satis huic loco conueniat. CARRION. Vbique veteris codicis lectiones victosissimas domanic contextu Carrion. Hic vero ne in notis quidem Valerio adseruit, quod in scripto est, conducere cera vulnera. id quod tamen elegantissimum est. conducere est contrahere, soviéquir. Ouid. 1. Met. vers. 571.

Deiestuque grant tennes' agitatio fumos

Nubila conducit.

Add. Gifan. Ind. Lucret. in conducere. Nec officit, quod reuera rimae non conducuntur, fed obligantur: si enim vulnera proprie loquendo conducuntur, cur, fi rimag nauis semel vulnera dixit, non perstet in meraphora, vid. Promultidis nostrae cap. x r.v. ZINZERL. Elegantissimam hanc lectionem ex V. C. Carrionis Valerio nostro restituimus, vulgo concludere. Sed conducere est swiyear et contrahere in vnum. Notandus autem praesens Valerii locus, propterea, quod hinc conftet, voum in naui fuiffe, qui rimis nauis prouideret. idem indicare videtut Diodorus Siculus in IV. vbi ait Argum cum Argonautis nauigaffe "vene va 3e-इस्मार्थराम केरो प्रके सर्थरणक मार्थम प्रमुद Quin et hodie naues bellicae habent vnum, qui rimis et vulneribus nauis prospiciar, quem fabrum naualem nuncupant. Vos-Scripfi codices, conducere. probe; quod Carrion non intellexit; atqui nihil elegantius, aut magis proprie poterat dici. Nos ad Nasonem libro Iv. Metam. verf. 375. nonnihil diximus. Solinus capite x x x 11. Coeno deinde plagam obligeit : vsque dum valnus conducatur in cicatricem. cotitra diducere oras vulneris apud Celfum aliosque medicos non raro. Supra 207. nubila ducere habuimus, ducere rugas fimiliaque passim obuia apud scriptores. DEO conducere, contrabere, HEINS. Satis adfertum a viris doctis 70 conducere, quod requirit vox vul- Pernigil Arcadio Tiphys pendebat ab aftro

Hagniades; felix stellis qui segnibus vsum,

. Et dedit aequoreos coelo duce tendere oursus. Ecce per obliqui rapidum conpendia montis.

485 Ductor auens lactusque dolis agnoscit Acastum,

Horrentem iaculis, et parmae luce coruscum.

mes et fissuras notat, ita de calceo luuenal, 111. Sat. 150.

Vel ficonfuso vulnere crassum, Atque recens linum oftendit non una cicatrix.

Manil. I. Aftr. 719.

Quid? quasi non timeent magui cum vuluera coeli

Confriciant, feriatque oculos iniuria mundi.

loseph. Mcan. 1. 477. vulnera mari dixit, ve notat Weitzius, et ea-'dem figura Horatius dixit 1. od. xiv. 5. malum funcium. Ita Thucydides saepe dixit resuperirseiver rav reer, notante Polluce libro 1. cap. 12. 5. 125. vbi vide notas, et eius imitator Livius lib. "XXXVII. cap. XXIV. Ipfins Endani muleis iffibus vulnerata nanis era et cap. xxx. Romanorum duar neues fractae suns, vulnerathe aliquet. Quod autem Voffins Inflit. Orat. IV. cap. VI. 5.5. er hoc loco obseruat, rimas navium cera fuisse impletas, et id pracis observatum credat, fallitur, fi de sola cera acceperit, cum cera bic notet picem cera mintam, vade cerese passim naves Poetis dicantur, et a plurimis fit illustratum. vid. fupr. vers. 128. er Scheffer, de milit. Nav. 1. cap. v. Burm.

V. 421. Pendebat ab Aftro] Pen- vittis. HEINS. dere vel Suspensum esse ab astris, ell totum corum nominibus exigendis esse occupatum. Barth. ad locum Flacci.

mra, quae Poetica locutione ti- Cirin. n. 7, Ita: adfixum aftris nauram dixit Silius lib. vit. Supra vers. 419. affidua Tipbys vulsum lassatus ab Arcto. Weitz.

> v. 482. Stellis sugnibus] Adludi ad Booten et alias circa Polum stellas secte norauit Maserius, vnde passim tardae a Poetis dicuntur, his vinu dediffe Tiphys dicitur, eum docuit nauigantibus vrile elle ad eas curfum dirigere, cum antea inutiles generi humano viderentur. Lucan. x. 115.

Stabatque sibi non segnis Achates. Burm.

v. 485. Ductor auens lactusque dolis adguoscit Acastum] Ouans denuo scribendum videtur, vii supra ad vers. 100. monuimus. pro lactusque dolis adgnoscie, fors etiam relicium a Valerio. Laerusque doli cognoscit; sic enim amat, vt pluribus dicemus libro vį. vers. 264, Heins.

v. 486. Horrentem iaculis] in iaculis ab iplo scriptore elle nullus dubito. respexit videlicet, ve patfim alias, Maronem fuum lib. v. Aeneid. 37.

Horridus in iaculis et pelle Libystidis vrsae.

noster infra vers. 642. trifida Nepeunus in hasta. libro v. vert. 594. Campefus in Spoliis bic tigridis. ibidem, vers. 349. Talis et in Pius exponit oneratum corito ex pelle horrentis ferae, vid. Heins. ad vitimum

v. 487.

Ille vt se mediae per scuta virosque carinae Intulit; ardenti Aesonides retinacula ferro Abscidit, haud aliter saltus vastataque pernix 490 Venator cum lustra fugit; dominoque timentem Vrguet equum; teneras compressis pectore Lasting to groups tigres.

Quas astu rapuit pauido: dum saeua relictis Mater in aduerfo catulis venatur Amano.

V. 487. Ille vt fel Forte, inde. omnes, nisi quod in Alardi ve reperio, quod l'equutus Heinfius, vid. ad Ouid. Iv. Falt. 255. apud quem saèpe hae voculaé permutatae. De locutione se inferre egimus ad Quinclil. Decl. x111. cap. xv. vid. et infr. ad lib. vit. 364. BURM.

v. 490. Dominoque simensem Vrguet equum] Elegantius hoc multo, quam quod Statius in hac re iv. Theb. 316. equum ipfum praedatorem dicat. frequens vero haec comparatio Poetis. vid. Claudian, III. de rapt. 263. et ibi Demfterum et alios, mallem etiam legere, venator quam lustra fueit, quod requirere mihi praecedentia, band aliter videntur. BURM. confer Virgil. 111. Georg. 102. fqq. er fundum comparationis Homer. II. Y. 362. fqq. H.

v. 491. Complexus pectore] Vetus codex, compressus pettore. prius magis placet. CARRION. Conpressus in Carrionis libro, et nostris, excepto primo Vaticano. Elegans Graecismus, nec intellectus Carrioni. sic supra 397. casusque tuos expressa. Et vers. Gryph. et Colin. Edit. 402. coelata metus arma, libro II. fub finem,

Pocula bellorum cafus expressa recensum.

Tacitus Hiftor. 111. cap. 74. HEINS. Vbi etiam editiones modicum fatellum foui Conferuetori aramque posuit, casus suos in marmore expression. Sic MSS. quo fum vius; vulgo, cafusque fuos in marmore express. plenus horum Graecismorum notter. HEINS. Compressus etiam Coki codex. sed in loco Taciti expres-. sam legitur, et dubitat I. Gronov. an lapfu typorum hic editum fit, expression. sed ita Heinhi manus. fed cur praecedente neutro et feminino, non liceat neutrum adiectiuum subiungere? cum in his faepe variauering veteres. vide Vost. de Construct. cap. Iv. similia fere notauimus ad Ouid. Iv. Mer. 177. et ad Quincil. 1x. de Instit. Orat. 14. et Decl. CCxLv11. vbi neutrius vium post masculina et feminina videbis. Burm. complexus ex-Bon. H.

v. 493. Rapnis panide.] Verus ·codex, et vterque Parisiensis (sc ex. Bon.) hanc habent scripturam: recentiores vero, Rupit povido, inepte. Simili comparatione alibi vius est Virgilius. CARRION. Rupit oft in Argenta

v. 493. In adverso Amano] fic quoque ex. Bon. et probat Heinf. auer fo Ald. et placet Vossio. H. Veraque lectio satis defendi poterit_

Vt pariter propullathis; flant-litore matres: 495 Claraque vela oculis, percussaque sole sequuntur Scuta virum: donec iam celsior arbore pontus, Inmenfusque ratem spectantibus abstulit her. Siderea tunc aree pater pulcherrima Graium Coepta

erit. nam et auersus mons, pro Arrian. 11. 5. montem Amanum a via temoto, attio et filuis ita iln en se videre putats et animal, impedito, ne facile a venatori- genus lupi, quod et Begerus conbus peragretur, qualia tigres et ferae aliae loca petere et colere folent, vide lib. 11. 459. vt mox verl 518. auersue gentes, vbi rechus, aduersue alii. vide Graev. ad Flor. 11. 12. et Gronov. ad Liv. 11. 31. fed magis tumen inclimat animus in aduersum, de quo egimus ad Ouid. 1. Amor. IX. II. et ita omnia loca aduerfa dicuntur, ad quae iter facimus, e regione polita, vt Pius explirat. vid. lib. 111. 420. v. 186. et 275. Virgil. 1. Aeneid. 420.

Aduerfasque adspectat desuper erces.

TIII. 616.

Arma sub adverso posuit radiantia quercu.

IX. 412.

Es venis aduersi in tergum Sul-

In quibus locis eadem fere varietze, sed reste Germanus vitimum exposuit. Quid. xiii. Met. \$41. et aduersa figit modo lumina terra, et ita millies Poetae, eodem sensu opposiens mons Quid. III. Amor. v 1. 7. vbi vide adnotata, rece autem montis Amani hoc loco mentionem fecit, quem Tigribus et feris fuisse frequentem indicat nummus l'arlenfium, quem ad Sardanapalum retulit Begerus Thesaur. Brandenb. et nauem in altum prouestam: 1. 1. p. 501. fed Cl. Gronov. ad vt ita inmensum aequor Virgil. it.

iecerat. Вирм.

v. 495. Claraque vela oculis] Posset quidem reddi candida . recentia, quae nullas adhue fordes contraxerant, et ita ad folis radios lucem quandam reddebant: coniecerat tamen Heinlius, tela, quae vox saepe cum aliis commutata, vt intelligantur hastae, quae cum armis, id elt scutis, in transtris et aliis partibus navis posita radiabant, et certe ita facpe tela et arma videmus iunita. Onid. 1x. Met 200.

Sed nous pestis adest, cui nec virtuse refisti,

Nec telis armisque potest.

Et passim alibi. ita supra vers. 304. de Pelei hasta, quae prora fplendebar ab alta, patlim autem Iplendor ille telis et armis adscribitur, qui augetur folis percuffibne, percuti vero et ici propria in hac re verba, vid. ad Otlid. IV. Metam. vers. 349. V. 389. et III. Fast. 23 . Bunm. pro sequentur cod. relinquent haud male. HARL.

v. 49 . Inmetifusque ratem fpe-Stantibus abstulit ner] Immensamque tres fcripti, an, Inmerfanque ? V. ad Claud. 1. in Eutr. 13. Nihil muto. inmenfus HEINS. ner, est longum interualtum inter terram, vbi stabant matres, Georg. Coepta tuens, tantamque operis confurge molem,

500 Laetatur: patrii neque enim probat otia regr Vna omnes gaudent superi, venturaque muno Tempora, quaeque vias cernunt sibi cresce Parcae.

Se

Georg. 541. et similia aliis. ali- tertia regna somniat. ter haec exprimit Statius v. Theb. 48?.

Prosequimur visu, donec lassauit

Lux oculos, longumque polo contexere vifa est

Aequor, et extremi pressit freta margine coeli. Burm.

v. 499. Operis consurgere mo-Lem] Глико Жини, quo rebus inanimatis sensus et actio tribuitur. Sic Virgil. O fortunati, quorum noua moenia surgunt. Plinius lib. x. ep. L. Opere, quod furgit. Alcimus lib. v. vers. 472. Coeptis desistunt oppida muris, Nec sulitum consurgit opus. Ouid. v11. Metam. vers. 282. Mollia pabula furgunt. inf. lib. 11. vers. 735. Nec procul ad tenuis surgit confinia ponti vrbs. lib. v. vers. 39. Bina (nefas!) toto pariter mibi funera Surgunt littore. WEITZ.

v. 500. Laetatur] Male, laetatus. HEINE. Sed tunc non video quid faciat nec enim; non enim absolutus erit sensus, si laetatus legas, nisi eft subintelligas. quod minime opus hoc loco. per otia patrii regni, segnitiem Heins. Nec ipse capio sati et torporem aurei seculi intelligit, quo nihil praeter sua litora quae Horas deas intelligit Fius mortales norant, vt recte Mase- nec facile tamen correctione rius ex Ouid. 1. Metam. 100. et ineptus est Weitzius, qui hic de tolerabilis existat, si hic ord forte, qua regnum Saturni, lu- verborum constituatur. Vna cun piter, Pluto et Neptunus sortiti loue omnes superi gaudent, e funt, nugatur, et nescio quae Parcae, quae cernunt ventur

Melio ex Claudiano didicisset, qui li 111. Rapt. 20.

Saturnia postquem Otia, et ignani senium cognon mus a xi.

Et ex Virgilii loco 1. Georg. 12 quem adducit Pius. Nec torpe grani passus sua regna vetern BURMAN.

v. 501. Venturaque mundo Ter pora, quaeque vias cernunt fi crescere Parcae] Locus difficil et corruptus, ni fallor. an, vei tura profundo Tempora? an, ve turaque ponto Tempora? sic aequ ra mundi, pro ponti legitur ma in Syluis Statianis, Propemptio Metii Celeris,

Cui varii flatus, omnisque p acquora ponti Spiritus, ac byemes nimbofaque

nubila parent. Aequora ponti paffim apud Lt cretium occurrunt. Sed ventur profundo Tempora verius est. via autem dixit vt Propert. 111. V. 44

Naturae miferas auximus ar vias.

ventura illa mundo tempora. pe Heinsianas admitto; cum sensu mund Ordine cuncta suo, rerumque a principe cursu Fixa manent: neque enim terris tum sanguis in vilis

Noster erat, cum fata darem; instique facultas 535 Hic mihi, cum varios struerem per secula reges. Atque

ti, pag. 427 fq. 432. 438. et alibi, Harl. Quem enim sensum interrogatio illa facere possir, non

v. 532. Rerumque a principe curful Eleganter, vt saepe Poetae, curfum fatorum pro ordine ipso ponit. sic apud Lucan. lib. 11. initio in codice Turriano erat,

Cursusque et soedera rerum Praescia monstrisero vertit natura tumultu.

Vulgo, legesque et foedera. sed frequens Poetae consuerudo eurfus tueri potest, sic enim idem lib. vi. 423.

Qui stimulante metu fati pracnoscere cursus.

Et vers. 591.

Quaeque suo ventura potes denertere cursu.

Rursus lib. v. 41. fatorum impellite cursum. et veri, 88.

Omnia cursus
Aeserni secresa senens.

v. 534. Cum fata darem] Hinc pater frustra saepe Heinsium data fata apud Ouidium mutare in rata. vid. ad Epist. xvi. 279. Virg. 1. Aeneid. 382. data fata secutus. sic et fata dicuntur dire, quae futura constituunt. inf. iv. 431. Ouod pellere sacum

Quondam fata luem dederunt
Aquilone creatis.

Sic forten dare dicuntur oracula Quid. 1. Met. 389. decresus faso pauor nostro lib. 1v. 704. Burnan.

v. 535. Hic mibi cur] Legerem potius, Iustique facultas Hinc mihi, cum varios strucrem per succuterrogatio illa facere possir, non equidem percipio. At fi, vt dixi, legarur, sensus erit, fuit mihi facultas iusti, id est, iuste, et aequabiliter hominum, atque terrarum fata disponendi, cum rerum immutabilem seriem componerem, hinc. i. ex eo quod nullus tunc mihi in terris filius erat. cuius priuatus amor a recto, et iusto me retraheret. Bai Bus, cui immerito refragatur Bulaeus, vulgatam defendens, bene vero laudat Andr. Schottum 11. Obsf. c. 54. qui ex Apollonio illa esse do-Haec mibi: cur ex. Bon. bic-en h. e. cum cod. rece. Carrion infuauem cod. fui lectionem baec mibi vt bine probat, tune mibi Pius et Maserius minus belle coniecerunt: prior vero quum pro cur melius. Harl. Laurent. Balbus. -- instique facultas

Hinc mibi, cum varios strucrem

per saccula reges. Satis concinne, nam in vetustis editionibus, Hic mibi cur varios, atque ita etiam scripti, nisi quod Oxoniensis, Hic mibi cum, proxime verum; quomodo et Baptist: Pius, secundus Vaticanus, Hace mibi cur, quomodo et Maserius. versu proxime subsequenti Carrion perperam vique ego, pro atque, ex fuis membranis repofuit. eft enim vfus elegans ve atque, vt ab aliis iam monitum. sic Virgilius non femel, mox scripti duo priores Vaticani et Pii codex, Es Tunaim senus. Maserius ex Bononiensi

Atque ego curarum repetam decreta mearum; Iam pridem regio, quae virginis aequor ad Helles,

Et Tanain tenus inmenso descendit ab Euro, Vndat equis, floretque viris: nec tollere contra 540 Vlla pares animos, nomenque capescere bellis Ausa manus: sic fata, locos sic ipse souebam.

Acce-

niensi editione, Tanai tenus, et fane, exemplum adhuc quaero, quod coniungat hanc vocem cum quarto casu. [Maserius Tanai probat recte Carrion autem Tanaim librorum editorum et MSS, au-Storitate, defendit. H.] mok difcedit malit Baptista Pius, quam descendit. HEINS. Haec mibi etiam Cod. Coki. sed bic non mutandum, quod saepe de tempore illo, de quo agitur, sumitur. vid. ad Phaedr. 1. fab. 14. et Ouid. 1. Met. 278. et de Nuc. 133. firuerem reges vero durior locutio videri posset, sed idem ftruere hic est, quod condere, animo suo proponere et decernere reges, qui per saecula ventura imperarent terris. sic lib. 111. 617. v. 453. Vid. inf. lib. 111. 586. BURM. v. 536. Decreta] cod. fecreta, h. e. quae hucusque secreui a cognitione vestra: atque ego hanc h. I. praeferrem lectionem. Lucan. x. 194. Fas mibi magnorum, Caefar secreta parentum prodere etc. vbi cum Oudendorpio, quem vide, deorum e MS. malim. lacrimas-fecretumque, h. e. lacrimas a conspectu hominum secretas, Lucan. 111. 314. ibique v. Burmann. Oppositum est fecreta tegere apud Petron. fragm. p. 679. Burm. fecreta ciuilium facrorum dixit Valer. Max. I. 1. 13. pag. 23. Torren, et, quod nostrae Valerii Flacci menti ell aptius, borren-

dae-fecreta Sibyllae, Virgil. Aen. VI. 10. Harles.

v. 538. Defeendir] Declinat vt a sublimi in deuestiorem, in quantum oriens est principium terrae semper inclinantis. Caeterum delectat lectio, difeedir. Nam plurimum ora Pontica discedit ab Euro, id est oriente, vt qui videamus Tanaim a Riphaeis, qui sunt in septentrione, Maeotim, et ipsam Septentrionalem, insuere. Pros.

v. 539. Vndat equis] Pro, abundat. Claudian. 111. de Raptu: Vndaret neu filua fauis. Infrailib. v. v. 303. lib. 111. vs. 524. Eryth. Ind. Virg. et Ind. Draconcii. WEITZ. Vndat promultitudine, vt bene Pius et Weitzius. pro inmdare etiam poni docuit Barchius ad Stat, 1, Achil, 86, Burm.

v. 541. Sic fata, locas fic ipfe fouebam] Ita ego fouebam, augebam, et extollebam fata locorum voluntate mea propitia, vel fatta lege, hoc est, fatta virorum eorum gloriosa, magnisca vistriciaque fouebam, distingue a verbo tequenti, locas, ita pari sauore locos illos donabam, dotabam, illustrabam, etc. Prus, Distinctione subvenimus huic loco: libro 1v.

Fata locosque tibi (possum quas foluere grates)

Expediam.

Prae-

Coniugio, videt e Graia nunc stirpe nepotes:
Et generos vocat, et iunctas sibi sanguine terras.
525 Flecte ratem motusque pater; nec vulnere nostro
Aequora pande viris: veteris sat conscia luctus
Silua Padi, et viso stentes genitore sorores.
Adfremit his, quassatque caput, qui vellera dono
Bellipotens sibi fixa videt: tentataque contra

530

v. 523. E Grata] Graia diuimabam legendum: nec enim scriptum hic codicem videre contigit, lib. 11. Obs. 39. Schottus. Graia ex. Bon. male Carrion. grata. H.

v. 524. Et generos vocat et]
Sic es. Bon. H. Zinzerlingus cum
Aldo male,

Graiorumque vocat iunclas sibi sanguine terras.

Sed obnituntur reliqui codices mira constantia. Baptista Pius, Es generis vocas. scilicet fui, cum non sit verisimile Acetam natis ex silia alias in matrimonium natas innxiste. Heins. Versus obscurissamus, sed forte legendus,

Es genero vocat, et innetas fibi

fanguiue terras.
Terras, id est Graeciam, vel cius pecius reges et pioceres, genero fuo Phrixo iuncos fanguine, etiam fibi vocat coniuncios, et eodem habet loco. Burm.

v. 526. Luctus-Padif conf. Plin. H. N. 111. 16. vbi inter alia: a Graccis dictus 'Heldovos, ac poena Phaetonini illustratus. Quod Phaethon patris inscienter curru vestus, incendit terram, a loue fulmine perrustus, in Eridanum deiectus ett, teste Hygino in puetico Astronom. xxxx11. Harl.

v. 529. Tentasaque contra Pallas, et amborum gemuit Saturnia quesus] To tentasa contra quid tibi velit, haud video. Sed use quare gemuisse Iuno dicatur queflus Solis et Martis, cum a partibus aduersis starct, ac Iasoni saueret aeque ac Pallas: nam 70 gemere condolentis est et miserantisquid si legamus?

Pallas, et amborum renuit Saturnia questus.

hoc est, improbauit, et est plane contrarium 📆 adnuit. Martem Solis questibus adfremuisse modo dixerat tanquam adsentientem: nunc renuisse iisdem, quali non probantes, Mineruam et lunonem addit. To renuere cum quarto casu interdum coniungi, multis exemplis ad Nasonem demonstrauimus, Metamorph. 1x. 506. recte autem lactora Pallas: Palladem coim infestam aduersamque Marti toto hoc opere passim inducit, cuius rei causam iam vidimus. Heinsius, rennit iam correxerat docta manus ad oram ex. Bonon. Harl. Et hic multum calliginis, Heinsii correctio arbittaria nimis, & vix persuadet. forte sola distinctione posset lux quaedam adfulgere,

Qui vellera dono Belliposens fibi fixa videt , tentasaque. Contra Pallas , et amborum gemuis Sa-

Mars adfremit Soli, videbat enim vellus fibi dono fixum, iam tentatum iri ab Argonautis, qui il. 1 3

530 Pallas, et amborum gemuit Saturnia questus. Tum genitor: Vetera haec nobis et condi pergunt

Ord

lud petebant hac militia. Tensare vero obuium nostro & aliis verbum, de conamine et molimine. vt inf. 803. tentata effugia. fupra 102.

Primae seu quos in flore iuven : ae

Tentamenta tenent.

Et ita Argonautae tentare acquera ventos et illicitas vias passim dicuntur. vid. fupr. verf. 97. et 197. fic et apud Propertium vetus scriprura seruari posset lib. 11. NV. 21.

Non tamen ut vastos ausim tentare leones.

Virgilius lib. 1. Georg. 207. Pontus et ostriferi fauces tentantur Abydi.

Gemuit vero minime mouendum, vt enim solus hic verba faciens Sol a Poeta inducitur, Mars tantum adfremens et caput quassans, ita duae Deae gemitu modo curas et follicitudines suas prodentes finguntur. anxiae enim erant, an Iupiter duorum questibus faueret. obscuritatis causa familiaris nostro Poetae vocum, quae particula er conjungi deberent, ab illa seiun lio: ordo enim est, contra Pallas et Saturnia gemuit questus amborum. Gemere vero cum quarto casu noster saepe coniungit. vt 1.47. et 373. viii. 9. et alibi. BURMAN.

v. 531. Vesera baec nobis et condita pergunt Ordine cuncta suo] Non hodie haec se decreuisse, sed a rerum initio fatis ita esse constituta fignificat. Condere proprium huic rei verbum, quod instituere, et in iplo principio decernere notat. Pius, pro in secretis cet, opuscula mea varii argume

abdere capit. quae fignificatio f mul aliquando adfumi potest, decreverit simul Inpiter et cel uerit homines, quis ordo fate rum futurus effet. sed hic ma prius. ita Horat. rv. od. 12.

Quae semel notis condita fast

Inclusie volucris dies. Propert. Iv. eleg. 1. 74.

Non funt ab deztra condits fi

Quae ibi omnium est codicu feriptura. Manilius 1. 119. Et venit in terras fatorum co

ditus ordo. Lucan. v11. 131.

Aduenisse diem , qui fasum s bus in accum

Conderet bumanis. Stat, I. Silv. 11. 24.

Ergo dies aderat fatorum co ditus albo

Vellere. Silius xvi. 125.

> Sic fic Coelicolne: portentaq vestra secundi

Condite.

Vbi acumen D. Heinfii proba nequeo. Vlpianus. lib. rv. ff. o praescr. verbis. Natura enim r rum conditum est, ve plura sint " gotia, quam vocabula. vbi pessin Haloander, et alii, inductum, que sapit manum Glossatoris. de a dine videbimus inf. lib. 14. 44 BURM.

v. 531. Condita pergunt Ordi cuneta suo] Confer. Boeth. li IV. Met. 6. Vide Marquard. Fr her, lib. II. parerg. cap.v. WEIT Fata igitur ordine pergunt, et z gunt vrbes ciuesque, vide, fi pl Cederet his etiam; et ses sine honore referret
515 Ulterius: sed nube rigens ac nescia rerum
Stat super, & nostros iam zona reuerberat ignes.
Quid regio inmanis, quid barbarus annibus vilis
Pha-

Infedisse domos, tristesque babitasse pruinas. ZINZERL, probant Vostius atque

Heinius H. v. 515. Sub nube] Sic ex. Bon. H.

Scribendum. fed nube. abiret ulterius habitatum filius. fed nimium frigus eum repellit. Pros.

v. 515. Nescia rerum] Imo nefcia rerum, quali extra mundum ac rerum naturam collocata, id que ex Aldino codice iam amplexus est Zinzerlingus, infra 725. regumque asperrima versat, pro rerum in membranis nostris omnibus. infra vers. 771. rerum rudis altera proles. HEINS. Nescia rerum elt rudis, inculta, vid. ad Ovid. 11. Art. 675. posset et legi, vt Vothus in ora codicis notaverat, nescia legum, barbara, quae iuris et aequi nullain habet notitiam. reges et leges saepe permutarunt librarii. vid. N. Heins. ad Claud. 1. Eutrop. 381, et Gud. ad Phaedr. praefat. lib. 111. et Grot. ad Lucan. vII. 579. Bur-MAN. nescia rerum elt inculta, quae nullas res frugesque profert. compara Ouid.ex Ponto 111.1.11. faq. de eadem mundi plaga, fupra 1.69. ignaras Cereris terras scripht. Ouid. Trift. III. 8. 2. misit in ignocam qui rude semen bumum. Tibull. 1. 7. 31. de Oficide, primus inexpertue commiss simila Atque illam interpretaserrae. tionem vindicant verba nube rigens et flat, quod gravius et elegantius ponitur pro eft. Zinzerling rerum late interpretatur vel, nescia bominum, nulli babitata vel

gesta, τὰ πραττόμενα. In ex. Bon, est regum, sed a docta manu rerum corr. Doctus quidam in Micell. Obseru. p. 160. ingeniose
coniicit veris, atque putat, nostrum respex se ad Lucan. 1. 17.
de eadem regione: Er qua bruma
rigens ac nestis vere remini Adstringit Scypbicum gluceali frigore
pontum. idem prouocat ad nostrum
infra 1111. 729. sqq sed rerum
idem comprehendit, vastitatem
Zonae plenius notat, et propius
accedit ad alteram scripturam regum. Harl.

v. 517. Quid barbarus amnibus illis Phasis] Non video qui fine amnes illi. rectius in Aldina, [et Ponon. vbi quoque est aduersis] amuibus vilis, fic ait: vilisne amnibus Phases noster obstar? per amnes, populos accolas notari dixi vberius ad verf. 22. ZINZERL. Qui amnes? nullos cerce nominauit, quare postliminio reuocanda vetus scriptura, quam Carrion inmeritam iutlit exulare, amnibus vilis. vidit hoc quoque Zinzerlingus. auersis etiam icribendum cum Barthio et Bulaco, id est remotis, quod pro diversa scriptura lestori etiam proposuit Baptista Pius. Heinsius. Nec hoc in Bulaci notis reperi: pro ... flat , codex Coki habebat, obstet. Burm. vllis igitur rescripti Vosfius quoque ita correxit, at aduerfis, retinuit, interpretatus gentes eas, quae Colchis oppositae funt. H.

v. 517. Barbarus Phafis] Barth. lib. xxxv. cap. x11. Barbarus, Phasis, et aversis proles mea gentibus obstat?

Quid Minyae meruere queri? num vellere Graio

520 Vi potitur? prosugo quin agmina iungere Phrixo

Abnuit: Inoas vitor nec venit ad aras:

Imperii sed parte virum nataeque moratus

Con-

inquit, Latinis incultum, rusticum, absurdo ingenio, inciuilem et morosum significat. Sic inculta loca Barbara dicuntur a Cl. Mario Victore lib. 11. v. 8.

1. Mario Victore lib. 11. v. 8.

———————— Mirabile quali
Ore rudes stupeant tam barbara

rura coloni. Weitz.

v. 519. Quid Minyae merucre queri] Primus et quartus Vaticani cum Oxonienli, Quod Myniae. scribe, Quo Minyae meruere queri? pro, quare. apud Nasonem Epistola xiv.

Quo meruere necem patruelia regna tenendo?

Ita illic optimae membranae. quod pro quo frequenter scribi in veterrimis poetarum membranis ad eundem Nasonem me monuisse probe recordor. HEINS.

v. 521. Annuit, Inoas] adnuit ex. Bonon, et ita ex suo cod. repoluit Carrion, fed abnuentibus interpretibus reliquis : et cod, melius legit abnuit. dein vitro ex. Bonon, fed docta manus vicor cotrexit. reste. Harl. Annuit ex Veteri codice reposuit Carrion, rationem emendationis addit: nam eum non folum admitit, verum etiam filiae dignatus est coniugio. Eugepae! non ea mens Flacci est: non. id ait, Graiis non ereptum est vi ab Aceta vellus aureum. lmo noluit profugum Phryxum auxilio iuuare et nouercali Inus astu (finxerat illa Phryxum et Hellen diis, ve sterilitas averrunce-

tur, immolandos) institutum parricidium vindicare. Quin potius illum ab vitione abstinuit data in matrimonium filia, et oblata pottione regni. Vlsor non vlsro legendum res ipfa clamat. ZINZERL. cui adcedit Vossius. H. Imo, Abnuir, recufauit Phryxum vi armata in regnum restituere, neque aliter ante Carrionem legebatur in Aldi, Colinaei, Gryphii editis codicibus, qui mox pro Grais firpe perperam quoque ex suo codice grava stirpe in editionem posteriorem admisit, cur non et paullo ante verf. 507. vbi feripti codices.

Grataque nunc vndis duce tenutuque secundo

It ratis. Infta Graiam luuentusem habes verf. 599. fed et apud Nafonem gratus pro Graius multis locis

inrepferat, ve illic pluribus est didum. Heine.

v. 521. Vitro necvenit na aras] Vitro cum Zinzerlingo, ne dubita. Non venit viturus se ac Germanam Hellen, quos ambos Ino nouerca victimas piaculares arae machandos admoverat. Et hoc, et vì abnuit, quod paullo ante praecetierat, Graeuio etiam nostro venerat in mentem, vt is ipse per literas nihi significauit. Helvatvs. Simile mendum in hacvo vitro visum erat Heinsio lib. vi. 254. sed ibi non admittimus correctionem. Burm.

V. 523.

Sed non & Scythici genitor discrimine nati Intrepidus, tales fundit Sol pectore voces:

505 Summe sator, cui nostra dies, volventibus annis, Tot peragit reficitque vices: tuane ista voluntas? Graiaque nunc vudis duce te, nutuque secundo, It ratis? an meritos sas et mihi rumpere questus?

mundo tempora, et vias sibi crecere. saepe noster illas copulas, et et que variis locis ponit, quae in sium debent revocari locum. vid. lib. 11. 222. et mox \$29. et alibi. sempera vero ventura, quibus, hominibus in se armatis, et bella inter se gerenut crescere: cum enim antea sola infirmitate et senecute considerentur, nunc cernunt per aquam, et bella ex his navigationibus orimus, leti genera varia increscere. ita supra vers. 32.

Letique vias ac tempora versat.
Ubi etiam sempora et vias coniun-

git, lib. v1. 290,

Si fasa perofo
Tarda sibi, surpe que moras non
fegnius ipfi

Parnimus, parnique viam didicere nepotes.

Et forte hunc locum respexit Joseph. Iscan. 1. de Bell. Troi. 155. Nauigas auricomo spoliasus vellere Cokbis

Procedo posens, culpemne rasem, quae prima per undas Ad facinus molisa vias, asque Asropon auxis.

Luctet. 11. 916. et leti vicare vias, Liv. xxxl. 13. se ipsi per omnes vias leti insersicerent. Quinctil. zvit. decl. 15. quia rerum natura varias satorum vias indulsis onimae, Livul. 1. 1x. 4.

Tunc Fraior dirae morsis apersavia est.

Et quae infinita alia cumulari posfent. Tu vide egregie haec illufisantem, lector, Broukhufium ad Propert. 111. v. 44. BURM.

v. 503. Genitor] Male Pius Marem intelligit, et viderur ille haec verba vsque ad insrepidus, separatim cepisse, ibique distinctione posita, reliqua de Sole cepisse, cum duo hi versus vnico contextu de Sole genitore Acetae sint capiendi. in ipsa etiam Solis oratione, multa de Marte interpretatur. BURMAN.

v. 506. Reficitque vices] Vid, supr. ad vers. 283.

v. 507. Numque secundo le rasis] Sic et libri, malim nihilominus, flatuque secundo, vndis et flatu secundis. Naso Metam, x111. 418.

Iamque viam fuadet Boreas, flatuque secundo

Carbafa tensa sonant.

id. libro xiv. 226. et Sil. Ital.
vii. 479. Paullo ante, fundit Sol
pestore voces, cum scriptis praefat ac nonnullis editis, quanfudit. Heins. Fudit a Carrionis
manu est, editi ante eum, fundit. Burm.

v. 503. It ratis] Verbum ire tutum et fine domno prosperum iter notat. vt lib. 11. 60. it tacitis ratis ocior boris. et 1v. 710. Stat. Achil. 11. 10. It pelago facura ratis. Vbi mallem, pelagi, cum Heinno. Burm.

v. 508.

Hoc metuens, et ne qua foret manus innida nato.

510 Non mediae telluris opes, non improba legi
Diuitis arva plagae: (teneant vberrima Teucer,
Et Libys, et vestri Pelopis domus) horrida saevo
Quae premis arua gelu, strictosque insedimus

Cedc-

v. 508. Fas est mibi rumpere questus] Pro est placet, et. An meritos fas et mibi rumpere queflus ? ut lib. vii. 231. Fas mibi non Stabiles, fas et tibi linquere Colchos. HEINSIVE. Fas eff codex notter, et editiones omnes. fed Heintius et justit rescribi, quod secutus sum. maior enim vis in hac particula. cum tor alii querantur apud te, ego continui adhue me, sed an nune etiam mihi non licet rumpere questus meos? rumpere eleganter, quali se inuito erumperent. sic lib. 1v. 42. Claudian, rr. Rapt. 249.

Questus ad nubila rumpis inancs. Sil. 1v. 458.

Gemitumque ad fidera rupit.
BURMAN.

v. 510. Mediae telluris] Pius haeret hic, vel intelligi vult viscera terrae, vbi aurum et argentum; vel Delphos vmbilicum orbis, vel reges mediterraneos, qui feliciores, sed mediam tellurem puto dici respectu extremae arcti & feptentrionis, vbi omnia horrida et rigida. improba vero arua vocat hic latifundia et planos campos in longum extentos, nullis filuis, montibus aut rupibus horridos, fed gleba vbere fertiles, & quae messes immensas ferunt : non multum dissimili ratione inf. 11. 632. improba caccis Intulit arua vadis, vbi vide. ita mons improbus Virgilio x 11. 687. pro migno. Burman.

v. 513. Quae premis arua gela] ex Horatio 1. od. 22.

Quod latus mundi nebulae, malusque

Impiter verget

Hic versus hic omissus in codice
nostro legebatur post vers. 526.

BURM. premit corr. a manu dosta
in ex. Don. H.

v. 513. Strittos in fedibus amnes? Sic ex Bon. H. Admilla hac
lectione fedes interpretari necesse
haberes alueos, et kno novo repetere, quod superius est, legi. illa
vero teneans etc. usque domus,
femicirculis includere. sed violens explicatio sutura esser, et
longius accerteretur verbum. Ex
coniectura igitur sic emendarim
hunc locum:

Horrida Saevo

Quae premis arua gelu, strictosque insedimus annes;

Cederet bis esiam.

Id innuit. ne quis invideat, non occupaut loca amoena et opima. habitent illa alii. meum genus asperam et horridam insedit regionem, et amnes frigore concretos. Quin et sua cederet, nin terra restaret nulli habitata: hic insedimus miscet suam personami hic cederet, de nato, vt paullo ante, solo loquitur: quod nec aliis inustratum, in eundem sensum verbo insidere vtitur lib. II. vers. 176.

Sarmaticas viina fortuna dediffet

Info-

Acquore Trinacrio, refugique a parte Pelori 580 Stat rupes horrenda fretis: quot in aethera furgit Molibus, infernas totiens demissa sub vndas. Nec scopulos aut antra minor iuxta altera tellus Cernitur: illam Acamas habitat, nudusque Pyracmon.

Has nimbi ventique domos, et naufraga feruat

rentem, qui Graecis est mousée. motusque ex. Bonon. Harl.

v. 579. Refugique a parte Pelori] Refugitque Pii, Argent. et Colin. vitiole, refugus autem vocatur Pelorus, qui cum longe appareat, et navigantibus propior videtur, quam reuera est, ideoque cum credunt se paeno tangere Pelorum, longo adhuc spatio diftare, et quali refugere videtur, ita Virgil, 111. Aeneid. 536. Refugitque a litere templum. Vbi vide Cerdae notas, sic fere de Sieulo frexo lustinus, IV. I. quo cum accesseries, discedere ac seiungi promonteria, quae antea iuncta fuerant, arbitrere. BURM. Pelorus est promontorium Siciliae Italiam versus. compara Virg. 1. Acn. 55. fqq. Harl.

v. 580. Quot in aethera surgit Molibus infernas totiens demiffa sub vudas] totidem ex coniectura Pii Baptistae promanauit. toties ex feriptis omnibus. mox Pyragmo primus et quartus Vaticani, non Pyragmon. Heins. Forte illud totiens coaluit in vnum ex duobus tot ient. quod participium vindicanit Vothus lib. 1v. de Analog. cap. 12. dubitans tamen hic ita legendum esfe coniicio. Bu n m. toticus ex. Bon. et probat vir dodus ad oram mei exemplaris, quem Cortium fuitle, rurius intelligo; prouocat enim ad fuam obferu, ad Sallustii fragm, III. hist.

epist. Pomp. n. 1. vbi dedit sos labores-quotiens etc. Vossius de-fendit socialem. Harl.

v. 582. Nec scopules aux antra minor Graecismus, pro, nec altera tellus proxima minores scopulos aux antra habet, vt recisssume Pius exposuit. Burm.

v. 583. Illam] Ille codex noster.

v. 583. Pyragmon] Sunt, qui malint scribere, Pyracmon et cygnus, cum tamen aliter veteres libri habeant, et in multis dictionibus c. pro g. positam esse, ve inquit. Scaurus, mirum non sit, quam litteram non suisse diu apud Latinos, inuentam vero a Spurio Carbilio noua forma idem Scaurus et Victorinus, telle Pierio, asserunt. Carrion. Pyracmon Bonon. H.

. v. 584. Domos] fic et infe. virr. 322.

Ipfa fabit terras, tempestatumque refringit

Ventorumque domos. Statius vii. Theb. 7.

I mediam rapido Borean illabere faltu

Bistonias Super vsque domus, axemque niuosi

Sideris.

vbi Barthio immerito vapulat Seruius, co nomine quod domos apud Virgilium lib. 1. Aeneid. 140. et immania faxa ex Plauti Pfeudolo elle translata dicit. nam & domus 585 Tempestas: hinc in terras latumque profundum Est iter: hinc olim soliti miscere polumque Infelixque fretum: neque enim tunc Acolus illis Rector erat, Lybia cum rumperet aduena Calpen

ventorum recte carcer dicitur, eodem modo, vt seruorum, qui vtrique includuntur carceri. vid. Ouid. 1v. Met. 663. sed ipsa illa, quae citat Seruius, verba hodie in Pseudolo Plauti non reperiet puto memoriae vitio voluisse alia producere, quae sunt act. 1v. sc. vii. 76. an etiam ille vnquam expugnauit carcerem, patriam tuam. quomodo et Virgilius eod. libro vets. 51. nimborum patriam saepe pro eodem poni notum est. Burman.

v. 585. Lacumque profundum] Latium legere malo, loci angustia, cum codice Bononiensi tam commodo nos admonuit. Hincenim, ab ea sc. parte, qua Pelorus in mare protenditur, in terras Italicas et Latium iter est: vt a parte Lilybei in mare Aphricanum, et Pachini partim Lybicum partim lonicum. fi Latum legatur, fenfus est patens, ex loco enim angusto ad latiorem plerumque via est. signabiturque mare Tyrrhenum. idque minus placet. MASER. Latiumque legit Maserius, altumque Carrion. Ineptiffime. Quid enim aleum aliud quam profundum? vulgata lectio verissima est. Sic Papinius Statius v. Theb. 287.

Tu lato patrem committe profundo.

Item Seneca Hercule Furente 1009.

Latique patens unda profundi. Sie enim legit MS. noster: vulgo Lateque. Et quis nescit Homerum insum dicere, "Eugen vora SaAdsonc. Vossius. Vid. Turneb. XXIII, ad 27. et supra vs. 160. WEITZ. Latiumque Bononiensis editio, et secundus Vaticanus. Quod Maserius adripuit. Carrion altumque malebat. atque nihil familiarius Poetis, quam satum aequor, latum mare: latum etiam profundum. altum profundum qui dixerit, bis idem dixerit. HEINS. satumque correxit vetus docta manus in ex. Bon. Harl.

v. 586. Polumque, Infelizque freeum} Iuvenalis. vi. 284.

Confundas, bomo fum.
Vitgil, lib. v. 791. de l'unone extrema omnia tentante;

- Maria (inquit) omnia coelo Miscuit:

Et paullo diuerfius, x11. 204.

Non si tellerem effundas in vndas

Dilunium mistens, coelumque in tartara soluat.

Quae congessi, vt melius apper reat superius recte legi, Schytioum metnens pontumque polumque. Carpion.

v. 588. Lybia cum rumperet aduena Calpen Oceanus] Poetice pro adueniens, tamquam peregrinus ex Lybia. fed quomodo ex Lybia aduenisse queat dici Oceanus, qui rupta Calpe in Lybiam sibi iter secir, quare sotte Lybias scribendum, datiuo casu, vu non esset popularis (vt Ouid. de suminibus ait 1. Met. 577.) sed aduena Libyae. vt Propert. Iv. 1.8.

Es Tiberis nostris aduena bubus

1'bi

Iapeti post bella trucis, Phlegraeque labores 565 Inposuit: duram vobis iter et grave coeli Institui. sic ecce meus, sic orbe peracto Liber, et expertus terras remeauit Apollo.

Dixit

ad oram exemplaris mei Burman- dem reste legas in editionibus veniani scripsit. lege me primum regia mundi Impofuit, h. e. praefecit mundo. v. ad Sallust. Cat. cap. 51. 28. et ibi Cortius, hunc vium et vim verbi imponere vberius demonstrauit. Zinzerlingii suspicionem, quam ipse timide scripht, audacem, minusque gratam omittam. Harl. Corruptissimus locus, ex quo me vix expedio. Maserius explicat, mea regia primum facta est mundo, id est mundanis, sed post bella lapeti, etc. vel coniungit, trucis mundo. neutrum placer. Pius conftruit, regia mea imposuit durum vobis iter coeli, et grave iter coeli ego lupiter institui, sed nihil de ve mundo addit. cogitabam aliquando.

Mea frenum regia mundo lapeti , etc. imposuit.

Vt primum corruptum fuerit ex frenum, et regia hie simpliciter ponatur pro coelo, fiue fede imperii. ve infr. vers. 668.

Imperium, es magno penisus par regia coelo.

Ita et Ouid. IV. Fast. 599. Pofica eft mibi regia coelo. Vbi alii codices, ceffit mibi regia coeli. vt inf. v. 67. ille, gregis cessis cui regia, saurus, totus vero hic locus adumbratus ex Horat. 111. od. 111.

Hac arte Pollux et vagus Hercules Enixus, arces attigit igneas, etc. BURM.

v. 564. Inpeti post bella, truces Phlegraeque labores] Scribe, lapeti poft bella trucis, etc. Et ita qui-

tustioribus. ceterum praecedentia sequentiaque in iisdem non leuiter erant corrupta, quae recle ex suo codice restituit Carrion. Vossius. Perperam denuo Carrion eruces repoluit, etfi tres ex nostris id ipsum quoque adgnoscunt. mox pro coeli institui monet Baptista Pius in aliis codicibus elle, coelum instituit. foite, coelo institui. HEINS. Ego parum differre arbitror an coele, an coele legas, hoc tamen, quia fide codicum & editorum nititur, practuli. durum iter explicuimus ad Quid. 11. Epist. 116. Quinctil. XII. de Inft. Orat. II. vi ip/um iter neque imperuium, neque faltem durum puteut. Institui non instituita recte multi, id est, praciui vobis exemplo meo, et ostendi arduam in coelum eile viam, codex Coki habet, imposui et institui. BURM.

v. 566. Orbe peratto] Id est, peragrato et expeditionibus lustrato et penetrato. Stat. Iv. Theb. 574.

Longus vix tota peregit Membra dolor.

Vid. ibi Barth. et comment. ad Petron. Lxix. et supr. ad vers. 287. Burm.

v. 567. Remeauit Apollo] Quafi rediillent in coelum, vnde descenderant, vid. ad lib. 111. 383. vel ve victores, quibus hoc verbum proprium effe videbimus inf. IV. 589. BURM. v. 568

Digitized by Google

Dixit, et ingenti flammantem nubila sulco Direxit per inane facem: quae puppe propinqua 570 In bifidum discessit iter, fratresque petiuit

Tyndarios: placida et mediis in frontibus haefit Protinus amborum; lumenque innoxia fudit Purpureum, miseris olim inplorabile nautis. Interea medio facuus permissa profundo

575 Carbafa Pangaea Boreas speculatus ab arce, Continuo Aeoliam Tyrrhenaque tendit ad antra Concitus. omne dei rapidis nemus ingemit alis: Strata Ceres: motoque niger sub praepete pontus.

Ae-

v. 568. Ingenti flammantem nubila fulco | Iucundiffima translatio: qua veitur et Prudentius Cathem. 12. vs. 45. Qua stella sulcum traxerat. Iuuencus lib. 1. Ecce vine medio stellam praecurrere cernunt Sulcantem flammis auras. Virg. 11. Aeneid, verf. 697, Tum longe limite fulcus Dat lucem. WEITZIVS. De hoc prodigii genere satis multa viri docti ad Virgil. 11, Aeneid. 694. adnotarunt. eleganter attem tractum et spatium, per quod stella decurrit, fulcum, vocat, exprimens Graecam vocem 11may, vnde Latina descendit. Apoli. Rhod. 111. 1376.

*Οιος δα' δρανόθεν πυρόεις άναπάλ. хети, Асйр

Όλκλη δπαυγάζων. Βυκ ΜΑΝ. v. 572. Fudit] Fundit scripti. HEINS. Et ita edidit Carrion.

v. 573. Miseris nautis] Proprium, propter naufragiorum metum et frequentiam, nautarum epithetum. Lucan. VIII. 174. [vbi vide Butm.]

Miferos fullentia nausas Sidera non fequimur.

Et lib. 1x. 343. Stant miferinau-

tae. ita miserae carinae infr. lib. VI. 666. et paffim. Bunm.

v. 576. Tyrrbena antra] Pomponius Sabinus ad Virgil. 1. Acneid, 67. legit, arva, male, supra verf. 417.

E clauses quem destinat Acolus

antris.

Infr. verf. 751. Secretisque ciet volitans pater Acolus antris.

et ita alii Poëtae. Burm. Pangaea ab arce b. e. Thracia, quae ventorum quasi sedes est. vide v. 611, magno atque excello promontorio, Macedoniae iuncto. Harl.

v. 578 Motusque niger] Vet. codex, motoque niger, et, totiens demissa, vbi vulgati, sotidem. CARRION. Mosoque Carrionis liber, et nostri omnes, excepto Vacicano secundo, non magnae illo rei, quod quidni amplettamur? nifi mavis, motuque. Heinsius. Moraque Edit. Maserii. Burm. Lennep in Animadu, ad Coluthum pag. 57. legit ventoque n. f. praepete pontus, et ventum praepetem intelligit, ardentem (infra vii-561. austrique ardentis barenae) h. e. vehementem, summa vi furentem,

Bella! quot ad Troism flentes hiberna Mycenas! Quot proceres natosque deum, quae robora cernes Oppetere, et magnis Aliam concedere fatis!

555 Hinc Danaum de fine ledet: gentesque fonebo Mox alias. pateant montes, filuaeque, lacasque, Cunctaque claustra maris; spes et metus omnibus

Arbiter, ipse locos, terrenaque summa mouendo

Expe-

tionibus monet Gronouius dons indifferentet hic poni, Ita libro v.

- Seu fraude petivit, Sen quis borore mos, fun reddita dona, etc. Similiter et bonos inter ancipitia antiquitus erat: votle Metellus Numidicus in oratione quadam

dixit, malus boner pro iniuria. Tefis Agellius noct. Attic. libro x 11. cap.ix.Vossius Damna Carrion et Schottus, sed infeliciter, et inuitis membranis nostris, notum istud Maronianum Aeneid. x. 881.

Define, iam venio morisurus, et baec tibi porto

Dona prius. Vulgatam scripturam reste propugnauit Cl. Gronouius Obieruationum lib. I. cap. xv. pro ques elasse, Carrionia liber et nottri omnes [et ex. Bon.] qua classe, quanta classe, et sequor. mox, ques proceres omnes nostri cum vulgatis. at Carrionis codex [et ex. Bonon.] quot proceres. HEINS. Donna et dona passim confundi vidimus ad Ouid. v. Fait. 314.

v. 552. Quot ad Troiam Ad Troiae corrigit Baptista Pius; sed inmerito. HEINS.

v. 554. Opperere] Simpliciter poluit, pro mortem oppetere, occumbere. vid. ad Phacd. lib. 111. fab, 16. Burm.

v. 554. Es magnis Afiam concedere fatis] Concidere codex Carrionis. forte, ve magnis Afram concedere fatis! nam concidere verbum nihili eft. concedere vita apud Tacitum frequenter occurrit, concedere faco, pro mori apud. Plinium in Panegyrico, HEINS. Maghis concedere fatis fine dubio legendum. concedere enim est vinci. fata Troinna victa fuere a majoribus faeis Graecorum. Ouid. 1. Epift, verf. 28.

Illi victa fuis Troia fasacanuns. Vbi late de illis egimus, vid, et inf. libro IV. 127. BURM. nollem! adferipfit poffessor ex mei, ad loc.

Ouidii. Harl.

v. 555. Hinc Danaum] Hinc est, post euersam Troiam, etiam Graecorum fortuna et florentes res ruent, et transferam imperium ad alias gentes, bic cod. Coki. feder fimpliciter ponitur pro decretum eft. vid. supr. ad vers. 178. Burm.

v. 556. Pateant montes etc.] Peragretur totus orbis, et loca antea inuia et incognita, exercitibus et classibus pareant, vt paffim, aperta, parefalla, et contra clauss aequora etc. nofter dixit.

v. 558. Summa monebo: Experiar] Monebo cum fuis membranis Carrion. ego nostris accedo, quae vulgatam scripturam ampleauntur.

Experiar, quaenam populis longissima cunctis 560 Regna velim, linquamque datas vbi certus habenas.

Tunc oculos Aegaea refert ad caerula, robur Herculeum Ledaeque tuens genus; atque ita fatur:

Tendite in astra, viri: me primum regia mundo Iapeti

Stuntur. paullo ante distinguendun: cum Regio

Arbiter. Spes et met us omnibus esto

neque aliter Vaticanus tertius, HEINSIUS. Terrena summa Pius explicat dignitates et humana sastigia, ita certe Horat. I. od. 34. valet ima summis musare et insigua atternat Deus. Vbi musare est idem quod hic mouere. Ovid. I. Am. 9. summa ducum Atrides, vbi vide. Terrena vero sunt inferiora imperia in terra, quae coelo opponuntur, quamodo apudOuid, 11. Met. 730. in MSS. erat:

Coeloque petit terrena relicto. Vbi vide, Burm,

v. 559. Quaenom populis longissima cunstis Regna vestim Sensum video, sed constructio turbat, et vox illa cunstis, nisi legendum, quaenam ex populis l. c. regna velim. quaenam regna ex cunstis Populis, Asianis, Graecis, Romania (hos enim indicat) velim este longissima, vt quaenam sit, pro quibus populis regna esse velim. BURM.

v. 561. Robur Herculeum] &4veς ήγακλης & βίνν, circuitio poëtica, pro Herculem: vt virtus
Catonis apud Horatium. Τηλημάχε
γε, et fexcenta alia, Rittershufad Oppian. 1. IIal. v. 105. Vechner. 2. Heilenolex. cap. VIII.
Barth. ad Ceirin. n. 136. infra
lib. 11. vers. 64%. virtus Bebrycis.

lib. 111. v. 85. vis Acbiuum. lib. vi. v. 683. vis ducum. libro viii. v. 335. Styri violentia, WEITZ. v. 562. Me primum] Mea primum, vitiose ex. Bonon. rece autem post, institui, vbi pr. edd. habent constituit. locum vero vt nunc legitur, maximam partem bene constituit Garrion, qui verborum quoque sensam verius et melius, quam alii perspexisse videtur. Ego vero olimin Anthol. mea poet. latina ad h. l. p. 164. ita fere explicui; Me regia h. c. sedes imperii, primum mundo h. e. coelo imposwis, simplicicer pro, firmiter, tutiffime imposuit et confirmauit, i. e. firmum ac tutum imperium sedemque coelestem haud amplius concutiendam, accepi demum post lapeti trucis bella Phligraeque labores, i. e. post deuictos Gigantes, aduersus Deos pugnantes, in campia Phlegraeis, quos alii in Theffalia, alii in Macedonia, alii in Campania fitos effe putarunt : vobis ergo institui h. e. praeiui meo exemplo, incepi et ostendi, viam in coelum arduam effe. Mundus pro coelo iam supra explicitus fuit, et vel ex Lucretio, qui eo frequenter vius est, notior erit, quam vt pluribus probem. probauit tamen hanc potestatem ad h. I. Carrion et Bulaeus, vide etiam, quae notaui in Anthol. lat. poet. pag. 9. Vir doctus, Cortium fuille credo,

Accelerat sed summa dies, Asiamque labantem Linquimus, et poscunt iam me sua tempora Graii; Inde meae quercus, tripodesque animaeque parentum

545 Hanc pelago misere manum: via sacta per vndas, Perque hiemes, Bellona, tibi: nec vellera tantum Indignanda: manet proprior de virgine rapta

Ille

Praecedenti versu mares animos, qui [vti Bulaeus mutata tamen pristina sententia.] reponunt pro pares, vellem aliud egissent, iras pares mox habebis, Heins, capesser ante ex Bonon, Harl,

v. 542. Sumna dies] Recte ex Virgilio libro 11 321. Venis fumma dies, et inclustabile tempus, haec fumta Maserius adnotat vid, ad Ouid, 111, Amor. 1x. 27, BURM.

v. 543. Poscunt iam me sua tempora Graii] Petunt Graeci imperium fibi a fatis destinatum, eiusque tempus et opportunitatem iam adesse contendunt, sic Liv. Iv. 7. f. Ardeates sua tempora exspectare velint, fore vt postmodum gandeant se irae moderatos, Cicer, 111, Verr. 60, Scandilius rem se totam relicturum dicit, et suo tempore esse rediturum, vbi vid, Hottom, Terent, prol. Adelph. Suo quisque tempore vsus eft. ita et sua occasio. Liv. 1v. 58. Justin, xxxvIII. 4. Curt. IV. 6. fua pugna, Corn. Nep. Conon. vlt. vid. Gronov. 1. Obseru. 2. Poscunt vero vt debitum, noster lib. ♥1. 28ú.

Ecce locum tempusque ratus, iamque et sua posci

Proelia. Et lib. v11. 176. Cunstantia pofeuns Pectora me. Ouid. 11. Fast. 791. Poscunt sua tempora somni. et 861. Iure venis, Gradiue, socum sua sempora poscuns. Et 1v. 253. Sed nondum fasis Latio sua numina posci Senserus.

Et ipla fata poscere dicuntur, Virgil, VIII. 477. Fatis buc te poscentibus adser. Et 512. quem numina poscuns. Ouid. I. Fast. 381. Poscis ouem fatum, Burm,

V. 544. Animaeque parentum] Sic quoque ex; Bon. H. preces Heroum, qui funt in Elytis. Necyomantiam intelligit, quae fit per inuocationem animae. Quidam perentum feribunt, pro perentum veterum Editionum fide feripsi. Nam parentum, quod fuit in codice veteri Garrionis, nihil ad rein facere satis perspiciet, qui louem hic loqui considerabit. Vossius.

v. 546. Per bienes] Id est mare crebris tempestatibus motum, sie Statius viii, Theb. 361- de Nilo.

Septemque patentibus alueis In mare fert biemes,

Vbi vid. Schol, etBarthium, Burn.
v. 547. Propior de] Medeam Interpres intelligit, quam proxime
rapturus erat Iason, vnde dolor
propior consipiendus esset, ego de
Helena dici credo, quod latius
explicans ait, Venier I brygia nam
passor ab Ida, etc. etti, inquit,
grauitimus dolor futurus sit, nihil tamen magis in fatis ess. Canton. Dubium an de Helena
1 5 capien-

Ille dolor: (sed nulla magis sententia menti Fixa meae.) veniet Phrygia nam pastor ab Ida, 550 Qui gemitus, irasque pares, & mutua Graiis Dona ferat. qua classe dehinc essusa procorum Bella!

capiendum, eius enim raptus mox verl. 548. Veniet, etc. praedicetur, et virgo restius Medea dicitur, quam Helena, licer non ignorem etiam mulieres, virgines dici, sed eo non opus hic recurrere. sensus ergo, non tantum fato datum est, vt vellera rapta indignentur Aliani, et virginem Medeam raptam, qui dolor magis tanget Acetam, vt rede Pius, sed (quo nihil magis est mihi certum) veniet Paris etiam, qui rapiet Helenam, et inde bellum gravissimum orietur, quo cadet imperium Asiae, verba autem ita puto distinguenda,

Nec vellera tantum
Indignanda manent, propiorque
ex virgine rapta
Ille dolor; fed (nulla magis fententia menti
Fixa meae) veniet, 'etc.

Propior, non proprior, vt Maserii editio vitiose, dolor est, qui magis tangit et adlligit, vt libro VII. 462.

Cessis ab ore pudor, propiorque impleuit Erinnys.
Stat. v. Theb. 120. Quod si propioribus assis. Est opus, id est magis vicinia, recentioribus, propiorque ex virgine, et manens noster codex et omnes editi ante Carrionem, pro ille dolor, legi posser, inde; vt saepe hae voculae confusae, sed et ille seruari potest, proluder ergo hic raptus velleris et Medeae grauiori calamitati, quae Asianos premet bello Troino, et imperio priuabit. Bur m. in ex. Bon. iam beue editum suit:

Indignands manent: propiorque ex virg. Harl.

v. 548. Sed nulla magis sententia menti Fixa meae] Vetus posfessor mei exemplaris, quem Cortium fuisse supplaris, quem Cortium fuisse supplaris, quem Coradscriptit: bace verba, n. sed meae male infarta arbitror, et recte sensisse mini videtur. ideo cum illo vneis inclusi. Harl.

v. 5.49. Peniet Phrygia nam poflor ab Id.i] malo, veniet iam, paullo ante Carrion ex fuis membranis, propior de virgine rapta. Nostrae onnes cum libris editis, propiorque ex virgine. mallem

Ille dolor. HEINSIUS. veniet iam edidit Aldus. Burm.

v. 549. Pastor ab Ida] Praepositio cum suo casu, pro adiectivo, nomini substantiuo aptatur: Et frequensin hoc est genere, pro adiectiuo gentili primitiuum proprium ponere casu praepositiuo. Virgil. 111. Georg. v. 2. Pastor ab Ampbryso, pro, Amphrysus. Ouid. 111. Trist. 12. Nauita ab Italia, pro, Italus. Vechner. I. Hellenolex. cap. vi. Weitz.

v. 551. Dona feras] Sic ex. Bon. H. Vices munerum, id est antidota, per irrisionem loquitur. sunt, qui scribant, danna, quae seuera et sententiosa vox soui deorum maximo quadrat. Prus. Dona suit in MS. Carrionis, mavult tamen cum aliis, Danna. Perperam. Restitume in obseruationi-

Oceanus, cum flens Siculos Oenotria fines 590 Perderet, & mediis intrarent montibus vndae: Intonuis

Vbi vid. Paffer. & Broukh. Stat. 1v. Theb. 239.

Qui te flane natans terris Alphee Sicanis Aduena. Quem imitatus Claudian. 11. Rapt. 60. Aduenam Alpheum vocat, Apud Justinum, lib. 11. 6. Junea edidit. Quippe non advena, neque passem collecta populi collunies originem orbi dedit. vulgo, adnenae. Libya etiam retineri potest, si cum Pio explices, remorres Calpen Libya, pro a Libya sive BURMAN. Calpe eft Africa. Hispaniae mons, Abylae, monti Africae oppolitus, quem Oceanus a Libya f. Africa rupit, notria est regio Italiae s. Italia ipsa, ab Oenotris Pelasgis, v. Heyne ad Aen. 1.530. exc. xx1. Harl.

v. 590. Et mediis intrarent montibus vadae] Scio, Silium Italicum saepe boc verbum intrare ita construxisse. vide Heinsii & Drakenborchii notas ad lib. vr. 498. & vii. 466. fed nec Virgilio nec mundissimo nostro Poëtae id facile adscriberem, nisi certiora Augustei aeui scriptoribus exempla producerentur, nec etiam verbum, intrare satis accommodarum impetui & violentiae aestus, qui in fretis obseruatur, & praefertim Sieulo, effe videtur, cum passim Melae & aliis mare introre terras, vbi finum facit, dicatur, quod non ea vi sit, quali in fretis, quae creduntur rupisse confinia terrarum. Quare, familiare omnibus Poëtis & aliis scriptoribus, vbi de hoc freto & rupta terra agunt, verbum libenter redonarem Valerio, & legerem,

mediis latrarent montibus vudde. sic. Lucan. vi. 66.

Mediae qui tutus in aruits Sicaniae, rapidum nefeis lasrare Pelorum.

Claudian. 1. Rapt. 145.

Hinc latrat Gaetula Thetis, Lilybacaque pulfat Brachia confurgens,

Stat. Achil. 1, 450,

Juxtaque Capbareus sectores tollens caput.

Latratum pelago rellens caput.
vbi vid. Barth. qui ex Virgilio
infignem locum profert, & ad
lib. v1. Theb. 13. ex Accio producit,

Atque voi curno litore latrans Vnda fub vndis labunda fonat. voi etiam malim, sonat. Auien. desc. Orbis. 577,

Isthmi terga debine geminus circum latrat austus.

Vid. Doctiff. Drakenb. ad Sil. Ital.

111. 471. & ne dubitemus, hoc exigit ipfa descriptio Freti, ext Trogo Pompejo a lustino prodita lib. IV.: cap. 1. vbi natrans fabulosa Poëtarum commenta de Scylla & Charybdi. Hinc fabulae Scyllan & Charybdin peperere, binc latratus auditi, &c. quem focum ante oculos habuit non ineptus Poëta Josephus Iscan. lib. 1. bell, Trojan. 3:0.

Scyllacos nona praeda canes ad funera moesti

Gurgitis innitat, count latran-

Monstra maris Siculi.

Et lib. 111. 293.

Nunc non Lilybaea vorago
Lasraius Siculi, Libycus seneor.
Quinctil. Decl. x11. 27. aus inguinibus Virginis lasrasum Siciliae
lisus. Secuius ad 111. Aeneid. 566.
K. cle-

7

Intonuit donec pauidis ex aethere ventis Omnipotens, regemque dedit, quem iussa vereri Saeva cohors: in monte chalybs iterataque muris

Saxa

clamerem, vt Virgilius vocat, explicans, dicit, Vndae illifae concauis saxis imitantur latratus. & hanc correctionem vaice probabat Broukhusius, candidus scriptorum olim nostrorum iudez & cenfor. Mediis autom monsibus dicit, innuens Apenninum, qui olim in Siciliam perpetuo excedebat iugo, immissis vero vadis Lucan, 11. 435. suptus fuit. Longior Italià, denec confinia

pontus Solueret incumbens, terrasque repelleret acquor.

Claudian 1. de Rapt. 142.

Rupit confinia Nereus Victor, & abscissos interluit aequore montes, &c. BURMANN. Virgil. 111. Aen. 417. idem narrans, canit: venis medio vi poutus & & vadis Hesperium sicuto latus abscidit &c. ad quem locum cel. Heyne Cluuer. Sicil.I. 1. de Italia ac Sicilia motu terrae diremta iam laudauit. H.

v. 591. Pauidis] malim, rabidis. sic lib. vII. 400. rabidus auster, vide curas secundas ad Ovid. 1. Metam. 36. HEINS. Non putem huic loco epitheton illud aptum, cum panidi recte venti dicantur, (epitheto temporario, vt Pius notat) quia ex tonitru louis, pauorem illum concipiebant, cum antea fingantur licenter abusi violentia sua: nunc vero sub rege eos cohibet. Pompon. Sabin. ad d. I. Virgilii legit pro ventis, nimbis. etiam extra veri speciem. Burmann compara Virgil. 1. Aen. 61. sqq. quem noster expressit, ibique Heyne,

& eundemque in excussu 1. ad h. 1. H.

... v. 593. In monte calpbs] sic liber calamo ecaratus: alii, [vt ex Bonon.] montemque calybs, inepte. Erroris origo ad verborum transpolitiones referenda elt: cum enim scripsissent librarii, mente inque calybs, pro in monte calybs, natum eft verbum illud, montemque, quod passim in vulgatis exstat. Sic Iacobus Raeuardus cap. vitimo. C. de testam. milit. pro tribunatum militum, eleganter refliquit, in tribunatu militum. Sic lacobus Cuiacius cap. penult. de bonorum possess. contra tab. pro eo, quod in vulgatis est effettum, in effettu legendum effe, acmè animaduertit, vterque sane 1. C. hac netate doctiffimus. Raeuardi autem nostri emendationem co libentius attuli, quod eam in duobus manuscriptis libris liquido compererim, ita ve de lectionis integritate vix dubitari possit. Observandum est hic in veteri codice scribi calyps pro chalybs, aut certe salybs: quemadmodum in Pandedis Pifanis, opeines, ep-Bringo, & fimilia. CARRION. Carrionis codex, in monte chalybs. Suepe cobornis monte calypsi terataque. prim. Vaticanus. caeteri, suena cobornis monte calypsi cera-Aldinus tamen, mososque tague. Euros. & placet, fic fupra vetf. 578-- motosque niger sub pracpete

poztus. vti illie caltigauimus. libro IV. verl. 129. cum feriptis,

Atque adco neque ego banc motis auertere ventis Tentaui, tenuine ratem.

Saxa domant Euros, cum iam prohibere fre-

595 Ora nequit, rex tunc aditus & claustra refringit
Ipse volens, placatque data fera murmura porta.
Nuntius hunc solio Boreas proturbat ab alto:
Pangaea quod ab arce nesas, ait; Aeole, vidi!
Graia nouam ferro molem commenta iuuentus
600

Sed praestat, inmota chalybs, HEINS. Noster codex, montemque Libys. Ego sequendam puto lectionem & distinctionem Gartionis,

Quem iussa vereri Suena cobors; in monte Chalybs iterataque muris

Nam & monte claufos ventos facit Virgil. 1. Aen. 81. fic etiam de Cereris domo Claudián. 1. de Rapt. 237.

Seant ardua ferro Moenia, ferratipostes, immensaque nestis

Claustra chalphs.

Iterata saxa muris vocat, quia plus simplici muro erat carcer hic munitus, vt Virgil. vt. 549. de Tartareo carcere,

Moenia lata vides triplici circumdata muro.

Ingentibus structum saxis careerem dixit Calpur. Decl. IV. Bu R.M. ad Lucan. Pharsal. 111. 223. vulgatam Valerii vindicat ab emendatione Marklandi ad Stat. 11. Silu. 1. 217. immensa chalybs, in qua, inquit, lectione non video constructionem, nisi, immensa iungatur cum chalybs. immensa sungatur cum chalybs. immensa saxa vero iungi poste non video, interiecta voce chalybs, nisi intricatum in modum, chalybs Simmensa & iterata saxa domant Euros. V. instra V. 541. & chalybis stequens sit mentio tam de armis

inde facis, quam de munitionibus vebium & arcium. Harl.

v. 594. Cum ism probibere frementum Ora nequie] malim, cobibere. vt apud Maronem libro 111. 424.

At Scyllam caecis cobibet spelunca latebris.

Et lib. 1x. 778.

Nec muris cobibe patriis media Ardea Turnum,

Contra cobibere pro probibere Carrionis codex libro 111. vers. 304. HEINS. Quid opus contra libros criptos nouare, cum eadem vis & sensus fir verbi probibere, quae cobibere, quae passim verba confunduntur. sic eadem diuersitas fir apud Horat. 1. od. 1. 33. Stat. vs. Theb. 811. vbi vid. Barth. Lucanus 1. 398.

Pugnaces pictis cohibebant Lin-

& ibi MSS. nonnulli, probibibans.
BURM. Furensum cod. sed nil muto vid. v. 60%. & noster fremere frequenti & vario modo vsur.
pat. confer Oudent. ad Lucan.
1x. 332. vbi etiam duo illa verba in MSS. confunduntur. furensum tamen legit Markland. ad Srat. Silu. 11. 1. v. 217. Harl.

v. 596. Data porta] Ex Virgi-

Quadata porturuuns. Bukm. v-597- Proturbat] Perturbas cod. noster. Burm. K 2- v. 600. One Pergit, & ingenti gaudens domat aequora velo
Nec mihi libertas imis freta tollere harenis.

Qualis eram, nondum vinclis & carcere claufus
Hinc animi, structaeque viris fiducia puppis,

Quod Borean sub rege vident, da mergere Graios 605. Infanamque ratem: nil me mea pignora tangunt Tantum

v. 600. Domat acquora] Vetoties vincere acquora dixit, ità hic eleganter domare. vid. infr. ad librum v. 512. BURM.

v. 601. Tollere harenis] Ita vet. 60d. & omnes antiquiores: Varronem tamen ab ariditate deduxiffe, testis est Seruius. CARRION.

v. 602. Qualie eram nondum vinclis in carcere clausus] Clausum secundus Vaticanus. Puto.

Qualis eras nondum vinclis & cascere clauso.

Mihi claufo. erat refer ad libertatem, potlea incidi in Baptistae Pii commentarios diu desideratos, in quibus ille monet, sic exstate in nonnullis exemplaribus. HEINS. Nihil muta. exclamatio est, qua a priori potentia & regno se decidisse deplorat. Ouid. v. Fast. 462.

Cernite sim qualis, qui modo qualis eram!

Vt ex codicibus refitruit Heinfius. vide & inf. lib. IV. 604. Burm.

v. 604. Quod Boream] Boream meliores. Heinsius.

v. 605. Infanamque ratem] Temeratiam propter nauigantium audentiam, quam equidem interpretationem rei & poetae aptiffimam'effe puto. H.] aut, vt diximus ad vers. 2. fatidicam, Papinium interpretantes, quad non ignorare potuit Boreas, quia de-

us. MASER. Respicit locum Sta tii lib. v. Theb. 373. Puppemqu insana flagellat arbor. vbi etiat Barthius, vocalem & fatidicat interpretatur; sed postea etiam in fanam hic ratem audaciffimam ex ponit. sed cum paulo antea no wam molem vocauerit, & haec na uis maior fuerit omnibus ante il lam structis, vnde paullo anteis gens velum ipsi tribuit, cur no magnam intelligere liceat, vt it passim insana omnia, quae mo dum excedunt, vocantur. sic no fter celfum malum dixit fupr. ver 3:2. quam insanam arborem Pap nius. sic infanus aestus lib. 11 676. infana faxa IV. 641. & fim lia omnibus obuia. vid. inf. 1 525. & Barth. ad Stat. 1. Thel 367. Burm.

v. 605. Nil me mea pettora tas gunt] pettora quoque ex. Bon. probat Voffius, quod petters etis vocantur carissima pignora. Que vero Ruricius Lemorix ep. x. lib 1. scribit ad Lupum, Domine pectori suo Lupo, Ruricius, id hi non quadrat, ego vero probo s gnora. HARL. Scribendum, g licet perirent cum caeteris Arg nautis, fi a me tempestate m mergerentur in mari, moriantu dum moriantur alii, feritas ba bara nec proprio fanguini parc Pius. Pignora cum Aldo Zi zerlingus, Bapt. Pius, Maierin Sabellicus, Schottus.

1/=

Tantum hominum conpesce minas, dum litora iuxta

Thessala, nec dum aliae viderunt carbasa terrae.

Dixerat. ad cunchi fremere intus & acquora venti
Poscere, tum valido contortam turbine portam

solo Inpulit Hippotades, fundunt se carcere lacri

Thraces equi: Zephirusque, & nocti concolor alas Nimborum cum prole Notus; crinemque procellis

Hispi-

- Ifmarios, Aquilonia pignora, fratres.

Deitsdem dixit Statius, v. Theb. 442. in contraria eunte Gaspare Barthio, lib. XVIII. sdv. 21. HZINSIUS. Vid. ad Ouid. VI.

Met. 498. Burm.

v.606. Dum licera inxea Inma appiendum pro adiccitiuo prox. ma, ve fupe, ve. 582. inxea altera telesta. & fupplenda oratio, dum tantum proxima litora Theffaliae viderume varbafa, fed nec dum aliae terrae remotiores, ita qui inxea erant Suet. Cal. x. quod aliate, qui circa, sa mach durdy, de sa mach durdy, ve notum. vide ad Vell. Pater. 1. 17. BURM.

v. 609. contortam turbine perton Inpulis] Durior & haec locutio; pro turbine contorto, immilo cum vi, impulit portam. vill quis conustfam, vel concustam, Vt Onid. I. Amor. 6. 50. vel con tallam velik legere, vel interpretati, vt contarquere frena pro-concorere supr. 455. ted relinquamus confecturas, & capiamus ianuam bie contortam, vt mox, verl. 629. nauem sorquens verberae Eurus, impellere vero proprium is hac re inf. 11. 272. vid. ad Petron. cap. xv1. validam hic Cod. Coki, sed tunc consorra legendum effet. Burn.

V. 611. Thraces equi] Vide Valfium ad Carullum p. 254, inepre Maferius equos dici ventes vultia matre, quia ex Borea & Dardani equabus nati. Thraces vero venti dicuntur, quia ibi quafi domicilium est ventorum, & its passm Poëtae. vid. Horat. 1. od. 25. & iv. od. 12. Epod. xiii. 2, vbi vide interpretes. Threiches Rovens Ouid, II. Art. 431, nofter Elonios ventos dixit lib. vi. 340. Thrutis equi Edit. luntae. Bur M. equi vocantur ab equina pernicitate, hac metaphora iam vsi sunt Graeci. conf. S. breideri Anmerkungen tib r den Anacr. pag. 722. & Klorz in Lection. Venus. pag. 358. ad Horat, IV. od. 4. 41. Compara descriptioem tempellaris Ouidia-'nam g. Trift. 2. init. & quae ibi feripti. Hart.

V. 612. Nimborum cum prole Notus] Cum mole videtur scriben-

dum, infra

- quam muita leo cunstatus in artla

Mole virum.
Sic bellorum moles lib. vr. apud
Nafonem lib. i. Metam. pro mundi moles operofa, cudices quoque
nonnulli, proles. Heins. Ninit
temere mutem: nam nimbi ventis oriuntur, vade eadem metaphora Virgil. 1. Aeneid. 51.

K 2 Nimba-

Hispidus, & multa flauus caput Eurus harena, Induxere hiemem; raucoque ad litora tractu Vnanimi freta curua ferunt: nec sola tridenti Regnamouent: vafto pariter ruit ignous aethe Cum tonitru, piceoque premit nox omnia coelo Excussi manibus remi; conversaque frontein Puppis in obliquum resonos latere accipiticus

Nimborum in patriam, local foeta furentibus austris,

Acoliam. dicit, vbi Seruius, Nimbi enim ventos fignificant. quia nimbus fere nullus fine vento, qui corum quali parens, audaciori figura losephiscan. 1v., de Bell. Troj.

Cum subito egressos inopino turbine surbat

Nimborum pincerna notus.

Quia effundit notus nimbos. ad quem locum plurima congessit Dresemius, qui ad Flaccum respexisse lscanum notat. vide & hic Weitzii notas, sic a veteri Poëta Iris dicitur, nimborum fulua creatrix. & ita mox vf. 652, notos fequitur cohors filiorum, horror, pluuis & imber, cum redirent ad Aeoli claustra, nosti concolor dicitur, vt passim nigri venti, picci, &c. vid. Barth. ad Stat. vi. 335. BURMANN.

v.613. Hispidus & multa stanus caput Eurus barena] Flanum copus, hispidus videlicet, in secundo Varicano, quod versum reddit molliorem. Baptista Pius pro dinería lectione adgnoscit, inprobatque. Heins, In luntina editione est vitiole, capit. Hispidus vero dici crinem potest recte Eurus, sed an arena caput flauwa hispidus eleganter dicatur dubito, Etus. Puppis in obliquam resont cum flauus caput arena sit obuium Carrionis liber, quod in second

& expositum, ideoque nihil mu tem. Burm. Flanum ex Bon. fe cor. a docta manu flauus. H.

620

v. 615. Fresh curua ferunt] No gum est litera pallim curus voca ri, fed concitatum a ventis mare curuum vocari poste olim dubita bam, & an non roctius furus le geretur, vt nigra aequera venti mota faepe dicuntur, sed & cm ua freta, retineri poterunt, pro curuatis, id est, in aleur vadis sublatis, cum Pio explica ri; vt & rece D. Heinhus & Dra kenburchius ad illa Silii 1. 471. Flasuque tumescens

Curuatis panidus transmisit Cy . cladas vudis.

vbi plura adduxerunt ; quibus ad de illa Virgilii IV. Georg. 360. — at illunu

. Curuata in montis faciem cir cumsterie unda.

vbi & vide interpretes. BURM. v. 616. Ruit igneus aether] S lius I. 135. Ruptoque polo mica igneus netber. De ruines coeli vio ad Phaedr. IV. 17. & mox ad ver 663. Burm.

v. 619. Puppis in obliquem] f Carrion, sed a Vosho iure culps tus. Puppis: in obliquum ex Boi in obliquo mutatat Cort. in me exemplari. HARL. Accipie achi prim. Vatic. alii, artus, vel as edition 620 Vela super tremulum subitus volitantia malum Turbo rapit. qui tum Minyis trepidantibus horror!

Cum picei fulsere poli, pauidamque coruscae Ante ratem cecidere faces, antennaque laeuo Prona dehiscentem cornu cum sustulit vndam! 625 Non hiemem, missoque putant consurgere ventos Ignari, sed tale fretum, tum murmure moesto: Hoc erat, inlicitas temerare rudentibus vndas Quod

editione perperam fecutus est. nihil mutandum. Lucani enim illa respexit libro 111. 627.

Strage virum cumulato ratis, multoque cruore Plena, per obliquum crebros la-

sus accipit iclus.
HEINS, vel potius imitarus viderur Virgil. 1. Aen. 102, sqq, vbi vide Heyne, HARL.

v. 620. Volitantia I Ita quidam codices, quos habuit Heinius, apud Quid. xL Metain. 470.

Vela tamen spectat summo voli-

yhi vulgo a finitantia. Burman.
v. 622. Cum picci flutere pali]
Scribe fulfere, emicuere, exiplendescere coeperunt. Prus. & fulfere, bene, cod. flutere ex Bon.
H. Praecesserat paullo ante,
— piccoque premis non omnio coèlo. Quare aut illic spiso coelo,
aut hic spiso poli corrigatur, hic
tamen malim, Adeantur notata
nostra ad Nasonem Metam. x.
508. Heins.

v. 623. Antennaque] Sic liber manuscriptus & aliae antiquitates. nec placent Grammatici, qui didum putant, quod ante se habeat amnem, quasi antenna, set est in ex. Bonon.] scriema set an en quod priscitur autem ab an, quod priscis circum etat, se seuendo: olt

enim id, quod Carchesson nominatur. CARRION.

v. 625. Non biemem missogue]
Andreas Schottus legendum putabat inssogue. Sed noli aliquid
mutare. Virgilium imitarus est
Ffaccus, cuius iltud in 111. Aeneid. 687.

Ecce autem Boreas angusta
a sede Pelori

Missaden. VOSSIUS.

v. 626. Sed tale freems] Sed hanc maris naturam elle putant. BULARUS,

v. 626. Tim murmure] Cum codex Coki. Bunn.

v. 627. Hos eras] Inf. viii. 160. Hos eras, infelix St. Vide ad Petron, cap, xciii. Burm.

Temerare rudentibus v. 627. undes] in codice Coki erat, sentare; sed in margine alia manu, tomerare. & roce: temerabantus enim aquae, quali facrae offent. er mox verl. 632. & 801. facros fluttus dicit. Pedo Albinou. apud Senec. Suasor. 1. Quid facras violamus aquas ? Plin. xsv. 4. non maria plus temerata conferremercetori. Et ita impias rates dixie Horat. 1. od. 3. & quicunque audacia & temeritate infigni nouum quid tentat, violare & temerare res quali facras dicitur. Silius 111. 501. [vbi vide Heinf. & Drakenb.] K 4

153 C. VALBRII FRACCI

Quod nostri timuere patres! vix litore puppim Soluimus; en quanto fremitu se sullulit Aegan! 630 Hoccine Cyaneae concurrunt aequore cautes? Tristius an miseris superest mare? linquite, terrae,

Spem

Impia ceu sucros in fines arma per orbem Natura probibente serant, divisque repugnent. Et IV. 70.

En age, qui facros monses, rupefque profundas Transiluie.

Vid. Barth. ad Stat. 111. Theb. 463. BURM. Sil. II. v. 472. ibique Drakenb. HARL.

v. 628. Quod Pius quod explicat per quare. reclius. haec caussa fuit, cur timuerint temerare vndas nostri patres. Burm.

v. 629, Quanto fremitu se susulir Asgon] Id est mare Aegeum; quod hodie dicitur Archipelagus; infestum id est & periculosum, tum propter scopulos valde exstantes, & vnum ex his sigura Caprae, teste Plinio lib. 1v. tum quod valde lasciuit slucibus caprino more, ve scribit Isacius in Lycophr. tum quia naues solet subuertere, & in breuia vada impellere, auctore Periegete. maxime circa Cycladas, vbi potissimum affligit & daystas; vt ait Hesychius.

Haec & alia notauit Delrio in comm. ad Thebaida Senecae, vnde ego enotaui, ZINZERI. Turnebo XIX. cap. 11. Aegon hic est Aegaeum mare. Statius v. Theb. v. 56. Innumeris quas spumifer adsilis Aegon. infra lib. 11. vs. 365. Eurus intonas Aegaeo. lib. 1v. 755. Nec santas quamuis Tyrrbenus & Aegon voluas aquas. vide infra

lib. 11. 365. Supra vers. 160: Er Aegaei super esfugit alta profundi. vi. 561. Tunc oculos Aegaea refert ad caerula. WEITZ. Alegon Bon. Aegan secundum Salmasium probat Voffius, HARL. En quanto f. f. S. Aegon Baptista Pius coniecerat, scripti omnes, editique, praeter Colinaei & Gryphii codices, & quanto, quod Carrion tamen adripuisse non debuit i ita enim frequentissime apud nostrum peccatur, vt iam supra vidimus. forte, at quanto! deinde Aegan scribendum tam hoc loco, quam lib. 1v. vers, 715. Et apud Statium, lib. v. verf. 56. quas fpumifer adfilit Aegan. vti Salmasius ad Solinum pag. 825. iam monuit, Aiyalav, Aiydav, Aiydv, vt Αλκμαίων η Αλκμάν, Ποσειδαίων η Mossidáor, Nossidár, Eguníur, Eéμάμν, Ε'θμάν. HEINS. Acgon tamen, ve contractum ab Access, praefert Barth, ad Stat. v. Theb. 88. Burm. aequore cautes] littore codex, sed nil mutandum. vide supra vers. 59. vbi concurrere ponto dicuntur. HARL.

v. 631. Terras spo pelagi] Sic quoque ex. Bon. sed meliorem, quam in suos cod. reperit Carrion', lectionem iure desendunt quoque Bulaeus ac Vossus, atque explicant vt Heinsus & Burmann secerunt. Bulaeus praetee ea comparat & laudat Propert. 111. el. 6. HARL.

Linquite, terrae, Spem pelagi cum Carrionis libro ac nostris codicibus.

Spempelagi, sacrosque iterum seponite fluctus-Haec iterant, segni flentes occumbere leto.

Magna-

bus. ne dubita. serrae, hoc est, homines, linquite & omittite spem pelagi. male Barthius pugnat pro vulgata scriptura Advers. lib. LII. cap. xI. & libro xXII. cap. XIX. vti etiam Zinzerlingus, qui praeterea perperam subpenite peo seponice, renitentibus libris feriptis, mox occurrere letbo, non eccumbere duo Vaticani & Oxoniensis, quod non est de nihilo: vide annotata nostra ad Phoenissas Senecae vers. 366. vbi legendum, non vitro suo sceleri occur. rit: vt in Oedip. 964. vltro consequentur, vulneri occurrunt suo. Heins. Terrae fine dubio verum & pro hominibus humanisque rebus poni ostendit Barth. ad Claudian. I. in Eutr. 157. & CL Drekenb. ad Sil, tir. 75. BURMANN.

v. 638. Sacros fluctus] Hoc est, quos tentare religio tit. Nam facrom haut raro religiofum, venerabile, inviolabile. Supra vs. 1. Deorum freta appellabat. LAEUS.

v. 632. Seponice fluttus] Pius, Nultum enim alium inseriiffe difeponice, vel pro eligite, ve qui xit, sed ve quisque a corpore sefrudus eligunt , meliores sepo- iungitur , arbie de floffines. Siffing nunt, vel pro contemnite, abii- lib. vr. vs. 202. cite, vt apud Ouid, 11. Amor.1x. 22. tutaque seposito postitur ense rudit, explicat. in priori expositione effet ironia, sed melioralters, seponite, pro desistite amati temerando, soponite vt rem sacrear, quam tangere non licet. ve its sepositum ad fanum dixie Gicer. xv. ad Att. Ep. 15. sed ad hanc locum apposite a Vossio adductus Seneca Med. 335.

Bene diffepti foedera mundi Tranis in vann Theffala pinus, Iussique pati verbera pontum, Partemque meeus fieri nustri Mare sepositum.

In Ouidii loco a Pio adducto est. diposito, reclius, vide notas Weitzii de verbo seponere. Alard. lib. 11. Epiphyl. Philol. 16. exponit Seponere, pro postponere & remouere, inepte. Bunm. Supponise Zinzerling legendum putauit. HARL.

v. 633. Segni flentes | Mors quae in naufragio oppetebatur inuifa maxime erat veteribus illis. Hinc milites apud Synefium, ne naufragio perirent, statuunt sibi necem manu consciscere, vt heroicam, & animae nequaquam exi-Quia enim igneam hanc tialem. credebant, exstingui videbatur contrario elemento. Quare Homerus de folo Aiace Oilei aquis submerso ad istum modum scriplit:

Die a find and antimates, imm mies extraton again.

Aiax interiit, postquam bibit acquoris undam.

Hune medio inundit fluttu, ripasque relatos (Hen genus infandum lesi) depa-

skitur artus. Nam fic emendat primum versum Fr. Modius Nouantiqu, lect. epift. mxsr. Vide Synefium epift, Isr. Seruium in I. Aeneid. 93. Frid. Taubmannum in Culic. verf. 348. Lud. Carrionem, [qui commode laudauit Ouid, 1. Tristium 11. 15. quem conferes. HARL.] & eruditiff. Lamp. Alardum ad hunc No-Kς

Magnanimus spectat pharetras & inutile robur Amphitryoniades: miscent suprema pauentes Verba alii, iunguntque manus, atque ora fatigant: Aspectu tota in misero cum protinus alnus Soluitur, & vasto puppis mare sorbet hiatu.

Illam

Arum. BULAEUS. Adde hic Weitzii notas, & Barth, ad Stat. VII. 807. & Cuper. 1. obseru. 8. & alios. Burm.

v. 634. Et inutile robur] Clauam intelligit, vt inf. 11.534. & Stat. IV. Theb. 163. & ita explicat rece Cerda ad illa Virgilii VIII. 220.

- rapis arma manu, nodisque graugtum

Robur.

Qui & ad vers. 250. eiusdem libri, rabur dici, non quia roborea, sed firma & valida erat, docet: nam ex oleastro fuisse probat ex Theocrito & Apollonio Pineam fuisse oftendit Scholiastes Barthii ad Stat. Iv. Theb. 155. quamquam id ex Statii verbis non necessario conficitur, quod autem folo ligno fuisse clauam Creda existimet, nescio an omnes tradiderint, Aere munitam fuisse, docet Schol. Apollon. 1. 1196. BURM.

v. 636. Iunguntque manus atque ora fatigant] Discedentes manus iungere, & se inuicem osculari amant. Ouidius 1. Trift. eleg. 3. Et quafs discedens oscula summa dedi. Bul. Petron, cap. Cx IV. de timili miferorum in metu naufragii conditione: I fi vere Encolpion dilexisti, ad oscula, dum lices, & vleimum bot gaudium fatis properansibus rape, Gc.

v. 637. Tota cum] afpectu in mifire pora cum ex. Bon. Ald. al. & probat Zinzerling, eie La tantum particula in, quae ex prima fe-

quentis dictionis littera nata fuerit. Carrion inuenit in suo cod. & dedit tota in mifero. HARL. Scribe, cum torta protinus alnus, vt vocalis vitima fit longa, duabus consonantibus sequentibus: tortam alnum vocitat nauem rotatam, & tam vefane agitatam, vt impetum maris viterius ferre non posset, postumus quoque legere, tota, id est vniuerse & multipliciter. Prus, Tirefias hic plane fuit Iulius Scaliger lib.v1. de art. poet, cap. vi. vbi ita ad hunclocum commentatur; Si tota folsisur, quomodo posest deinde pracfiere quin nulla fit? Verum, fed hic introducitur Deus e machina Neptunus, nempe qui cos iunat, & vastos hiarus nequeune farcire nautae. Inne foluitur longe aliud est ac putauit Scaliger, nimirum gubernaculo destituitur. similiter libro tertio loquitur noster.

--- refolutaque puppis Turbine flettit iter. portugue refertur amico:

Puppim autem valto hiatu mare sorbuisse ait Valerius, non quod fiffa effet, aut quod latera diffiluissent, sed quod soluta gubernaculo superiori parte magnam vim aquae hausisset. Vossius. Puto & distinctione laborare locum, & vocem tota, quae folkcitos, habet interpretes, effe meadosam, an enim tota alnus solui dici possit, quae rimam tantum agebat & yna parte hiabat, qua hauIllam huc atque illuc aunc torquens verberat Eurus.

640 Nunc stridens Zephyris aufert Notus; vndique feruent

Aequora: cum subitus trifida Neptunus in hasta Caeruleum fundo caput extulit.

Et Soror hanc, inquit, mulcens mea pectora fletu Abstulerint: veniant Phariae Tyriaeque carinae,

645

fius de gubernaculo adducit, qua authoritate probare possit, non video, in altero etiam loco, non resoluta, sed revoluta legendum est. folui vero nauis dicitur, cum aleres & zabulae, quae commifsae erant, laxantur & rimas agunt. Le lib. v111. 357.

ac fluct u puppis labefacta rener fo

Soluitur. vbi etiam pars nauis fatiscens intelligenda; apud Ouid. 1x, Met. 664. & ingenti ialtuam flamine Soluir. & ita Lucas Actor. xxvII. 41. ή थे πρύμνα ίλύστο ύπο τῆς fuit tur augustur plura de verbo folgere infr. vers. 829. quae cum ita fint, legerem & distinguerem,

Atque ora fatigant Adspellu mota in misero. Cum prosinus alnus

Soluitur.

Mota, vel commota tristi casu & metu naufragii ora fatigant fupremis osculis. posset & nom legi, fenfu, quo fupra 257. netas voces vidimus, tres vero illae voces conftifae faepe funt a librariis. in Gryphii edicione transpolitis vocibus erat, cum tota protinus, BURM.

v. 639. Verberas Eurus] Incodice, quem contuli, sequens versus omiffus erat, vt senfus Flor. 1. 3. Abstulie vireus porri-

hsuriebat aquam. nam quod Vos- effet, Eurus torquens nauem huc atque illuc, verberat aequora. quod defendi posse quidem video, sed elegantius ventis inter se certantibus, vt solent Poëtae, (vid. Virgil. I. Aen. 85. & IV. 442.) imperum in nauem Euro adicribit, & habuisse illa Horarii ex Epod. x. ante oculos videtur,

Ve borridis verumque verberes latus,

Auster , memento fluctibus. vbi, fi per codices liceret, maflem, flatibus, vt borridi flatus fint asperi, sacui, ve Seruius bibernos flasus exponit 11. Georg. 339. vide ad Ouid, vrt. Met. 532. & supra vers. 507. quamuis & vulgata defendi inte potlit. De verbo verberare vide Broukh. ad Tibuil. 1. 11. 7. Burm.

v. 641. In bafta] Vide ad lib. **v.** 349.

v. 643. Mulcens men pettora] Mukentes pettora, codex, quem contuli. BURM. conf. Schrad, ad Musaeum p. 274. HARL.

v. 644. Abstulerunt] ita ex. Bonon. Mas. & probat. Voilius, HARL. Inepte per banc Bulgeus baftam intelligit. est enim deintende. hanc nauem Argo, audacem & temerariam, feruarint, abducendo ab ira mes, ve bene Pius, ita Vela Notis, plenasque malis clamoribus vndas!
Non meus Orion, ant faeuus Pliade Tantus
Mortis caussa nouae. miseris tu gentibus, Argo,
Fata paras: nec iam merito tibi, Typhi, quietum

Vlla parens volet Elyfum manesque piorum.
Haec ait, & pontum pater ac turbata reponit
Litora, depellitque Notos: quos caerulus Horror
Et madido grauis vnda finu, longeque fecutus
Imber, ad Aeoliae tendunt fimul aequora portae.

655

eidam, nec multum distimile illud Stat. v1. 809.

Moriturum auferte Lacona.
Burman.

v.645. Permissungue putent]
Exemplo servatze primae navis
audeant aliae ingredi mare, credentes iam permissum, sed poenas
dabunt. BURM.

v. 646. Plenasque malis clamoribus undas] putabam aliquando, aliis clamoribus. hoc est similibus eorum, qui nunc audiuntur, fic IV. 575. Iam alio clamore ruunt. fic alii cantus. vers. 218. alius Pelias : alia aequora VII.92. alius sermo ibid, 257. alii cafus. 362. aliae vrbes 448. alius Draco. 11. 382. fi malos clamores placet feruarianon multum obnitor, vagis clamoribus Iohannes Columbus legebat. HEINS. Mali illi clamores, funç miserorum in extremis constitutorum, vt bona verba lacticiae indicium faciunt. vide Weitzii notas, de his clamoribus vide Iuret. ad Tertull. de lona, vers. 42. Virg. 1. 87.

Insequitur clamorque virum stridorque rudentum.

Statius III. Theb. 58.

Tollunt
Clamorem. bello qualis suores

Clamorem. bello qualis supremue

Vrbibus, aut pelago iam descen-

vbi Heinfius malebat, desidente corina. vide supra ad vers. 186. Burmann.

v. 647. Meus Orion? Pius explicat, quia est naufragum sidus, & ideo Neptuno amicum. sed suum vocat, quia eius silius a quibusdam proditur, vt noster infr. lib. 11. 507. & IV. 123. BURM.

v. 650. Vila parens voles Elyfum] Malebam, vanet. de futuris enim, ceu de praesentibus, agebant vaticinantes, sed ne hoc quidem pro re certa venditarim, nec sam praeterea in scriptis. HEINS. Tam merito esset, vt se meritus. de quo inf. lib. 11. 145. manesque deorum noster codex. Buamann.

v. 652. Ques ceeralus berrer]
Sensus planus est, constructio paulo intricatior. Ordo hic videtur:
Cum Notis ad Aeolise tendunt
simul aequora portae, hoa pipos
Notos a tergo infecuti comites,
Hortor, Plunia, & Imber. Adi
Linactum de constr, ordin. Bul.

v. 654. Tendun: simu!] Haer mihi optima lestio visa est, tamets liber manuscriptus inderesa ab Asoliae renduns. simul acquire portat. 566 Emicuit reserata dies; coelumque resoluit

Arcus; & in summos redierunt nubila montes. Iam placidis ratis exfrat aquis, quam gurgite ab

Et Thetis, & magnis Nereus socer erigit vlnis. Ergo humeros ductor facro velatur amichu,

66o

portee. iudicent doctiores. CAR. RION. portas cod. forsan Valer. fcripfit, fimal (cum) acquore porsas. HABL.

v.655. Emicuit reserata dies] lucunda translatio, qua Condum & Promum appellent Solem autores. Statius v. Theb. v. 489. Vix referets dies. Martian, Capel-La lib. 1. de Phoebo: Asque ident pallio rusilante, ac referato stellantis poli limine Sol repente clarus micrit. Sedulius lib. 111. Clara renascensis referas spiramina lueis. Sic Lucret. lib. 1. 11. Es reserma viges genisalis aura Fauoni. Seating lib. vit. Theb. 483. Referere viem. Et 11. Achill. 320. referato limine. Seneca Troade vi. 353. Referare polum. Agamem. voci. 756. Referate paulum terga nigrantis poli. WEITZ. Claudere coelum, & contra aperire & redudere, passim apud Poetas occurrit, cum de luce & tenebris; vel frigore & calore agitur. Stat. hb. v11. 47. Lateque nono Titane reclusum Acquer. Manifius 1. 702. Cen missara diem subito coelumque recludens. Boëtius lib. I. Confol. Philos. Metro III.

Hanc si Threicio Boreas emissus ab antro

Verberet, & clausum reseret dien.

Dictys Gretens. 1. 22. quibus perallis sedara lues, instarque aestiui temporis coelum reseratum est. vbi Heinfine malebat, fenenceum, Ita Codex MSS. quem contulit

quo nihil opuselt. Ammian.x1v. 10. coeli referato tepore. Senec. Suafor. 111. aliis serena elanduntur, 9 omne coelum nubilo graue. & hinc apertum coelum est serenum, vide Seru. ad Virgil. 1. 155. & 394. & VIII. (22. vbì etiam. Cerda clausum pro sereno, & apersum pro pluuio dici notat. sed perperam tamen Virgilii locum ita interpretatur, cum ibi de tonitru, quod fereno coelo fit, agatur. adde etiam Silium libro x 11. 613. & 665. & Ouid. 1. Fast. 681. vid. Barth. x xx111. Adv. 7. & hic Weitzii notas, easdem locutiones adhiberi Poëtis, vbi de vere agunt, cum laxatur & aperitur humus, & de hyeme. vbi clau*diner*, videbis in notis ad Ouid. 11. Ep. 123. & IV. Faft. 88. BURM. v. 655. Coelumque refoluit Idem notat, quod recludit. Ouid. xIV. Met. 400.

Passague eras nebulas vensis as sole resolui.

vbi multi codices, recludi. Virgil. 1v. Georg. 52.

Cotiumque aestina luce recinsis. vbi vide Cerdam. Bunm.

v. 658. Socer erigit] Socer hic respectu Pelei, qui inter Argonautas erat. Magnes vero ipfi elmas cur det, vid. ad Albinou. Epiced. in Drusum 224. Stat. 11. Silu. 1. 219.

Immenfis wraam quatis Acacus vlais.

Heinfitt :

660 Aesoniamque capit pateram: quam mun gaudens

Liquerat hospitio, pharetrasque rependerat au Salmoneus: nondum ille furens; cum finge

Quadrifida trabe tela Iouis, contraque ruent

Heinfins: male vulgo embris le- cico duces; neque magis ph gitur. Burm.

v. 660. Quam munere gaudens Liquerat bospitio, pharetrasque rependerat auro] Primo scribendum opinor per adpolitionem', quidquid libri veteres obnituntur. quam munera, vt libro iv. 262. Indomitamque bouem da carae

munera nuptae.

libro v. 512.

Munera tu contra victum mibi ve-Eta per aequor Accipe, Tenarii chlamydem de

sanguine abeni. & fic frequenter Poëtae, dicemus denno nonnihil infra libro 11, 252. malo etiam, bospitii. deinde non video quis phareeris hic nit locus. quapropter phaleris debere reponi opinor, hoc enim Aesoni Thessalo vonueniens. Thessali quippe primi equorum domitores, supra de Castore habuimus, verf. 414. Oraque Theffalico melior

contundere freno. Et lib. 111. 13.

- spfe ducis pateras, & Thef-

fala contra Frens rapit. HEINS. Cum fequatur rependerat, necessario debuit Aeson prior dedisse hospiti suo Salmoneo munus, quod rependit ille data Aesoni patera aurea. quare munere gaudens feruandum. gratum enim fuit hoc Salmoneo. ideoque ille donum contra dedit. incerta vero coniectura de Phaleris nam non minus pharetra vsi Thesali ac reliqui empore her-

ras muneri dabant, quam Ph tras. he apud Ouid, x111. A 679. de Anio, Aeneae & co tibus hospitii munera dante,

Prosequitur Rex, & dat

nunus ituris Anchifue sceptrum, chlamy pharetramque nepo Deinde Troiani rependunt mui illa aliis non leuioribus, i Quae etiam patera, fic apud Pl tum, Amphitryoni ob virtu patera donata aurea est, qui l rela potitare rex solitus est. A& I. 104. & pailim, quare nec nec inf. lib. 111. 13. contra bros scriptos aliquid nouano existimo, licet Pharesrae & l lerae, saepe librariis commun fuerint. vid. Barth. ad Status Theb. 74. & eadem varietas apud Claudian. 11. in Rufin. & alibi. illa vero locutio, redere auro, saepe occurrit, pari pondere auri aliquid aeq re in remunerando, vt docuit daeus de asse lib. 11. ex Plin. VII. 78. & aliis eius, & Cic nis locis, hic tamen de patera bet fumi, quae an aequau pharetrarum vel phalerarum p dus, nescio. surum vero no saepe pro vase aureo, vel poci vel patera, vel alio capit. \ fupra vf. 148. 338. & alibi. Bu

v. 663. Contraque ruentem}. enti videtur feribendum, vt jungatur të armulus- aemulus Aut Athon, ant Rhodopen; moestae nemora ardua Pilae

665 Aemulus & mileros iple vreret Elidis agros. Hac pelago libat latices, & talibus infit:

Di

si ruesti contra Atbon. cette in primo & quarto Vaticanis, ruente, vel ruentis. fic apud Horatium, I. od. 16. Iupiter ipfe ruens turuit igneus aether. Silius XVII. 252.

Hinc rupti reboare poli, & crebra micare

Fulmiua, & in classem ruere inplacabile coelum.

Phaedrus, IV. 16. Canes confusi, subito quod ruerat fragor. de tonitru. ita feribendus, vulgo, confusus Subite quod fuerat. Heins. Ruente noster codex: Pius exponit, se opponens loui ruenti, id est diffipanti Athon, &c. fulmine. vt Ruo habeat vim actinam, quod non displiceret, si modo constaret Latine & eleganter dici, nemulus contra aliquem. Sed ego con-Aruerem hoc modo: cum fingeret tela louis, & ruentem (louem feil.) contra Athon, aut Rhodopen. (distinctione posita) & aemulus (fcil. loui) ipfe vreret nemora ardua Pisae & agros Elidis. BURMANN.

v.664. Aut Athon, aut Rhodopen] Maserius refingit, Atho. Quod & Aldinus codex adgnofcit. pari modo apud Maronem Grammatici veteres contendunt Scribi oportere Georgicon primo, verf. 332. aut Atbo, ant Rhodopen&c. De qua re operose dispuzat Maserius, nos membranis inuitis nihil mutamus, mox pro ipfe wreret, puto scribendum, exureret. HEINS. Vid. Voff. de Art. Gram. lib. 1v. cap. v11. qui dicit Carrionis editiones habere, ant

Athon, aut Rhodopen, aut moeflae moenia Pifue. Vide & infr. lib. 11. 76. Burm.

v. 664. Nemora ardus Pisael multu. Supra habuimus vers. 616. Seruius exponens illud Yhgilii lib. vr. 585.

Vidi & crudeles dansem Salmomones poenss,

Dum flammas: Ionis & sonierus imitatur Olympi.

Salmoneus (inquit) Acoli filius, non quidem Regis ventorum, fed cuinsdam apud Elidem, vbi regnauis: fabricato ponte aereo, super eum agitabat currus, ad imitanda tonitrua, & in quem iaculatus esses facem, eum occidi inbebat; postea vero fulmine ictus est. quae eadem habet Hyginus. [fab. 61 & 250.] Virgilius,

Quatuor bic inuestus equis &. lampada quassans

Per Graium populos, mediaequa per Aelidis vrbem

Ibat onans, diunmque fibi poscebat bonores,

Demens, qui nimbos & non imitabile fulmen Aere & cornipedum cursu simula-

rat equorum. Porro Pisa oppidum Achaiae est, adiquod est amnis Alpheus, qui Elidis fluuius in Siciliam exit. Elidis meminit Plinius in descriptione Achaiae lib. v. Virgilius lib. 111. 694. Carrion. Virg. Bucol. x. 4. ibique Heyne. HARL.

v. 666. Hac pelago libas latices] Vide Pindar.-rv. Pyth.343. qui ausea Phiala liboffe lafona scribit, eum primum anchorae sublatas effegt. Burm.

v. 657.

Di, quibus vndarum tempestatisque fonorae Imperium, & magno penitus par regia coelo: Tuque, fretum dinosque pater sortite biformes:

670 Seu casus nox ista suit; seu voluitur axit,
Vt superum sic staret opus; tollique vicissim
Pontus habet; seu te subitae noua puppis imago,
Armorumque hominumque truces consurgere
in iras

Inpulit:

W. 667. Tempestatis sonorae]
Maiorem quamdam in sonora,
quam in sonars, dignitatem esse
notant Grammatici ad Virgil. 1.
Aeneid. 53. vnde noster sumstr.
BURMANN.

v. 670. Seu cafus nox ista fuit] Cafus fecundus Vaticanus. Lege, seu cafu nox illa ruit. vt apud Maronem Aeneid. vt. 539.

Non ruit, Aenea: nos flendo ducimus boras.

& fecundo, vers. 250. ruit Ocearoo nox. sic & dies ruit apud eundem libro decimo, vers. 156. pro
ingruit. nss legendum, seu casu
noxa illa fuis. deinde pro voluitur axis, forte, foluitur. sed lib.
11. 358. aeternum voluens opus dixit. v. insta vers. 329. HENS.

v. 671. Tollique vicissm Pontus babet] Schottus legebat, Auer. sed vulgaris lectio recta est; Nam To babes opponitut To cafus, quod praecessit. Air igitur Valerius, feu casu tempestas haec orta sit, feu pontus id fatale habeat, vt vicissim tollatur. Res clara est. Vossius. Hauer Andreas Schottus II. obseru. 39. & Alardus. male, vii iam docuit vir eruditissimus Iohannes Fredericus Gronouius ad librum verr. Thebaïdos Statianae vers. 515. idem pro mendolis habet ista, quae proxime praecedunt, sollique vicifim.

HEINS. Attigit quidem hunc locum, difficilem sane & intricatum, Gronouius, sed non persanauit, nam pro sare opus, asterisco posito legit, sic slare * tolsique vicissm pontus babet, & alias latius de eo sententiam disturum promist, quod secisse nusquam reperi, vocem opus suspectam sacit etiam codex noster, in quo erat a prima manu, sares axis, sed correctum opus, sorte legi posset,

Seu voluitur axis Vi superum; seu stare salum sollique vicissim

Pontus babet.

Singula videamus. Vi saepe expullum esse ab vs vidimus ad Phaeds. 1. fab. 2. & Quin&.x. de Inst. Orat. 1. vid. Gudium ad. 1. fab. 11. vis superum dicitut, vt Columellae, 1. de R. R. 7. vis maior coeli. & vis maior passim pro diuina, maior humana occurrit. vid. ad Vell. Paterc. 11. 31. & mox ad vers. 683. Pii notas. & ita vis dinina, pro numine culta, de qua egregia habet Phil. a Turre de Diis Aquileiensibus, pag. 296. deinde opus superum, sine capias adicative superum, five pro superorum, debet notare vniuersum, vt 11.358. *aesernum opus*, & faepe apud Ouid, vt v. Fast, 12. & 11. Trift. 426. sriplex opus. Non video

v. 773. Meminiffe] Non simpliciter memoria tenere, sed etiam vlcisci. vt inf. \$26. memor Aesonis ombra. & ita ira memor. Vitgilio I. 4. & aliis. contra oblisisci est deponere animum viciscendi. infr. 111. 664. oblitaque mumine fesso Iuno sui. Burm.

v.774. Sub nocte Cupreffi] ld est ymbra densa, quae tenebtas efficiebat. omnia hic infernalia fere verba, ita non pro inferis, & tenebris spitsisimis vid. Drakenb. ad Sil. xIII. 708. BURM. Sic v. 95. vmbras poluit pro denliffima filua. Horat. vero IV. od. 4. 57. 58. Duris ot ilex tonfa bipennibus Nigrae (h. e. vmbrosae) feraci frondis in Algido. HARL.

v.778. Multa pallens ferrugine] An, fquallens? adeantur quae notamus ad librum 1. Metamorph. NasuEt taxi frons hirta comis; iple aeger, anhelans, Inpatiensque loci, visaque exterritus vmbra. Hunc sibi praecipuum, gentis de more nesandae, Thessalis in seros Ditis seruauerat vsus. Tergeminam tum placat heram, Stygiasque

Tergeminam tum placat heram, Stygiasque fupremo

Obsecrat igne domos, iam iam exorabile retro-Carmen agens, neque enim ante leues niger auchit vmbsas

Por-

Nasonis. 374. palleuses tamen biasynthi, & qui ferruginei Poetis, albe purpurantes Columellae didi. Sordibus in Aldino codice, item in ex. Bonon. HARL.] HEINS. Vid. Broukh. ad Tib. 1. 4. 37. BURM.

v. 779. Gentis de more] Virgilius vi. lestas de more bidenses, Statius, ex more v. Siluar. II. vs. 29. Contrarium est, sine more; quod iniuste, sine exemplo, crudeliter exponit Luctatius in Stavii Thebaida. Legendus Petrus Faber IC. lib. II. Semestr. cap.xvIII. BULAEUS.

v. 780. In seros vsus Quo non mis in extrema necessate vtete-tur. Stat. x1. Theb. 563.

Vlericemque animam ferusbat in iras. BURM. miferos cod. quod non plane sperno, v. ad vers. 712. & ind, in not. & fera ac miferi saepe confunduntur. v. ad 11. 234. 294. 111. 270. Tergemina bera est Hecate. v. Virg. 1v. Aen. 511. Diana etiam eriformis vocatur. v. quae scripsi ad Ouid. 1v. Trist. 4. 73. HARL.

v. 783. Niger asebis] Nihil hic saurandum, fed observandus mos weterum, qui credebane animas occisorum non starim a Charonce avectas ad loca debita, sed tamdiu in faucibus Orci, siue ripa Lethaei sluminis, moratas, douec impletum esset certum spatium. Aesan igitur hoc loco, cum de sato cogitaret, Hecaten infernosque Deos vitimo sacriscio obsecrat, vt patiantut animam statim auchi in loca, quae pios manent. Credebatur autem id ante sieri non posse, quam retro exorabile carmen egissent. Quad ex Valerii nostri verbis apparet. Quamquam non memini me alibi hune ritum legere. Voss.

Tergeminam qua placen Heram.
Singiasque suprema
Obsecrat igne donos, iam ium
exorabile retro
Agmen agens.

Ita Aldus. Obferas legendum videbatur Andreae Schotto IL Obf. 57. exerabilie, qui exome, an dicarur, dispiciendum. auchie bene scripti pro aduebie, [quad est in ex. Bon.] paullo ante Baptista Pius testatur non deeffe, qui legant, Stygiasque Suprema Obsacrat igne canes, exemplo Maroniano, Stygiasque canes in notte suprema. quomodo & Lucanus. moz., & cunctae primis stans fancibus orch adulterina videntur. deinceps editio eiusdem Pii, mibi sonciliis, ve & aliae vetuftiores [e. g. ed. Bon. Μą correct.

Portitor, & cunctae primis stant faucibus Or

correct. vero a docta manu confilis. HARL.] cum scriptis potiogibus, quod & idem Pius de fuis adseverat. dixi ad Hbr. 11. Aeneidos Virgilianae. HEINS. Cum plaeas Cod. Coki. locus obscurus. de Ingulis videamus. Ignem supremum capio, vt supr. 752. clamorem supremum, id est, vitimum, & postea non iterandum. Imitatus hoc Statius VIII. Theb. 71.

Sit qui rabidarum more fera-

Mandet atrox bostile caput, quique igne supremo Arceat exanimes, & manibus acsbera nudis

Commacu let.

Stygias domos interpretor inferos & inferorum numina, quae eum recipere deberent, vt domes exilis Plutonia Horat. I. od. 4. & Stat. VIII. 48.

Quid enim mibi nuntius ambas Itque reditque domos?

Vbi coelum & Styx intelliguntur. Exerabile autem pro, quod exorat, ponitur; vt & lib. v. 321. neque inexorabile certe. Quod petimus. retro vero quid hic notet, & an iungendum cum exorabile, an cum agens, dubium. Pius, retro agens, reiterans, vel aucrtens fe dum dicit, explicat. ego puto cum priori iungendum, & carmen retre exerabile idem notare, quod antea, olim vsitatum erat, quo olim Stygios deos exorare folebat, ita Stat. 1. Sylu. 1v. 69.

Genus ipse suis praemissaque retro

Nobilitas, nec origo latet.

Sie Quinct. lib. v. de Inft. Orat. stant, ve ait Virgilius, orani 10. vbi docet caussas non ab vl- primae transmittere cursus, no timo esse repetendas. Quomodo alias auchit Charon, nisi man pernenire que libet, retre cauffas le- placati, & dii inferi propitis

gentibus (agentibus alii) licet, est ab initio. centies ita vti Tertullianus, vt Apolog. 1. minem pudet, nist plane retro n fuisse. & xvIII. Hebraei retro. patfim. Sidon. Apoll. IV. Epift. Cum abbine retro inuenes eram vbi vide Sauaronis notas. aga vero carmen est quasi ex formi pronuntiare: vt IV. 87. Securi numeris agit & medicabile carmo Qui locus dubitationem exen Th. Sitzmano ad Boet, Confe Phil. lib. 1. princ. recte & Lati dici a Boetio, Carmina qui que dam studio florente percei. Buni

v. 783. Leues] Ita facpe vi brae dicuntur, vt Senec. Her Fur. 708.

Quid ille, opaca, qui regit sa pero loca,

Qua sede positus temperat pop los lenes.

Qued ad imitationem Ouidii d aum, qui x. Met. 14.

Perque leues populos, fimulacri que functa sepulchri Sed huic loco accommodatif mum epitheton, quia sutili cyr ba transuehendae vmbrae, quae graues forent, deprimerent nau culam, vnde egregie fingit Virg lius lib, v1. 413. cymbam rim sam pondere Acneae viui grau

fimul accipit alues , Ingentem Acnean: gemuit fi pondere cymba Sutilis, & multam accepit s

mosa paludem. Deinde legendum, ut cunctae, & sensus enim est, ex vmbris, qu ħr 785 Illum vbi terrifici superesse in tempore facri Conspexit, statuit leto, supremaque fatur, Iple manu tangens damnati cornua tauri; Vos, quibus imperium Iouis, & non segne peractum

Lucis iter, mihi conciliis, mihi cognita bellis 790 Nomina, magnorum fama facrata nepotum: Tuque excite parens vmbris. vt nostra videres Funera, & oblitos superum paterere dolores; Da

fint, & sepultura honorati defuncti. vt Virgilius late docet lib. IV. verf. 317. & feqq. or hic capio pro quamuis. licer omnes in primis faucibus Orci stent, non ante tamen auchit. Fauces Orci illustrauit Barthius ad Stat. VIII. Theb. 278. Homerus & Graeci mulas ale dixere, vt post Grotium docuit Stanl. ad Aesch. Agamem, 1300. & cum #6244 etiam Graeci angustias & isthmos vocauerint, vt Corinthiacum Pind. 1x. Olym. 129. & alibi vid. x. Nem.50. & Schmid. ad x 111. od.5. ita hic fauces, quo nomine & isthmi dicuntur, recle #blas gib exprimunt. cundi eret in nottre codice. Burn. &, quod post negatiuam propos. saepe idem, ac fed fignificat, non mutandum puto. HARL.

v. 785. Terrifici] Terrificis MSS. codex. & tunc facris legendum foret. & sensus effet, vbi opportune illum ad haec facra Stygia, hue feres vfks, fernatum effe confpexit. eodem fere sensu Iustin. lib. 111. I, cum vaum ex regis filiis sceleri sua superesse Artabanus videret. id eft, in quem scelus exercere posset. in tempore vero, vt apud Terentium & alios, pro opportune, tempestiue. Burm. adde, quae ad Cornel. 1. 5. 1. scripsi. HARL.

v. 787. Ipfe] Lege, ipfa. Vossius. Sed fequentia & praecipue 791. notant, Aesona, non sagam haec agere & fari. nisi Vosfius ipfa ad cornue retulerit, quod minime puto conuenize. Bur M.

v. 787. Damnati tauri] Rece explicant, morti destinatum. sic Quinetil. trt. Declam. 4. ve bune mibi deploratum spiritum, boc destinatum damnatumque corpus, publicarum viilitatum vsus absumeret. ita damnata mulier Petron. cap. CVIII. est supplicio vltimo digna. Burm.

v. 789. Cognita bellis Nomina] Graecanicum est. Ita dicimus, nomen agelli, pro, agellas. binouanus in epicedio Drufi: 20mina magna locorum. Scalig. in Catalect. p. 176. infra lib. III. vf. 562. magni referentem nomen amici. lib. iv. vf. 136. 223. lib. v. vf. 61. 119. lib.v 11. 2 '5. WELTZ. Concilia spestant pacem, ita ut pace belloque cognitos fibi innuat. fic Virgit. 11. 88. regumque vigebat conciliis. & Glaud. Bell. Gild. 46. Armato quondam populo patri-

isque vigebam Conciliis. ita enim legendum. BURM.

v. 792. Oblicas Superum paserere dolores] Rece ad fluuium Lethen refert Maferius, quo poro obli-M 4

Da placidae mihi fedes iter; meque holia velki Conciliet praemissa locis, tu nuntia sontum

Virgo Ioui, terras oculis quae prospicis aequis Vitricesque deae, Fasque, & grandaeua Fu rorum

Poena parens, meritis regis succedite tectis.

obliuiscebantur vmbrae ante in vita actorum. fuperi enim hic in 11. 362. terra viuentes. vid. ad Vellei. Paterc. 11. 48. oblitos autem paffiwe nofter saepe solet ponere vid. 11. 380. 111. 532. Catull. Epith. Thet. 207.

Ipse autem carca mentem caligine Thefeus

Confitus a oblito dimifit pettora

Quae mandasa prius constanti mente tenebat.

Virgil. 111. Georg. 236. praecepsque oblitum fertur in bostem. Bun-MANN. paterere cod. parere ex. Bonon. HARL.

v. 797. Virgo Ioui] Quam bic virginem dicat incertum est. Maserius Lunam intelligit : Inferi (inquit) fuas stellas & sidera norunt : forte quod Erigone nomimetur, ca enim morte patris audita, quam rustici ei intulerant, eo quod vinum dediffet, quo hauto gravistime somno eppretti fuerunt, & datum libi venenum exiftimerunt, manus fibi attulit, postea vero morbo pestilenti Athenis graffante, oraculum acceperunt, vt Icarum & Erigonen annuo honore venerarentur, atque ita in aftrorum numerum cum patre relata est, & nomen virginis a. vs. 105. & ibid. notas. WELT retinuit. quae fi cui placebunt, gaudeo, fin minus, caufam non dico, quin, si melius quid affe- Furia est, imo Furiarum sine Fu rant, haec nostra cedant. CARR. rorum parens. Adi Scalig. in Ca Duo codices, tum vitia. sed ma- taleit. p. 22. & seqq. Tres au

le, Aftraeam innuit, de qua lib

– tunc vrguet enim, tunc fla gitat iras

In populos Aftraca lonem. Mox malim, meritis regi succede re, quam regis, quod ingratiu quid fonat. atque ita Carrionis li ber. HEINS. Posse & legi, merit regis, Heinfius in ora codicis no țauerat. & ita euitaretur concut fue vocum in s. exeuntium. vid fup. vers. 389. Justitiam etian Pius intellexit. Bunn. merit quoque iubet legere Markland is Epistola critica pag. 125. vbi co piose docet, Poeses esse Furias vei infra vei. verf. 147. Compa ra Didonis diras exfectationes (deuotionem apud Virg. IV. Aen 607. Igg. ibique de la Cerda é Heyne, HARL.

v. 795. Terras oculis quae pro spicis acquis] Iustitiam five Neme fin facit omnituentem; quat Cointus Smyrn. lib. x111. note diesque prauorum studia obseruan tem, eosque praecipites ad pos nam rapientem. Barth. ad Clau dian. in sv. Conf. Honorii vf. 98 Est videlicet ithe Sour iglandi die ta mart' Bely, innta Euripide: in Phryxo. Vide Prudent. Cathem

V. 797. Paena Parens | Paena

Et secuas inserte faces. sacer effera raptet Corda Pauor, nec sola mei gravia adfore nati soo Arma ratemque putet: classesque, & Pontica signa,

Atque indignatos temerato litore reges

Mente agitet; femperque metu decurrat ad
vadas,

Arma ciens; mors sera vism tentataque claudat Essugia, & nostras nequeat praecurrere diras:

805.

tem Furize fiue Eumenides dicuntur Paenae. Vindicham enim omnium feeleste factorum ad Futias referebant prisci. WEITZ.

v.798. Sacer Paner] Sacrum can poetae, quicquid religione at opinione horrendum, sur alioquin terribile atque recondition obferramque est. Virg. Aeneid. 111. vs. 57. Auri facra famet. infra IV. 185. Arma facra meta. lib. viz. 165. Illa facra que freta comeno. vide Barth. lib. xxxxxxx. Decemberg. in Antiquatio p. 396. Weitz.

v. 800. Es Ponsica figua] Heinfre in oza libri explicabat, vellera Colchica. sed intelligit, signa militaria, quae gentes Ponticae inferebant Theffaliae. its vt menturbara Pelias timeat nunc reducem lasonem, ipsi grauom & mimicum, & fi iam ille occidetit, vt sperabet, Ponticas gentes fibi fingae classe in Theffaliam irruentes, ve vindicarent militism lasonis, anchore Pelia sukeptam, fic lib. 11. 110. & v. 637. Vbi *figne* poffunt & vela effe, & omnia, ex quibus naues dignokuntur. Heintius ibi magásupos intelligebar, Car. Ep. Ther. 210.

Dukia nec moesto fustoltens figna
parensi,
Classesque editiones priscae &
foripti. Burm.

v. 201. Temerato lisore] Vt supta vers. 627. semerasss vindas, id est, antea intastas, ita hic lisora, in quae saepe descendentes Argonautae, bello vezarunt regea, Hercules Troianum, Poliux Amycum &c. imitatio videtur esse Lucani, qui lib. 11x. 193.

Inde lacefitum prime mare, sum rudis Argo Mistuis ignosas, sumeraso lisso-

re, genres. Vid. de hoc verbo Broakh, ad Tibul. Irr. v. 7. Bunn.

v. 804. Nequest praeturrere diras] De fuga vel amuleto, quo diras effugiat, capit Maserius. male. imprecatur Peliae, vt tam diu viuat, ve omnia illa mala, quae modo imprecatus est, videre & sentire possit, & tunc demum turpi morte obeat, & infepultus abiiciatur, quas diras, f statim moreretur, praecurreret & praeueniret. via j & effugia tentara, non fugam aut amuletum, fed morris modos, quos sibi in rerum desperatione, & agitatione mentis, incundos tentaret, fignificant, de vie vidimus supra verl

805 Sed reduces iam iamque viros, auroque co

Cernat iter. flabo infultans, & ouantia cont Ora manusque feram. tum, vobis fi quod aufum

Arcanumque nefas, & adhue incognita leti Sors superest, date fallaci pudibunda senecta Exitia, indecoresque obitus, non Marte,

Aut nati precor ille mei dignatus vt vmquan Ense cadat, quin sida manus, quin cara suor Diripiat laceretque senem; nec membra sepul Contegat, haec noster de rege piacula sangu

32. & 501. tentara effugia dixit, vt Florus 111. 5. male tentatum veneno spiritum ferro expulit. & Suet. Net. 34. cum veneno ter tentafet. claudere veto pro impedire in hac re obuium. Ouid. 1. Met. 662. praeclusaque ianua leti. & patet ianua leto, Virgil. 11. Aeneid. 661. vbi vid. commentatios. idem ergo dicit, quod Ouidius d. 1. Burm. saeua cod. forsan saeua seta fed praestat sera. Har L.

v. 805. Sed reduces Addit votis de longa & calamitosa vita Peliae, nunc, vt ex plurimis, quibus Pelian exagitandum optat curis, praecipue videat reditum celerem Iasonis, qui Aesonis vices viciscatur. Burm.

v. 808. Arcanumque nefas] Rete ad necem Peliae, per Medeam inferendam, refert Maferius. arcana enim omnia magica. vid. ad lib. vi. 477.

v. 808. Incondita leti] h. e. ignota, fic Carr. ex fuo cod. & al. id. edd. pr. Bonon. & Bulaeus ac Barth. Aduerf. xxix. cap. 5. probant. fed melius cod. notter & al.

edd. incognisa, probante He HARL. Incondisa etiam in no codice & Coki, & propugetiam Barth. ad Gratii Cyneg 96. & ad Claud. Epig. xxvvi fimilis variatio vocum incognis incondisa est apud Vellei. Pat 11. 14. vbi pro immensa & i guisa turba, incondisam rese iubent viri doci: de verbo dere egimus ad Albinou. Eleg Drusum 343. & supr. vers. 531. incondisum hoc sensua Burn.

v. \$09. Sors] Sic quoque of mors ex. Bonon. HARL.

v. §12. Quin fida manus, que Vehemens & dira est haec de statio: nam magnam vim ha repetitio illa, quin, quin; mem certe, quam si legas comuibus vulgaris libris, quem manus, quem; [sic quoque in Bonon.] sine vito commodo su. CARR. Quae f. m. quae stationes. non male, ve sit or

\$15 Sumat, & heu cunclae, quas misit in aequora, gentes.

Adstitit, & nigro fumantia pocula tabo Contigit ipsa graui Furiarum maxima dextra. Illi auide exceptum pateris hausere cruorem. Fit fragor: inrumpunt sonitu, qui saeua ferebant Imperia, & strictos iussis regalibus enses.

Īα

manus fuorum, quae fida eft, quam fibi credit fidam, & caram habet, diripiat fenem. Buzm.

v. \$15. Hen cantioe] Columbus, buc. credebam aliquando, buic iantioe legendum. nune ni-hil muto. hac enim nauigatione prima, mare gentibus fuit apertum. fupr. verf. 169. verf. 195. 648. Heins. Totus hic verfus in nostro codice [item in ex. Bonon.] erat post vs. \$22. positus, quod & de suo testatur Maserius, qui de Argonautis, & omnibus, qui nauigaturi essent, capit. Buam.

v. 816. Fumantia] Coniecerat & Heinfius, fpumantia, vt Virg. 111. Aeneid. 66. fpumantia cymbia laffe. & ita difertim est in codice Cokiano. Burm. nigra a manu docta orae ed. Bonon, adscript. Harl.

v. 317. Grani dentra] Quali venenata & infecta. Vid. inf. Iv. 597. alio sensu lib. Iv. 311. Burm. Furiarum maxima est quoque apud Virgilium vi. Aen. 605. confer. Scaliger Poet. v. cap. x111. de Ditis. H. RL.

v. 213. Illi anide exceptum paseris baufere sruorem] Ita ex veteribus editionibus referipfi. Male Carrion & recentiores edidera, illae anidae. Non enim hoc capiendum de Furiis, fed de Aefone ac Alcimede. Apollodorus lib. 11. Alcimeden (quam ille Polymeden nominat) aliter periific scribit, sed de Aesone consentit, ac lectionem nostram confirmat. Ita enim scribit, "Aven Svelag lau-ન્ટ્રમાં કેરેલિંદ કેર રહેલ્ટ કોંગ્રહ હજાન-Similiter fere çáµeros ≧≈ílaver. idem refert Diodorus in 1v. quem Male Carrion, adi. Vossius. Illae auidae. Aesonem & Alcimeden intelligit, ceterum taurino fanguine potato etiam occubuifle Midam Lydiac regem, & Themistoclem auctores antiqui produnt; id ipsum quoque de Hannibale a nonnullis creditum, vt testis est in eius vita Plutarchus. HEINS.

v.819. Fit fragor: imrumpunt fonitu qui saena ferebant Imperia] Sonitus qui saena ferebat, Imperie, primus Vaticanus, mendofe. forte. inrumpunt foribus, qui saeva ferebane Imperia, quamquam id verbum rarius cum casu tertio coniungitur. fonitus etiam in Aldino, Maseriique ac Iuntae codicibus. fed forte praestar legere, inrumpunt, domini qui saena ferebant Imperia. Heins. At virumque a corruptis litterarum ductibus nimis recedit, vti iam viderat Pierson, in Verisim. libr. 11. cap. 10. p. 250. cui quidem legendum videtur, irrumpunt, fenibus qui saeua fer. ex illoque sonitus, & quod hic stare non potuiflet, sunien ortum putat. HARL.

V. 821.

In media iam morte senes, suffectaque leto Lumina, & vndanti renomentes veste cruore Conspiciunt: primoque rudem sub limine reno Te, puer, & visa pallentem morte parentum Diripiunt, adduntque tuis, procul horruit Aes

bram.

Cardine sub nostro rebusque abscisa supernia

Tartarei sedet aula patris: non illa ruenti

Excedens, memoremque tulit sub nubibus v

v. 821. Suffectaque] Suffufaque editio Ald. sed imitatur Virg. 11. Aeneid. 210. sic & inf. 11. 105. Maculis suffecta genas. leto suffecta lumina, sun ism morte nancia, & labentia, vt alibi loqui solent Poetae. Burm.

v. 822. Reuomentem | Scribe, revomentes, id est senes. Plus. revomentes corr. in ed. Bon. HARL.

v. 223. Primo sub limine] Potest de introitu & vestibulo aedis intelligi. vt fupr. vers. 709. & tib. 11. 255. vid. Barth. ad Stat. III. Theb. 379. loco huic valde accommodato. primo plorantes limine nacos. vel de pueritia & inicio quasi vitne cum Pio. ex Virg. vt. 427. sub limine prima Absalic arradiss. & ira nostee lib. III. 679.

Kos quibus & virons. & spes in

Stat. v. 535.

Tune bas vix prima ad limi-

limine primo.

Hose iscer?

Whi Heinfus malebat, primse. vt fie fimili loco apud Glaud. 111.
Conf. Honor. to. prims a limine wisse carrigebat primse, fine necessitate. idem Statius codem libeo vers. 260.

Seminoces pueri, trepidat in li-

Singultant animas.

& v11. 166.

Cui su dignasus limina vi.

Praereptumque isor & mases
reddere menfes.

Ennodius Epitaphio I.

Quid decus in pueris, quid p
finne limina vii
Vbi hemina edidit Schottus. C
dian. pr. Conf. Scilicon. 63. vi
que & lucis in ipfo Limine.
limen visae do morte etiam d
Sedulius carm. Posch. lib. 1

299.
Alter adhuc vinens, alter f
limine vitae.

Vbi alii limine mortis. sed opus, dictum enim., quis, vt men primum est intrantibus, exeuntibus extremum, vnde possiminium dixiste volunt. S. 5. Inst. Quibus mod. Ius E Pot. solu. & Salmas. ad Ius A qum pag. 572. BURM.

v. \$27. Rebusque absciffa]
feisa codices nostri. [it. ex. Be
Turnebus, absciffa. quod Car
nis confirmet liber. sed abscruterum est. quomodo & Bart
Aduers. lib. xxv. csp. v. He
tius 1. od. 3.

Accessura polo, victam si soluere molem 830 Iuppiter, & primae velit omnia reddere massae. Ingenti

Quidquid & abscissm vasto ium tusa profundo

Credideras. quomode scribendum lib. vrr. 324. Sensis, & abscisum, quidquid puder anse monebas. Ita bene Carrionia liber. ab abscido, abscidi. lib. 1. 489. retinacula ferro Abscidit. Sic fata querelas Abfeide lib. 11. 161. ibidem, Tansum abscidit imi Concutiens a side meris. atque iterum eodem libro, 619. Cufpis & adners longus laber abscidit aeni. Hzins, Vid. Cl. Drakenb. ad Sil. xv. 473. BURM.

v. 829. Victom si voluere molem] Villam fi voluere molem Ingenti iaer &c. ex. Bonon. omifio versu \$30. Pius in antiquo cod. reperit duo verfus, quos fententiae & vontextui pernecessarios esse arbitratur, & Aldus rescripsit; Zinzerling vero & Heinfius iure reiccerant:

Accessiva polo, victam fi volucre molem Senferit, atque grani totam sub-

fidere motu Para volius , si summa dies sub-

nerterit orbem. Carrion stellula lacunam inter verí. 829 & 831. indicans, in notis memorat, in vulgatis interielium effe versum, fata vilint, fi summa dies subuerteritorbem : c vetere autem cod. laudat versum, qui nunc in edd. loco illius legitur a Vostio, Heinsio & Burmanno receptus, Inppiter, & pr. vel. meffae, at neutrum Valerii effe indicat. Voffius tantum loco vi-Cam legere malit vinCam. Berthius fruffra correxit Aduers. xxv.

autem emendat & fule probat Heinfius, fi foluere molem. Laudat Virgil. x II. 204. coelmme in Tartara foluet, h. e. resolutum cum tart. miscebit: Silium xvii. 607. coclum licet owne foliata In caput boc compage ruat : Lucan. L. 73. fqq. Senec. op. 1x. qualis all Ionis, cum refoluto mundo, & diia in vnum confusis adquiescit sibi; & alios. HARL. Egregie vindicauit hunc locum Heinfins. fic & Chudian. 1. Rapt. 115.

Compage folura Fulgidus umbroso miscebitur axis Auerno.

Qui locus & Barthianae emendationi faueret, fi modo legisset, nifi foluere. nam fi folueretur mundi compages, coelum & inferi confunderentur, & antiquum chaos rediret. Minut. Fel. XI. Quaf. aut naturae dininis legibus constitutus aeternus ordo turbetur, aut rupto elementorum omnium foederes & coelesti compage dinisa, moles ista, qua continetur & cingitura subruatur. vbi forte scribendum; cómpage dinulfa. To foluere 20. ferit etiam Manilius lib. 1. 716.

Num se diductis conetur soluere moles

Tegminibus , raraque labent compagine rimae.

Quind. Decl. vi. cum rerum natura opus suum resoluit. & soluere esse proprie iuncia & contenta opera diducere, docet Passerat. ad Catuil. pag. 67. confundi veto cum voluere docebunt notae ad Sil. 1. 369. Villa etiam moles minime mutanda in vinction : nam elt idem, quod fatificens, quas amplius relistere nequit ruinae cap. 3. nifi voluere. Ingeniose suae, vt omnia opera, moles, aediliIngenti iacet ore Chaos; quod pondere fe Materiem, labsumque queat consumere n dum.

aedincia & similia vinci dicuntur, quae vel vitio, vel aetate, vel vi quadam subsidunt & ruunt, & vista moles idem notat, quod mox masteria pondere fessa. de quo loquendi modo vid. Heins. ad Claud. III. de Rapt. 352. sic Propert. III. 1. 61.

Aus illi flamma, aus imber subduces honores,

Annorum aut illu ponders vilta ruent,

fic villa nauis Ouidio I. Trift. III. II3. vid. Heins. ad I. Trift. Ix. 8. Seren Sammon, cap.xxx.

Aus cerass victum longo iam tempore pomum.

Lucret. v. 306.

Lapides vinci quoque cernis ab aeuo.

De homine Lucan. III. 729. vi
aeuo robur cecidis. vid. & ad
Petron. cap. LxxXIII. ita contra, innicus adamas Ouid. Iv.
Pont. XII. 32. vt recte Ouidli
fospitator Heinstus vindicauit.
BURMANN.

v. 831. Jaces ore chaos] Per chaos hic intelligit ipsos inferos, Ditis domum, vt inf. 11. 86.11. 23. & v. 96. v11. 402. Ouid. Iv. Fast. 600. Statius v11. Theb. 52.

Anne profanatum toties Chaos bospite vino

Perpetiar.

Vbi vid. Barth. & ad Iv. Theb. 520. & XII. 772. & Buchner. ad Venant. bymn. de resurrest. verf. 62. ora adferibit etial

Hic ora foluit ditis innifi a Burm.

Eleganter autem scripsit Va incer ad profundum Ditis d designandum. Praeiuit verbullus in elegantissima tartar scriptione 1. eleg. 3. 67. sq. vide Broukhus.)

As feelerata facet fedes in profunda Abdisa, quam circum f na nigra fon

Tu vero totum locum com & vide sentique, quam scitto bullus & Valerius, quishen ingenio & natura argumenti Tartarum & campos Elysos scripserint. adde Scaligeri Pares v. p. 733. sqq. Harl.

v. 832. 'Confumere'] Elegat ori conueniens verbum, quafi uoraret, & conderet alueo vt amplius confpicus non f materia, fed euanefceret. B lum alio fenfu Lucan. vi. 690

Et chaos innumeros auidum Sumere mundo

de bellua marina Manil. v. 5

Inque ipso rapidum mare vigas ore.

Hinc vastis vrgent immensis quibus orbes, Tergaque consumuns pelagus

Eι

Id est, totum tegunt, vt nihi bellua videatur. quod classe G corum tribuit loseph. Iscan. zv. Bell. Troi. 316. Hic geminae aetermum portae: quarum altera, dura

Semper lege patens, populos regesque receptat;

835 Ast aliam tentare nesas, & tendere contra;

Rara & sponte patet; si quando pectore ductor

Vulnera nota gerens; galeis praesixa rotisque

Cui domus, aut studium mortales pellere curas,

Culta sides, longe metus atque ignota cupido:

840 Seu venit in vittis, castaque in veste facerdos.
Quos omnes lenis plantis, & lampada quassans,
Progenies Atlantis agit. lucet via late
Igne dei: donec siluas & amoena piorum
Deueniant, camposque, vbi Sol, totumque per
annum

845 Durat aprica dies, thiafique, chorique viro, rum,

Carmi-

Enboicas numerosa ratis desceudit in vadus Consumtura fretum, tosum sub puppibus acquor Ire supes.

Conference, nother codex: vitio-

v. 832. Geminse portae] Compara omnino Virgil. vi. Aen. 540. fqq. de itinere Aeneae ad inferos & ad fedes beatas. HARL.

v. 836. Sī quando] praestiterit, fen quando. HEINS. Nulla opus emendatione, ve patet ex illis, quae supra de non semper geminata particula sen vel sue notavimas ad vs. 100. alium vsum reus fi quando videbimus ad lib. v. 474. vbi etiam male mouetur. Burm.

v. \$39 Longe metus] Vitiole Iuntina Editio, [& Bonon.] lonteque metus. BURM. v. \$40. In vissis] Vid. inf. lib. v. 349.

v. 841. Quos omnes lenis plentis] Languent numeri in hoc verfu. opinor,

Quos omnes leuibus plansis & lampada quaffans.

Apud Claudianum Confulatu
Theodori,
Es castos lenibus plantis ingref-

Sa penates.
Certe in Oxonienfi, lasuis plantis. HEANS. Sed apud Horat. III.
od. 18. lenis incedas, vid. ad Quinciil. I. 3. contra durns. vid. ibid.
Decl. II. 16. intenta plana inf.
v1.540. dixit. posset & legi, plantas. Burm. Heinsii emendation
nem sirmat codex. HAML.

v. 844. Vbi Sol] Vid, ad Claudian 11. Rap. 484. Pind. 11. Olymp. 109. & quae hic adfert Weitzius. Burst. De hac veter rum.

C. VALERII FLACCI

Carminaque, & quorum populis iam nulla cu pido.

Has pater in sedes aeternaque moenia natum Inducitque nurum. tum, porta quanta finistra Poena, docet, maneat Pelian; quo limine monstrat.

850 Mirantur tentos strepitus, turbamque ruentem Et loca, & infernos almae virtutis honores.

opinione plura disputati in timis versibus duo discreta loc Opusculis varii argum. pag. 148. indicet, primo sinistrum, alter sqq. & 164. sqq. sbiasi salturiones, quae Baccho exhibebantur. v. Viegil. v. Bucol. 30. ibique de la Cerda & Heyne. HARL.

v. 849. Maneas Pelian] Sic supra, Borem, lib. vet. habet, vbi vulgati Boream, hic Peliam. CAR-RION. Multo verior & elegantior tedro Aldinae editionis, mameans Peliam quae limina, monpras. ita ergo repositi. Voss.

v. 250. Turbanqueruentem) Feret fictis porch heec lectio. Fed quia
agic de simifra porca, quam intraturus Pelias, & quae maxime
traturus pelias, & quae
traturus pelias, & q

timis versibus duo discreta loc indicet, primo sinistrum, alter dextrum. quare mallem, surban que nocentem, vel nocentem. bi enim surba melius conuenit, ve ins. 11. 327. praeterea noces es proprie ad Tartara damna vocari solente. Stat. 11. Silv. vi 117. procul nocentum andis verbra. lib. 1v. Theb. 528. ex Midominoque nocentes Adaumera pi pulos. xII. 96. Breboque noces es Pellere fas, Lucan. vi. 69. Singiumque nesas, Lucan. vi. 69. Singiumque nesas, Lucan. vi. 69. Singiumque nesas poenaeque nocentes mum. sic pits (ve, qui in Elssos veniunt campos, passum cantur) opponit nocentes Cludian. II. Rapt. 302. Tu domnitura nocentes; Tu requirm lasm piis. Burmann.



C. VALERII FLACCI SETINI BALBI ARGONAUTICON

LIBER SECUNDUS.

Interea scelerum luctusque ignarus Iason
Alta secat, neque enim patrios cognoscere
casus

Iuno sinit; mediis ardens ne flectat ab vndis; Ac temere in Pelian, & adhuc obstantia regis 5 Fata ruat, placitosque deis ne deserat actus. Iamque fretis summas aequatum Pelion ornos.

Tem-

v. 3. Ardens] De ira capiendum, ob patris casum, vt lib. 1v. 3. Burm.

v. 5. Deferat actus] Vid. ad Ouid. viii. Met. 58. Bunm.

v. 6. Iamque fretis Vult dicere, eos post tergum reliquisse Pelion, montem Thessaliae versus Orientem (vt tradit Herodot, lib. VII. & meminit Lucanus lib. VI.) vbi Orni consitae erant, quarum cacumina fretis coasquata vide-

bantur, male hic itaque in omnibus praelo impress, legitur, Iamque freti: cum vet. cod. habeat, fretis, quo in casu saped alios Poetas reperitur. Horatius lib. carminum. 11. v11. 16

Vnda fretis tulit aestuosis.

Presum autem ab vndarum fremitu, Varroni nomen inuenit, ad fimilitudinem feruentis aquae, quod in fretum concurrat aestus N Templaque Tisaeae mergunt obliqua Dianae. Iam Sciathos subsedit aquis, iam longa recess Sepias: attollit tondentes pabula Magnes

Io Campus equos: vidisse putant Dolopeia busta Intrantemque Amyron suruas quaesita per ora Aequo

atque feruescat. CARRION. Prificae editiones & scripti nostri: Iamque freti. idem de suis testatur Pius, & freti ornos interpretatur malum Argus nauis. insulee. forte, Iamque freto. Heins. Freto exstat in codice, quem contulimus. Poetices studiosos iunabit, si haec conserant cum initio lib. II. Achilleidos Statianae. Burm. Freto bene in ex. Bon. wbi etiam dosta manus aequarum mutauit in aequantem. Harl.

v.7. Templaque Tifaeae mergunt obliqua Dianae] Piscae ex. Bon. sed ex Apollon. Rhod. 1. 566.sqq. lam Turnebus Aduers. lib. xix. 18. &, copiofius, Balbus Tiffaeae fiue Tifacae, a Tifaco, Magnetiae promontorio, in quo Diana colebatur, bene correxerunt. Atque ism Aldus dedit Tifaese, HARL. Tifaese vel Tiffaces corrigendum, neque vilus dubitationi locus, apud Orpheum quoque castigerur versus mendofus, verf. 458. [fed v. Gesner. ad h. l. Orphei locum, qui dis-Sentit. HARL.]

Τισφιη δ' Απέκρυφθεν άκην, καὶ Συπίας Ακτή.

200 Πεσσέιν nam & Apollon.1.568. Τισώνν εύπηλοι ύπλη δελιχήν θέεν Μαρην.

Vbi Scholiastes, Torator, ânqueráger Occanlas, meminerunt eius inter cacteros Polybius & Liuius nam alius locus apud Stephanum Byzantium, Nochor Indaportae, 70 dorado Incaso, Heins, Pius etiam

iam monuit Tifacam dici ab Apolonio. Pifacae codex noster

Coki. BURM.
v.7. Mergunt] Oculis nim
rum, quibus euanescere videba
tur loca & mari mergi. & pote
sumi de Argonautis; qui mergu
loca, id est, quibus videntur me
gi loca, vel mergunt pro mergu
tur. nam saepe poetae similiu
verbis vsi, nunc illud naui &
coribus, nunc ipsis locis trib
unt. Claud. 1. Rapt. 189.

Iam linquitur Assua, Totaque decrefcit refugo Triv cria vifu.

111. Rapt. 140.

Sicaniam quaerens, cum necd absconderis Iden. Vbi vide commentatores, & Bar

Vbi vide commentatores, & Bar IX. Adv. 4. Obliqua vero tem dixit, quia, in mare procurt te promontorio incurato, a mebant, vnde balaxiv aqui e Balbus notat, dixiffe Apolloniu male oblita erat in nottro cod Burm.

v. 8. Recessie Quidam legurecedit, ve tempora conuenia Prus. Sed & tunc substair leg dum. Burm. compara Apoll Rhod. 1. 583. ibique Schol. Sciatos iniula esse dicirur Tl saliae prope Euboeam. Sepias promontorium Thessaliae in strum vergens. v. Apollon. 1. m v. 582. ibique Schol. HARL.

v. 11. Intrantemque Amy Argentoratenius & Lugdune Int

Aequora; flumineo cuius redeuntia vento Vela legunt, remis infurgitur. inde falutant

Eury-

Intrantemque Myrin. vetustius Pa- ri, vt postquam vento impleta Stionem tenendam cenfui. eaim Amyros fluuius Theffaliac, in mare Aegeum decurrens, cuius Apollonius post Schyaton meminit. Litorea quoque vrbs est, non longe a Melibea sita: vnde Centauri Amiraei dicti funt. Quid vero Myris aut Amyris sit, nec apud Graecos, nec apud Latinos legi, nisi ita Valerius Amyron vocarit. CARR. Amyrin Ed. Pii, Gryph. Arg. & Colin. Myrin Iuntae, Misyn Cod. noster. Mirin Cod. Coki. Burnt. amirum ex. Bonon. Apoll. Rhod. 1. 585. 764-Bog dodonátos, quo isti die praecipiti adpulerunt iterum. Schol. nomen deriuat a Dolope, Mercurii filio, qui in vrbe Magnesa interiit, ibique iuxta ripam Sepulturam habuit. HARL.

V. II. Curnas quaefita per oras Acquera] Elegans fluminis flexuofi & curui descriptio, cui similis illa Ouid, 1. 582.

In mare deducunt fessas erroribus undas.

Vid. & apud Ouid. 1x. Ep. 55. & VIII. Mer. 162. Maeandri descriptionem. Male curuss oras Pius de litore capit. funt enim ripae Amyri intelligendae. quaesife male codex noster. BURM.

v. 12. Fulmines] Impetuoso & velocissimo. alii legunt, flumineo, respicientes ad Amyron. MASER. Flumineo rece ex. Bonon. HARL. Veneum flumineum illustrauimus ad Quinct. x11. de Inst. Orat. 10. redenneia vela poffent ita explica-

risiense, cum manuscripto & aliis, fuere & rumefalta, fluctuent & isterantemque Amyrin: Maserius, retro quas agantur. nam in mul-Intrantenque Amyron. quam les tie locis maritimis ventus ex ter-Est ra vel flumine per diem solet flare, quo fublidente, succedit marinus ventus, qui frigore compenfat aestum diurnum, de priore nunc agit Poeta, qui antea impleuerat vela, nunc eo subsidente debent Argenautae vela legere & remis vti, donec ille, reuersus iterum vela expandere iuberet. posset tamen & ita capi, vt vento ex flumine Amyro orto, & aduerso vela retro suerint alla, & redire coacta nauis, quare ne retro ageretur nauis, coacli Argonautae remigare, donec Auster refurgeret. ita apud Ouid. xx1. Ep. 71.

Bis tamen adverso redierunt carbasa vento.

he hoe verbum legere posset firmsre. vt enim dere vela est prospero vento expandere, ita legere est aduerso contrahere & subducere. Ouid. xv. Ep. 215.

lose gubernabis residens in puppe Cupido,

Ipse dabit tenera vela, legetque, mans.

Sie cedentia vela, cum prospero vento intumefeunt, Lucan. 111. I. BURM.

V. 13. Remis infurgitur] Codex nofter, insurgunt. eft vero imitatio Virgilii, qui lib. 111. Aen. 207. Vela cadunt, remis infurgimus. Bunm. Paullo aliter canie Apoll. Rhod. 1. 587 - 597. vbi iespirat diesyrat, & Schol. sac έις το πλάτος ανεφγράνας dicit. Offa, mons Theffalige gigantum fa-N₂ bulis

Eurymenas. recipit velumque fretumque versus

Ossa redit. metus ecce deum, damnataque le Pallene: circumque vident inmania monst Terrigenum coelo quondam aduersata gi tum;

bulis notus. Schol, ad Apollon. Rhod. I. 597. "Over mole th ti-At: the decouling, mid' & diadexetag if Manedoria. HARL.

V. 14. Fresumque renersus] Reversus veterum editionum fide scripsi, sensus est perspicuus. Carrion e fuo codice edidit, velumque fretumque renersum. sed quid sit fresum renersum non capio. Voss. nostri omnes renerfo. HEINS. Sine dubio, reversus Aufer debet legi, qui dicitur recipere velum, quod antea quasi deserverat; ita vela petentibus austris. lib. 111. 700. ex quo loco fere inducor, vt legerem hic repetit; nisi idem verbum mox sequeretur, fic & redire noti ad vela dicuntur Statio lib. Iv. Theb.25. BURM.

v. 15. In nubem] Maserius explicat, quasi nubis speciem procul videntibus praebuerit mons, cum non potuerint dignoscere, an mons, an nubes suerit. sed in nubem redire potest explicari, songinquitate euanescere velut nube techam Ossam, & ex oculis tolli, vt mox vers. 39. raptos en oculis montes dixit. Pius explicat, erigitur vsque ad nubes. Burm.

v. 17. Pallene] Thraciae oppidum; Phlegra & Cherronesus ante dictum, vt ex Eudoxo resert Stephanus, cui Pallene Sithonis Gletique (vt Egesippus ait) filia

a se nomen dedit. gigantun lo infigne fuit: verum Th nes aliter historiam hanc in Pallene, inquit, quae veter mine Phlegra dicebatur, bo tenuerunt, quibus immanis Superbia morum gigantum nom dit. in bos praelium ineunte cule, fulmina de caelo visa ferri, donec se fugae commise magnaque victoria superati unde rumor in vulgus belli c deos manauit, idem fere l Eudoxus. Mela. lib. 11. cas Pallenen inter Thraciae loc censet, & soli tam patentis refert, vr quinque vrbium fit atque ager. vide Herode lib. vrr. Quod alii Achaia bem esse putant, decepti vi tur vnius litterae immurati est enim Pellena oppidum Act ad Sicionem: Eustathius in talogo, Πελλήνη, inquit, α Azaias &c. Pallanam in Lac sitam narrat Strabo. lam e apud Plinium legitur, Phase oppidum effe iuxta Phlegram, gigantes sunt fulminati, mendo esse suspicior, & Pallene, le dum contenderim. Ouidius tremo xv. Metam. 356.

Esse viros fama est in Hype rea Pallene. Carri Quos scopulis trabibusque parens miserata iugisque

20 Induit, & versos exstruxit in aethera montes.

Quisque suas in rupe minas, pugnamque, metusque

Seruat adhuc: quatit iple hiemes, & torquet ab alto

Fulmina crebra pater: scopulis sed maximus illis Horror abest, Sicula pressus tellure, Typhoeus. Hunc prosugum, & sacras reuomentem pectore slammas,

Vt

v. 19. Quos scopulis] Scopulos edit. Maserii.

v. 20. Exfirmais] Ita libet calamo: exaratus, quod fuadet compolitionis ratio, teste Scauro Grammatico. CARRION. extruxis Bon. HARL.

v. 24. Horror abest | Cum Ouid. variis in locis haec duntaxat attingat, Poeta noster pleraque omnia recenset, vbi aliquande jure quodam fuo ab aliorum opinione recedit, quibus in hoc tamen adhaeret, quod Typhoeum sub Aetna iacere afferat. Ouid. lib. Fastorum. IV. 491. [& v. Metam. 352. fqq.] Nam & Strabo lib. x111. ex Pindari auctoritate sub Aetna cruciati scribit: ceteris enim gigantibus in Phlegra monte interfectis, solus Typhoeus effugit, vnde eum postea bellum illud instaurasse, quidam tradiderunt: Homerus vero 11. Iliad. quem Virgilius imitatus est, eum Inarimae monti (qui & Pithecula a figulinis doliariorum Plinio lib. III. cap. VI. dicitur) suppositum: Enceladum vero (vt & Callimachus) Aetna pressum fabulatur. Virgil. 111. Aeneid. 578. [vbi vide de la Cerda & Heyne.]

Fama est Enceladi semustum fulmine corpus Vrgeri mole bac, ingentemque insuper Aetuam Impositam, ruptis stammam exspirare caminis. Es sessima quoties motae laeus, intremere omnem Murmure Trinacriam, & caelum subtexere sumo.

De Typhoei cubili, memoratu digna tradunt Solinus cap. L 1. Apol. lonius lib. 11. Argonaut. ibique Scholiastes. Hesiodus vero Theogonia [v. 821. sqq.] Typhoeum Terrae ac Tartari filium vocat, cuius manus robustae, pedes indefessi erant, ex humeris pendebant centum capita draconis, ex oculis admirandorum capitum fub supercitiis ignis micabat, omnia capita varie loquebantur, & omnium animalium fonum exprimebant, haec aliaque portentofa He-Ceterum cum sub Aetna iaceat, recte dixit Poeta eum a Phlegra abeffe, vnde erroris convincuntur, qui, borror adeft, cum vulgatis legunt. CARRION. Adeft Ed. Pii. Arg. Gryph. Colin. Bunn. Abest Bonon. confer lablonsk.Pan-N 3

1

Vt memorant, preasum ipse comis Neptuni

Abstulit, inplicuitque vadis: totiesque cru Mole resurgentem, torquentemque angu vndas

theon Aegypt. 111. libr. v. pag. 41. fq. HARL.

v. 26. Nepsunus in also] In also Carrion ex suis membranis. sed aliter nostri codices. Hains. Carrionis lectionem probat Schrader ad Musaeum pag. 268. HARL.

v. 28. Torquentemque unguibus undas] Pindarus & Olympiis & Pythiis centum illi capita draconum tribuit; & ingrerrynosegrer appellat : Aristophanes Nebulis, eum vocat ілиготиліфики Тофи. Hesiodus (vt diximus) idem sensit. quare falli mihi videtur Scholiastes Pindari, dum apud eum numerum certum pro incerto acceptum vult. fabula exftat apud Ouid. quinto Met. & Horatium Iv. Od. tertio lib. Carminum, Strabo Typhoeo & draconis capita & serpentinos pedes dat, quo Poetam respexisse dicet, qui hic leget, torquentemque anguibus vndas : qui vero malit, torquentemque ignibus undas, referet ad id quod dictum eft, facras renomentem pectore flammas, per quas fulmen intelligo, que idus erat. quae commodior interpretatio esse videtur. CARRION. Aldus aliique ediderunt, anguibus. quod probum. nec persuaserit mihi Carrion, suum ex MS. erutum ignibus dilucidiorem gignere fenfum, Draconipedas (vt Ouidius appellat) fuitle gigantes tritius est, quam ve pluribus moneri debeat. Ouid. v. Fast. 35.

Terro feros partus, immanio fira , Gigante Edidis , aufuros in lou domum. Mille manus illis dedis , {

Atque, ait, in magnos

cruribus angu

monete deos. Vid. aliam perlimilem descri nem Ouidii v. Metam. Zin z Malim, anguibus, yt haben teres editiones. Dicit enim lerius, Typhoeum pedibus pentinis commouere ac-Quod verum esse liquet ex tonino Liberali, [cap. 28. 184. ed. Verheyk, quem & ker. conferes,] qui ita de phone scribit: ἐπεφύπεσαν γὲ φαλού πλείςου, κού χείζες, κού פטייון. פֿג פֿר דבּט עונפטי שַנֹייִשרָם xbrewr emeilem. Et quis r omnes illos terrigenas angui & draconipedes dici? Quad scribit Carrion, Strabonem serpentinos Typhoni tribuere fum est. Quin ille Geogr. xvr. ab omnium fere opinion cedens ait, simpliciter Typ sivay deánovra. Vossius. A bus, h.e. pedibus anguinei. vs ex vetustissimo codice, antea legeretur, vnguibus. lem ignibus hie reposuisset es exemplari Carrion, pedes qu Gigantum ex serpentibus co bant, unde serpensipedes & a pedes Poetis dicti. Nonno in nyfiacis non diffimiliter dess ибин. quid fi legas, forben

Sicanium dedit vsque fretum; cumque vrbibus Aetnam

30 Intulit, ora premens: trux ille eiectat adesi Fundamenta iugi; pariter tunc omnis anhelat Trina

que anguibas undas, sic forbere undai Scylla quoque canibus dicitur apud Poetas, in Regio, [& in et. Bon.] sorquentemque unguibus, turquet biemes paullo ante praecesterat. HEINS.

v. 29. Dedit vsque fretum] Durior locutio. Dare aliquem in terram, in mure & fimilia, pro proiicere vi & impetu, passim occurtere noui. sed dare vsque fretum an eleganter dicarur, dubito, fingit vero Poeta Neptunum, proelio cum Gigantibus commifio, fugientem Typhoea comis preheadiffe, & implicitum vadis, trasife vsque ad fretum Siculum, vbi eum supposuit Aetnae, quare ego mallem, Sicanium tulit vsque fresum. nam sulit & dedit centies Poerarum librarii commutarant. vid. ad Ouid. 111. Amor. 1x. 53. & paffim, sed quia sequitur intulis, retineamus hanc Valocutionem. lerio peculiarem BURM.

v. 30. Intulit, or a prement Malo, Intulit ore, vel Inpulit.
HEINS. Nihil mutem, vid, ad
lib. 1. 758. premit enim Neptumus, imposito monte & vrbibus,
ora Typhoei. sic de eodem Ouid,
v. Met. 351. Lilybaso crura premustur, diuerso paullum sensu
ooster lib. vii. 594. ianque ora
premis. Bur M.

v. 30. Eielles] Sic bene queque ex. Bon. Sabellicus erullas, quod auribus magis impleat, cenfet legendum, probante Schotto. Sed vulgatam lest reste desen-

dunt Maserius & Carrion. Ouid. v. Met. 352. Degraunt Actna caput, sub qua resupinus arenas Eieltas, flammamque fero vomis ore Typhoeus. Virg. quidem 111. 576. de Aetna *erigit erustans.* sed id nondum impellere nos debet, vt Flaccum continuo inde corrigamus. & de loco Virgilii confer A. Gell. N. A. XVII. IQ. HARL. Iustinus quoque de Aetna tib. IV.I. dixit cam, nunc flammas, nunc vaporem , nunc fumum eruttare, confundi vero haec duo verba constat ex notis Heinsii ad Ouid. v. Met. 353. & xiv. 211. ego eiestas hic quoque praeserrem. Ouid. 11. Met. 221.

Sed neque iam cineres eiellasamque fauillam

Ferre potest. Statius VI. 47I.

Crassum rapit eieltatque vaporem.

Mollique pharesra Infandam eieltas fimiem. Silius, lib. x11. 150.

Flammasque rebelli Ore eiellantem.

Sic eiicere, Quinchil. x. de Inft.
Orat. 7. si non intersissentes officifantesque brenia illa stque concis
fingulantium mode ciecturi simus.
& ciicere pro vomere apud eumdem
lib. x1. cap. \$11. illustrauimus.
adesum iugum, scilicet ignibus,
illustrabunt notae Heinsii ad Ouid.

1. Amor. xv. 41. BURM.

v. 31. Ingi] Ingis codex noster, v. 31. Anbelas 1 Ita infr. 111. 208. magis vs mugisor anbelas Vefvins. Virgil. v111. 421. fornost-N 4

Trinacria, iniectam fesso dum pectore mo Conmouet experiens, gemituque reponit in Iamque Hyperionius metas maris vrguet H 35 Currus, & euectae prono laxantur habena Aethere; cum palmas Tethys grand

finusque Sustulit, & rupto sonuit sacer aequore Tita Auxerat hora metus; iam se vertentis Olyn

bus ignis anhelas. vbi vid. Cerdam. Burm.

v. 32. Inieltam] Ingestam me malle, quia eieffat praecedit, dizi ad Ouid. v. Met. 346. quae verba etiam commutata videbis apud eumdem lib. x IV. I. confer & Claudianum lib. 1. de Rapt.152. qui Enceladum Aetnae suppositum fingit. BURM. Sed vulgatam lectionem a correctione Burm. vindicat Schrader ad Musaeum p. 250. HARL.

v. 33. Experiens] Vide ad Ovid. 111. ex Pont. VII. 12.

v. 34. Metas .maris Iberi] Exprimit Ouidii illa It. Met. 142.

Hesperio positas in litore metas Humida nox tetigit.

Et ita passim Poetae. Burm. vide elegantem occasus solis descriptionem poeticam. Flaccum vere in seqq. non cohaerere, & plane dissona canere', monet Schrader ad Museum p. 288. HARL.

v. 35. Euectae babenae] Heinfius in ora codicis coniiciebat, innettae, fed enettae habenae funt, currus solis ex carcere primum dimiffus. vid. ad Ouid. 111. Met. 150. Erestae legebat Pius, qui alto coeli spatio ductas explicat. BURM.

v. 36. Cum palmas Tetbys grandaena sinusque Suftulit | Mallem se versentis Olympi Vs faciem]

legere, cum pallam Tetbys Vossius. Pallam finusque no videtur scribendum. sic de Venere verf. 106.

- pinumque sonantem Virginibus stygiis nigramque lima pallam.

Vbi Carrionis liber, palman ri errore. libro primo de Tet & libro VIII. de Medea, a in lumina palla, quae sollic non debebant, Hzins, Nesci palmas loco moueri mereatur, notum fit, Poetas fingere To vinis fiuis excipere Titana, & mio fiue finu fouere. vid. (11. Met. 68. si *pallam* volu debuisset pandere, non solle mihi videtur, dixiffe. De dore vero & fonitu, quem f dis se mergens edere credeb vide Barth. ad Stat. 11. Silv 27. quem deprehendisse] mum Brutum Poetica vanita firmat Florus lib. 11. 17. vbi Freinsh. Burm.

v. 37. Rupto fonnis] Male que & Parifientis & Bononie rupta fonnit. CARRION. R scilicet intrante sole & cader mare. vide. lib.1.4.Bunm. Ca Bonon, exemplar haud dilig inspexit. quippe in illo le rupto. HARL.

V. 38. Auxeras bora mesu

Vt faciem, raptosque simul montesque locosque

40 Ex oculis, circumque graues videre tenebras.

Ipsa quies rerum, mundique silentia terrent,

Astraque, & essus fellatus crinibus aether.

Ac velut ignota captus regione viarum,

Nocti-

le haeç distinguebantur hastenus. primus Varicanus, Auferae bord. in aliis tribus, Hauserae ora meius. nil mutem. pro vertentis Olympi, sorte, vergentis. pronus aerber. vs. 35, Heins. Reste nihil mutat Heinsus. per borom enim nostis tempus hic intelligit, inf. 111. 206.

Nox alta cadentum Ingentes denset sonitus, augetque ruinas.

Germanicus Phaenom, 293.

Es cum serrores auges non acra

Es cum serrores auges non asra marinos.

Statius VIII. 161. non auctura timores. Ammian. Marc. lib. x1v.2. augente nocte adulta terrorem. Vertentis etiam non mutem. paffim enim ita Poetae. Virgil. 11. Aen, 250. Vertitur interea coelum, & ruis Oceano non. Vbi vide comment. Bunn. Dodus quidam Britannus in Miscell. Obif. p.162. coniicit pontumque locosque: quopiam inter montes & locos nulla differentia ipsi videtur. At enim B. iam ibi respondet, non tansam caliginem fuiffe videri, quum ftellae luxerint, vt mare cernere nequirent: & bei funt regiones, wrbes vicique iuxta littora, grawes vero v. 40. vel falla est lectio, aftris enim omnia fecundum v.42. collustrantibus, tenebrae densae & terribiles effe non potuerunt, vel potius fignificat novias, quae iplis exitiabiles & nociturae videbantur : quoniam noctis merus erat (vers. 45.) nec syrtes, nec res

& terrae acute cerni & discerni poterant de qua potestate egit Burin. ad Ouid. 1. Amor. 9. 19. & Klotz in Lection. Venus. p. 171. fq. HARL.

v, 41. Mundi filenzia] Ita vocatam noctem intempestam a Poetis multis docetParrhasius inQuaesitis per Epistolas Epist. 1. & Barthius ad Stat. II. Theb. 57. qui his Valerii versibus aftendit suavitatem ipsam rei, & quietem depingi. Ennius apud Macrob. v s. 2. Mundus coeli vaftus conflitit filentio. Ad quem vide Column. pag. 166. Stat. XII. 253. mede nox magis ipfa tecebat. Burm. Plura huiusmodi audaciae felicis exempla dedi in Chrestom, lat. poet. p. 159. Contrarium, nemus loquitur est apud Manil. III. Astron. 656. HARL.

v. 42. Stellatus crinibus aether]
Capella lib. 11. Nunc stellata poli conspice limina, Statius vi. Thebaid. coeli stellamis imago. Crines autem pro radiis accipit. Instalib. v. vs. 415. Virgilius in Culice v. 43. Crinibus & reseis semebras aurora fugaras. Bulazus, Vide Weitzii notas.

v. 43. Ignora captus] Pro deceptus, nifi cantus mauis. Heins. Coniecerat & rapeus. contus non displicet, quod sequentia videntur exigere, & sirmari posset ex Ouidio, qui Trist. 11. 271.

Et latro & causus praecingitur ense viator.

Apud quem causus & capsus paf-

Noctiuagum qui carpit iter: non aure quie 45 Non oculis; noctisque metus niger a

vtrimque Campus, & occurrens vinbris maioribus ar Haud aliter trepidare viri. sed pectora firm Hagniades, non hanc, inquit, fine nun

pinum

Dirigimus: nec'me tantum Tritonia cursu 50 Erudiit; saepe ipsa manu dignata carinam An non experti, subitus cum luce fugata Horruit imbre dies? quantis, pro Iuppi austris

Re

Am confundi vidimus ad Remed. 34. Burm. Sedrapins v. 39. prae- fi carinam legas. Burm. Ti cefferat, & vulgata lectione dete- nie est Minerua. Virgo Trin rius est, iudice Schradero ad Mufacum p. 243. HARL.

V. 44. Non aure quiescit] Similem meruentis habitum describit Stat. 1. Silu. 1v. 120.

Dum postibus baerens Affiduus, nunc aure vigil, nunc lumine cuntin

Auguror. Vbi forte melius, aucuper. Vt Plautus Rud. 1. 14. 4. quaerere voce, oculis, auribus. Statius 1. Theb. 365. nubigenas e montibus annes Aure panens. Oculis vero & auribus quafi ex formula dicitur, vide Lipf. ad Tacit. 111. Annal.46. contrariam impanidi notam dat Papinius lib. x11. Theb. 222.

Vadit atrox vish, nec corde, nec aure panescens. Ita enim editiones emendatiores :

Nulaus agas, minus est înfamia turpis. bl insmia alii. vid. supr. lib. I. 140. sed infania hic notat temeritatem, qua negotium ingens adgressus perficere non videbatur poste, quod est insani hominis. & infa negotia talia infana dicun- Burmann. tur. Plaut. Batch. IV. 5. Infanam magnum molior negotium, metuoque ve bodie pofficm emolirier. vid. Barth. ad Stat. 1. Theb. 367. vbi rectius explicat, quam ad lib. v. 273. vid. & supra ad lib. 1. 605. Burm.

v. 528. Respicit] nec hoc vetbum placuit Heintio, qui vel per-Spicie, vel arripie volebat. sed respicere de illis, qui in arto positi circumspiciunt subsidia & auxilia, fumi foler. Senec. Hippol. 818. tunc & meas respexit Alcides

manus. Burm.

v. 528. Ventis adium vetustas] Adiuuata Cod. Coki. elegans vius verbi. sic & 111. 564. adiutae prono pondere vires. & VI. 540.

Intentaque adiutum missile planta Dirigit

Şilius ıv. 291.

Tum nodo cursuque leui simul adinuat bastam.

Telum ingens, perque arma viri perque ora, doloris, Adiutum nisu letalem pertulit ittum.

Vid. Cl. Drakenb. ad v11. 354. & XIV. 423. vbi adiusus venti turbi-

ne Valcanus legendum. Frontini II. II. 2. adiunante procline imperum boftium. imitatur vero nefter: Lucanum III. 470.

🔍 Rupes 🔾 quam versice montis . Abscidit impulsu vencorum adiaea vesustas.

v. 530. Agmine toto] Egregie, & propria vocis notione, imperu filo, quo per varia volumina & tortuofos flexus, quali plures vno effent, inuadit. Virgil. 111. Georg. 425. de serpente,

Cum medii nexus, extremaeque agmina caudas Soluuntur, şardosque erabit finat

- visimus orbes. Auienus Descr. Orb. 175.

Sic spiras crebro sinuat draces seque vel orbe Colligit inclinant, vel pronis agmi-

na longe Tractibus absoluit.

Vnde Heinlius viderur correxisse in ora codicis, agmine torto, edidit vero, agmine tota, fed nihil opus. lib. viii. 333. bes agmine toto Gurges agit. vid. Barth. ad Stat.v. Theb. 60. vbi Schol. explicat agmine, quadam aduolutione. 💖 agmen serpentis, qui voluendo corpus suum procedit, alio sensu nostet infra v11. 624. Hydrae agmina dixit renascentium capitum turbam. Burm.

v. 231. Piftris] Piffris, maximum animal in mari Indicio, ait Pliniw

Alcides: faxoque prior furgentia colla Obruit: hine valtos nodoli roboris iclus

1335 Congeminat. fluctus defertur bellua in imos.

Iam totis refoluta vadis. Idaeaque Mater,

Et chorus, & summis vlularunt collibus annes.

Protinus e scopulis, & opaca valle resurgunt

Pastores, magnisque petunt clamoribus vrbem.

540 Nuntius hinc focios Telamon vocat; ac fimul infi

Horrescunt, subitoque vident in sanguine puppim.

Nec minus in scopulos, crudique cacumina saxi Emicat Alcides, vinclisque tenentibus ausert Virgineas de rupe manus: aptatque superbis

545 Arma humeris: regem inde petens superabat

Litora

Plinius 11b. 11. cap. Iv. Ciceroni dicta, Nepsunius Piffrius. Videatur Hadrianus Iunius libro 11. Varius. Lect. capite x 111. Bul. Prifit Ald. vid. Gronou. I. Obs. 17. & Delr. ad Senec. Hipp. 1049.

v. 533. Saxoque prier] Prius codex nofter. Bunm.

v. 534. Roberis Wid. ad lib.t. 634. pelleris illu cod. noster. Burmann.

v. 535. Flutius defereur bellus]
Exemplaria typis euulgata habent,
flutius pracceps defereur in imos.
fed prior lectio & vetustior est &
magis rem ipsam oculis subitere
videtur. Carr. Pracceps fersur in
imos reperi in Vereri libro. Bunn.
Pracceps defereur in imos ex. Bon.
fed cod. pifris: at vtrumque glofia est. & amplector Gerrionis ledionem. Habl.

v. 537. Collibus aunes] Ida enim aquis & fontibus abundat. Bur.

Nisi armes sumimus pro numinibus sontium, id est Nymphis, suspectus est locus. fonces explicat Materius. Burm.

v. 540. Hinc] Hic Cod. Coki. v. 542. Crudi faxi] Alperi, duni. Bul.

v. 543. Emicae] Profilit. Emicare celerem & concitatum modum indicat. v. libr. v1. 550. Bul.

v. 543. Tenensibus Terensibus olim malebat Heins. sed non tam diu adligata fuerat Andromeda. B.

v. 544. Apeatque superbis Arma humeris Pharetram & arcum, quae proiecerat antea in litus; vs. 527. appare etiam Claud. Bell. Get. 494. Gestatum parua solitus donare

pharetra, Asque aptare breuis bumeris puerilibus arcum. B.

v. 545. Ouanse] Sic ex. Bonon. HARL. Ouansem noster codex & Coki. enansi editiones Pii, Argent. V Gryphii Litora tuta gradu. qualis per pascua victor Ingreditur, tum colla tumens, tum celsior armis Taurus, vbi adsueti pecoris stabula alta reuisit. Et patrium nemus, & bello quos vitus amores.

550 Obuia cui contra, longis emissa tenebris, Turba Phrygum, paruumque trahens cum coniuge natum

Laomedon, iam moestus equos, iam debita posci Dona gemit. pars aerii fastigia muri Cingit, & ignotis iuuenem mirantur in armis.

555

Gryphii & Colinei. sed egregie de his participiis in e ablatiuum casum emittentibus egit Cl. Bend. ad Horat. I. od. xxv. 17. Burm.

v. 546. Qualisper pafeua victor] Quotidiana & tralatitia Poetis comparatio. vide Stat. II. Theb. 330. v. 330. vi. 861. xi. 251. Vide etiam ad Phaedr. I. fab. 30. BURMANN.

v. 547. Cum colla] Alii legunt, sum colla sumens, sun celfor armis. Carr. In primae editionis notis Carrion, celfor arus. fed an virium sit operarum dubito, cum in neutra ita ediderit, & in secundae scholiis armis exhibeat, yt etiam est in codice Coki. Burmann. sum colla-armis, ex. Bon. & repositi, quamquam cum Heinfio malim armos, yt persistat in Graecismo. Harl.

v. 548. Stabula alta] Perpetuum hoc epitheton, quod saepe transsit in stabulata. vid. ad Ouid. viii. Metam. 553. ratio est, quod plerumque in montibus & collibus essent. Pindar. iv. Pyth. 135.

³Ευ τ³ Εν Επεινών Επδ Σταθμών ές εὐδείελον

N96va µ6hy nhaträg'lwhus. Burm. armis vtentem, a v. 549. Patrium nemus & amodem tunc, quae res] Quasi regno a patribus tradi- ferunt. Masar.

to tauri succederent. pro amores noster codex, bouores, sollemni permutatione. sed ex locis Statii & aliorum apparet, haec bella propter iuuencas oriri, vndevulgata retinenda. Ouid. II. Am. 12.

Vidi ego pro ninea pugnantes con-

inge tauros, Spectatrix animos ipsa innenca dabat. Bunn.

V.550. Emissa corrigebat Heinfius, emersa. vt Cicer. pro Sextio cap. 1x. bominem emersurum se en distunnis castrorum senebris. Burmannis nil muto.

v. 553. Aerii muri] Eodem modo Ouidius xIII. Met. 197. aliam Troiam vocat.

Vifaque & intrata base altas mibi mosnia Troise Nec vox erarii, quae in aliis edi-

tionibus est, huc pertinet. Carrion. Alti. Virgilius Tityro Ecl. 1. 59.

Nec gemere aeria cessabis sansur ab vimo. Idem vi. Aeneid. 224. monte sub

Idem vi. Aeneid. 234. monte fub aerio. Id. lib.111. v. 291. Bul. v. 554. femeir. Nuppenson co.

v. 554. Ignotis] Nunquam cognouerant virum pelle leonis pro armis vtentem, aut ignotis quidem tunc, quae postea bis senserunt. MASER.

v. 555.

Rex subit, & patrio fatur male laetus amore:

Maxime Graiugenum, quem non Sigea petentem

Litora, nec nostrae miserantem funera Troiae Adpulit his Fors ipsa locis; si vera parentem

560 Fama Ionem, summique tibigenus esse Tonantis; Noster ades, iunctusque veni: sator vnus, & idem Stirpis

v. 555. Afta] Efta Cod. Coki. v. 556. Subit] Eft, insidiose aggreditur, & fallacem sermonem ingerit. Stat. v111. Theb. 85. Subit ille minantem. 1x. 511.

Tandem precibus commeta To-

Iuno fubit.
Sic apud eumdem lib. 1. Achil.
545. legendum puto, fubiis gauifus Vixes. vulgo fubicit. vt codem
modo Claudiano ex MSS. refuit Heinf. 111. de Rapt. 134. fubiis Cybele. pro fubicit. vid. Gromou. 11. Obf. 4. Burm.

v. 556. Male laetus] non bona fide laetus, distimulans dolorem, & laetitiam vultu praeferens. vt infr. ex Virgilio noster vt. 178. mala gandia dixit. sic male persiwax digitus Horat. 1. od. 9. eft, qui ita pugnat, vt vinci velit. male peruigil ignis Stat. VIII. 266. male sublimes Asbenae Claud. 111. Laud. Stil. 162. & hinc explicandum dictum Catonis de Caesare apud Suet. Caef. xLv. vt male praecinclum puerum cauerens, quod non recte quidam interpretes ceperunt. sed est, non bons fide praecin lum, quem ex molliori cinctura, etiam mollem & effeminatum iudicates, fed qui fub illo habitu molli gerebat animum fortem & virilem. & its centies

vtuntur illo male Poetae & alii. Burm. male fobrius. Tibull. I. 10. 51. HARL.

v. 559. Fors] Sors nofter codex. BURMANN.

v. 561. Noster ades] vnus es de iis, qui propinquitate nos attingunt. Terentius: noster ost, pro de necessariis nostris. Bul.

v.561. Imedisque venis] Impressus Bononiae codex habet, inustingue veni, potest etiam dici, inustingue venis cod. noster & Coki, & Editiones pletaeque, sed recte inustingue veni repositum. inustins vero est coniunctus sanguine, vt mox genus recenset ipse, sic apud. Ouid. 11. Met. 368. Qui sibi materno quamvis a sanguine inustus. Sic apud Lucan. v11. 179. pro,

Defuntiosque patres & cuntias fanguinis umbras.

Heinfius legebat, iuncti fanguinis. & apud Stat. 111. Theb. 644.

Miseri quid pulcbrum sanguine inneto

Aoniam, & Tyrii fasurare novalia Cadmi?

Vbi vulgo, fanguine villo & diri Cadmi legitur. BURM. Venis corr. a docta manu in ex. Bon. quod superiores edd. non curate diligenterque inspexerant. hinc Volsii & Heins. notas expunxi & V 2 Mase-

Stirpis honos: quamquam longis disiungimur oris.

Quot mihi post lacrimas, post quanta piacula patrum

Serus ades? quam parua tuis iam gloria factis?

565 Verum, age, nunc focios fraternis moenibus infer.

Vt tibi, feruata statui quae munera prole, Crastina lux biiuges stabulis ostendat apertis. Dixerat haec: tacitusque dolos, dirumque volutat

Corde nefas, clausum vt thalamis fomnoque grauatum

570

Maserii suxi inserto + intelisque. HARL.

v. 562. Stirpis bonos] Eadem stirps. lib. v1. v1. 109. inde esiam par mortis bonos. Honor rei pto re ipsa. Bul.

v. 563. Piacula parrum] Marrum maluerim. Heins. Pericula noster codex. quae voces saepe consusae, vid. Heins. ad Ouid. xv. Met. 155. & ad Claudian. II. in Eutrop. 596. & nos ad Ouid. II. Met. 565. Quanta hic pro quor capit Weitzius, quem vide hic, & lib. v. 636. & Broukhus. ad Propert. I. v. 10. & xii. 4. Bukm.

v. 564. Quam parus tuis iam gloria factis?] Quam parta opinor. Adi notas lib. I. 173. sic & libro III. parta iam laude tumens. & lib. vir. vs. 291. Heins. Sed mihi haec correctio aliquid inconcinni videtur habere. nam rectius diceretur, quae parta tuis iam gloria factis? ld est, exigua. quod conueniret omnia extenuanti Laomedonti. contrarium laudantis effet dicere, quam parta gloria?

aliud est etiam, quom referen, quom metuo, quom gemui, & imilia. & illud iom necessario exigit parua iom, id est tam sero, post tot expositas virgines, quam parva est gloria, cum tu sanguine nobis iuncus debuisses venire, cum primum lue & bellua insestati coeperanus, tunc magna suifet gloria, sed iam illa minor est post tot piacula patrum. Buem.

v. 565. Fraternis moenibus] Id est, consanguineis: vterque enim, Hercules & Laomedon, ad souem genus referebant. vel ab Apolitine fratte tuo struktis moenibus, vt non male Maserius. Burm.

v. 568. Tacirusque dolos 3 Tacitosque praetulerim, id est occultos, tectos. Heins. Nihil muto. tacitus est secum, sine teste & arbitro. Martial. vi. 5.

Nil mibi respondes, sacisum se dicere credo: v1.64.

Es sacitus quaeras, quam poffs rodere carnem. Sic lustinus saepe, sacisus profcifcitus, Namque bis Herculeis deberi Pergama telis
Audierat. Priami fed quis iam vertere regni
Fata queat? manet inmotis nox Dorica lustris.

ciscitur, meditatur, colloquitur & similia; vt & alii passim, si quid mutandum, mallem tacitoque sc. corde. de quo vid. ad Ouid. XIII. Ep. 69. qui saepe racito petsore & similia dixit. BURM. Vide ipsum Valer. Flaec. qui v. 265. habet, praecepta volutans Aegro corde. H.

1

v. 570. Ereptaque leuet responsa pharetra] Luat ex consectura Baptistae Pii. Luat videtur reuccan dum, quod in suis codicibus invenit Maserius. lib. 111. 406.

> - atraque fedens in veste Celeneus

. Infontes errore luit.

vbi pari modo scribendum; leuat. HEINS. Luat hic expono cum Pio soluat, irritum reddat oraculum, quod Herculis sagittis perituram Troiam praedixerat. Burm. leuet ex. Bon. HARL.

v. 571. Deberi Pergama] vid. infr. v. 21. BuRM. pro telis cod. fatis: fed mox fata haud suauiter repeteretur. HARL.

v. 572. Priami sed quis iam vertere regni sata queat Sie maniseslo vet. Vertere autem pro auertere positum videtur. Vulgata scriptura haec est:

Herculeis deberi Pergama telis ipse dies.

Audierat Priami, sed quis iam Vid. Scalig. ad Manil.v. 34. Burm.

vertere regni v. 572. Non Durica Primi co-

Fata queat?

Magis antiqua lectio placet. CAR-RION. Regnis Carrionis codex, & primus ac quartus Vaticani, [item ex. Bonon.] etiam veterrimus Baptistae Pii. scribe, fed quisnam auertere regnis Fata queat. con-

fule notas lib. I. vers. 66. HEINS. Vossius ad Vell. II. 47. Pium & Carrionem secutus, vertere pro auertere capit, & regnis legit, vt Maserius notat, quosdam legisse, vt generalis sit sententia de omnibus regnis. quo sensu post Priami distinguendum esset. sed ego regni puto retinendum, & vertere sara regni esse mutare; vt lib. III. 701. versus fauor. versa sides III. 91. Horat, I. od. xxxv. 3.

Vel superbos Vertere funccibus triumphos.

vbi antiquus Scholiastes, conuertere, mutare. coniungit Quinst. I. de Inst. Orat. I. bona fucile mutantur in peius, nunc quando in bonum verteris vitia. Idem lib. v111. 6, verti formas verborum & fenfumi ita in bonum & malum vertere Livius, Caesar & alii. & vertiur pro mutatur Quid. 111. Fast. 283.

Atque aliquis modo trux visa iame vertitur ara.

vbi perperam Neapolis, de corporis conuersione capit. de Fato etiam Propert. 11. xx1. 33.

Nunc vicumque potes, fato gere faucia morem,

Et Deus & durus vertitur ipse dies.

v. 573. Nox Durica] Primi codices habent, Durica, lignea, propter equum ligneum. funt qui Dorica legunt อัสเติ pro Graeca. quoniam Graeci Heroes Troiam vaftauerunt. quidam feribunt, nox Duria, quoniam Aristophanes equum illum Durion appellat. อิต

Et genus Aeneadum, & Troise melioris hos

575

garsov Homerus Odyst. 6. 492.
so) www nosurer misser Asparts.
quem Lucretius his imitatus est
lib. 1. 477.

Nec clan Durateus Troianis Pergama partu Inflammasser equus nosturno Graingenarum. P108.

Durica etiam Bon. & Cartion in priose ed. defendit, in posteriore samen Dorica e suo codice. vindicauit, & Dorica reste retinuerunt atque axplicuerunt Bulaeus ac Vossius. HARL. Pro mex Duria, scripti nostri magna ex parte, nax surica, vnde Politianus in Miscellaneis, non Durica. sed non Dorica verum est. quam tectionem & Carrionis liber exhiber cum fecundo Vaticano Regioque, &, qui mihi pluris est, doctifimus Gronouius lib. 1. Obseruat. cap. 2. adseruit. etiam in Lucretium Giphanius, in Durateus. & Geuateius ad librum primum Siluarum Statii, cap. xx111. meminit ad haec Pius Baptista quorundam, qui sic legant. HEINS. Maussacus ad Harpocr. in Audolehus legebat non Dulia, vt apud Tragicos dicitur denier quae. Mauffacum compilauit hic Alardus qui Dulia malit, & lib. fr. Epiphyll. Philolog. 19. tacito, vt folet, eius nomine, sed infeliciter, rede viri docti explicuerunt, vt dies Aklienfis, Octanianus & Cinnanus. vid. Freinsh. ind. in Florum. ita non vestra Stat. vII. Theb. 543. vbi vide, quae Barthius adducit, idem lib. xII. 224.

Note velus Phrygia, cum lamen-

Dindyma.

Id est facra Cybeles. Sidon. Apell. v. carm. 196.

Cum Graccia Troiae Nottem babnit simitemque facen. Funcsiam nottem dixit Senec. Agam. 611.

Vidimus pasriam ruensem noce

Cum Dardana selfa Dorici raperesis igues.

Pro Dorica antem etiam Durica in MS. apud Stat. IX. Theb. 312.

Resupinas ademeis

Resupinas ademeis

Durica suspis equis.

Vid. Broukh. ad Propert, LEL VEF.

v. 573. Lafris] Ang. Politianus & Baptista Pins, fatis legunt,
tuncque sensus fatis apertus est;
quum tamen dixetit Valerius fata
queat, vix crediderim, poetam
eadem dictione solo casu variato
versum clausisse, vnde nihil muto. At quum legitur lustris, exponitur per decennium duodus
lustris constans, quae erant immora. Si qui vero ad annos decem referre velint signatos per decem lustra, Phoebi lustra intelligant necesse est, vnde Senec. in
Agam. 42.

Post dena Phoebi lustra, post capeum Ilium, Adest daturus caningi ingulum

Et Lucret, in v. 929.

Multaque per coclum folis vol-

Volginago vitam tractobant more ferosum.

MASER, Bapeista Pius & Politisnus legunt, fasis, suius tamen vocis, paucis quibusdam interiotain Nos, sit, ad Scythici, Tirynthius', oftia ponti Raptat iter; mox huc vestras reuehemur ad oras, Donaque dicta feram. tum vero plura vocatis Adnuit ille deis. promissa infida tyranni

Iam

Sis verbis, repetitio inornate mihi videtur. nibil itaque est, cur non antiquam lectionem, quae ad duo lustra quibus ad exscindendam Troiam opus fuit, alludit, conferuemus. quali diceret, nihil de temporis, que llium exscindi necesse est, ferren & immobili serie immutatum est, quin post exactum decennium equus Durateus Troism maneat. CAR-RION. Alard. lib. 11. Epiphyll. Philol. 19. per lustra Olympiades intelligit, fed ego luftra huic loco conuenire parum apte puto. nam quis luftra its simpliciter dixit, vel pro duobus quinquenmiis, vel pro fingulis annis? egomalim, immosis nox Dorica infis. *iulia* deorum & fati elle immota de perdenda Troia sit. fic aspera iussa lib. 1. 200. regalia I. \$20. & puttim, facilis vero laptus in his vocibus, ita apud Stat. v11. 213. Lacero tua lustra replenit Ennere, in MS. reperit Heinfius, iussa. Nisi quis luftre ita intelligere vellet, ve incendium, quali luftrationem caperet, vnde expiata & luftrata cinitate (vt Florus 1. 13. de Roma) melioris Troize honores furgerent, id est Romae, vt recte Pius. ne quis aliam in Italia vrbem intelligat, vt videtur Maserius su-Spicari. Burm.

v. 575. Nos air] Hos Cod. nofter. vt ad focios, quos inuitauit Laomedon. vf.565. respiciat. mox, sprar iter idem. vitiose. Bunm.

v. 576. Renebenur] Renebetur Cod. Coki. BURM. v. 977. Dies feram Pacha mihi auferam. vide ad Ouid. Iv. Met. 95. feram hic est auseram. alio sensu posuir enim lib. I. 551. Horat. 111. od. 16. a dis plura feres. & Iv. 8. neque su pessima munerum ferres. & II. Ep. I. 246. Munera quae multi magna cum laude sulerunt. Et ita passim alii-BURMANN.

v. 977. Plura vocatis] Tum vere plura vocatis Annuit ille Deis quoque rescrips side vetustiorum editionum. Carrion ex suo codice editio, sum vere plura vocatis Annuet ille dies. Quod omnino praeter rem est. Vossius. Haec nihil sunt. male etiam Carrion in posteriore editione, Aduut ille dies. scribe, sum vere in verba vocatis Adunti ille Deis. Naso Fastorum v. 527. vbi Hyrieus ad lovem & Neptunum de vxore sua,

Huic ego invatus, vobis in verba

Coningio, dixi, folo fruere

Non diffimilia illa apud Maronema libro v11. 471.

Haec vbi dista dedit, Dinosque in voca vocanit.

& lib. x11. 780.

Dixit; opemque Dei non caussa in vota vocanit.

apud Silium libro xiv. 396. & Senec. Oedip. 304. Poffis etiam, ture vocatis, vel & plura. plura promifis dona. Heins. Illud plura non est mutandum: nam praeter equos, plura se redeunti Herculi daturum, vocatis diis in V 4

3

Iam Phryges, & milerae flebant discrimina

580 Panditur hine totis in noctem carbalus alis; Litoraque, & veteris tumulos praelabitur Ili,

Darda-

testimonium, promittit. ita inf.

Tum vellera victor
Tam mericis, nec fola dabo.
Vocare fuperos dixit & lib. 1v. 761.
& quis non? Burm.

v. 580. Toris] Sunt qui soriis.

v. 581. Veteres tumulos praelabitur IIi] Sunt qui Hylii legunt, Bononiensem sequentes codicem, quod nomen, telle Strabone in xtill. pro Phrygiae siunio ponitus, tuius meminit Homer. Il. T. 392.

Τλλφ επ' Ιχθυδεντι, καὶ "Εςμφ

ed Hylum piscosum & Hermum vadosum. Alii legunt Ili, [vti cott. est in ora ex. Bon. HARL.] quos imitamur, & seu ponitur pro vtbe, siue pro rege, sensum relinquit optimum. Strabo namque duplex Ilium celebrat, vetus & noyum, & tunc apocope effet in textu. Qui tamen rem profundius scrutabitur, lectionemque rectius perpendet, abiectis duabus primis opinionibus pro Ilo rege fensum accipiet, sepulchrum siquidem regis Ili fuit in campo Dardaniae. Hic Ilium construxit in campis habitare aufus, vnde par est, inquit Strabo in x 111. sepultum fuisse in medio campo. Hinc ex poeta, quod ad rem facit, Strabo afferens, inquit,

Hi veterem ad tumulum atque Ili monumenta ruebant Dardanii, medium qua campus Erincon ambis. 1

& idem poèta in x x tr. Mied. air, lam Priamus ad magnum sepukhrum senebris terram operientibus iumenta ad fluuium, us biberent, sifii iusserat. Dardaniumque patrem intelligas Ilum patrem Dardanidarum, seu Troianorum, cuius cippus & statua est super tumulum eminens. Ego sane, si quid mutate licet, legam non minus eradite, veteris Ili sumulos, etsi eundem repetis sensumos, etsi eundem repetis sensumos, etsi eundem repetis sensumos, etsi eun-

Vitte , Vylkansk@- , Evlant apak

hvabysis Tuddidy dad thiga teralists neudin Adors ,

Στήλη πομλιμόν . ἀνδροκμήτη δαλ Τύμβη

"136.8 Amplauldus, mylaud diployicort@.

Quod Homerus dicit "1248 wo Aus Valerius exprimit Ili veteris. praeterea sulv refert parrent Dardenium. Legitur apud Homerum "IMs, vt notatum confpexi pro "IAS. Si autem quisquam /les non admittit, intelligat, Derdeniam patrem Teucrum, patrem Troisnorum. teste enim Virg. 111. Aen. 108. Teucrus Rhoeseas primum est aductius in oras, a quo regio dicts oft Teneria, Dardania & Dordenium Promontorium, & vrbs ab Abydo Lxx. stadiis distans. Apollonius nit Angdariarde Limerth vnde fi quis diceret in textu Derdaniam, iam necesse etiet putra legere, id est pinguem & fertilem, vt, putris se gleba resoluit. Est enim Dardania regionum Afiaticarum in fecunditate non vitims. Aitera

Dardaniumque patrem: vigili fimul omnia ludo Festa vident hinc vnda, facris hinc ignibus Ide Vibrat, & horrisonae respondent Gargara buxo. Inde vbi iam medii tenuere filentia ponti,

Stridentesque inuant aurae, Phrixea subibant

Aequo-

Altera enim Phrygia dicitur exufla, quam Alcida bellua vastauit. yade non mirum fi decennale bellum tolerauit, fed prior fensus verus est admittendus, hoc expleso, quem produxife placuit; ne quis putet & & u fedes permutaf-Le in dictionibus Dardanium & patrem, vt plerumque contingit. quod zutem praelatum est, perplacet. MASER. Theocrit. Idyll. 16. vf. 75. & # #86/4 Liphivr . Bis ocurde seion "IAs. Meurl. ad Lycoph. p. 176. Ambo autem fecuti funt Homerum Iliad. A.

Ol. It was "like then makend <u> Azedavidas</u> Micron aummedier mut levedy le-

valorro.

Barth, lib. xxxv. cap, xv111. WEITZ. Veteris Ili fit concinnius, yt lupe. verl. 473. Nos Ili veteris quondam genus. atque ita Masezius. Heins.

v. 582. Vigili fimal emnie ludo festa vident] Hoc est, videnc omnia personare lactis ludis. Fefirm pro lacto, bilari. Seneca Hippol. 11. sc. 11. vers. 14. id. Treade Iv. Sc. 1. 23. But. A Valerii manu effe arbitror, Vigili Collemnia ludo Festa. Festum Soldemne apud Nasonem Fastorum 11. Festus, sollemnia sacra dicunsur, quae certis semparibus annisque (lego, anni) fieri folent. Heins, Sime libris viz audeam, elegantem licer, coniecturam recipere. nam somia loca Trondis, que Assomantae profpicere practernanigas-

tes poterant, intelligit, quae ob belluam occifam festos dies & notes agebant, ita licet alio sensu lib. 111. 212.

Perge, age, Tarvarese meeum fimul omnia noctis Musa sequi.

lib. VII. 328. Oblataque contra Omnia. Omnia pro omnibus locis hic ponitur. vt lib. t. 627. picesque premis non omuia coelo. La patim. ic owne etiam ponitue spud Ouid. x11. Ep. 28. vbi vide Heins. ita cunte lib. 111, 594. BURM. binc nuda cod. non probo. HARL.

v. 583, Idae] lam olim notaram non Idae, fed Ida legi debere. But. Ide ex. Bonon, & dederunt Voll. stque Heinl. HARL. Sic supra vs. 519. & 95. Acrne; vid. Heinf. ad Ouid. v. Epift. 72. BURM.

v. 584. Horrisonae Legitut &. berrifone, nam & bot buxum dicitur, & back buxus, MAS. Horrifore noster codex. vid. ad Ouid. 111. Art. Am. 691, Bunm. Horrifone ex. Bonun. HARL.

v. 586. Stridentesque innant auree.] Id est, propetiumt nauem prospere flantes. Ouid. 11. Art. 514. Nec semper dubias adiunae aura rates. Martial, x. 30.

Vina sed quies Ponti Pillam Phaselon adiunante fere Vid. ad Ouid. vir. Epift. 147.

BURM. ¥ 5

V. 587.

Aequora, & angustas quondam fine nomine fauces.

Ecce antem prima volucrem sub luce dehiscens Terruit vnda ratem, vittataque constitit Helle, 590 Iam Panopes Tethidisque soror: iamque aurea laeua

Sceptra tenens, tum sternit aquas, proceresque ducemque

Adfpi-

v. 587. Quendam fine nomine] Nunc vero Hellesponeum dictas; eas describit Mela cap. I. Catullus rapidum appellat Hellespontum. Ouidius vero longum; Longus in engustum qua clauditur Hellesbonsus, vet. cod. quondam fine numines quod non emnino reiiciendum eft. sed facilis est literae o in u, & contra, transmigratio. CARRION. Alii, fine numine. Quod non displicebat Carrioni. A quo omnino dissentio. Neque mouet me, quod epitomator Strabonis dicat Hellespontum, antequam illic Helle effet submersa. Borysthenem dictum. Nihil enim hoc vulgatae lectioni obest. fine nomine enim ait Valerius, non quod antea nomine caruerit, sed quod fuerit ignobilis, sic Manilius de eadem re lib. v. 22.

Vir gregis, & ponti victor, cui nominis expers Nomen onusque dedit.

Et similiter Seneca in Hercule. Qetaeo de Icaro vs. 689.

> — dedit ignote Nomina ponto.

Ignoto enim hic valet ignobili. Vosstus. Nomine ex. Bon. & scripti potiores Heins. qui Carrion. cod. iec. insulsam esse dicit. HARL. Non tam inepta videri possit Carrionis lectio. qui & lib. I. 50. Helle magni maris numen dicitur. praefero tamen, nomine. sed vode Vossius in Manilii loco habest illa, cui neminis expers, nescio, cum vulgo legatur, cui parte relissa. forte memoriae nimium fidens perperam ita citauerit. Bur mann.

v. 589. Vistaraque] les ve aufugerat; folent enim qui immolandi erant, vittis redimiri, va Sinon ille Virgilianus loquitur. llb. 11. 132.

— Mibi facro parari, Es falfae fruges & circum temb pora vistae.

Hanç autem orationem Helles non habet Apollonius, fed resto ordine nauigationem eorum describit. Lugdunensis liber, vicasaque, male. CARRION.

590. Laeua steptra senens? Pius dicit, quasi dextra salutatura Minyas. sed tu vide, quae diximus ad Onid. 111. Amor. I. 13. quibus adde descriptionem Philosophiae apud Boeth. Cons. Philos. lib. I. pros. I. cuius dextra sibellos, segtrum vero sinistra gestabas. Bux m.

v. 591. Dum sternis] Tum scribe, Heins. Ita Editio secunda Carrionis & Alardi, Burm.

v. 591. Sternit aquas] Deze Deive maritii fermonem facturi, prius acquori Adspicit, & placidis conpellat Iasona dictis: Te quoque ab Haemoniis ignota per aequora terris,

Regna insesta domus, satisque simillima nostria 595 Fata serunt: iterum Acolios Fortuna penates Spargir, & inselix Scythicum gens quaeritia annem.

> Vasta super tellus, longum (ne defice coeptis), Aequor; & ipse procul (verum dabit ostia)Phasis.

> > Hic

sequori ventisque filentia impomere folent, quod passim apud Nostrum aliosque observare possis. BULAEUS.

v. 591. Proceresque] Proceremque Cod. Coki.

v. 594. Regna infesta domus] Familiae nostrae. quidam non ce legun; sed su non domus; Ve rum, domas. sed repugnantibus bonis exemplaribus nihil temere interpolandum. Pius. Domes Oxoniensis; sorte pro dome. H.

v. 594. Fallique] Scribendum, fasis; eodem fati turbine agimur. Prus. Verior mihi textus, quam fine fallis, fine fallis, vraliqui habent, quorum postremum non cohaeret. Mas. Fallis ex. Bon. sed docta manua correxit: Tu queque ab Haem. — infesta domas: fatisque. Harl.

v. 595. Iserum] Athamas Acoli filius, & frater Crethei, cuius mepos Iason, vide Catalogum Argonautarum, & lib. 1. 286. Bunn.

v. 595. Fortuna Penates] Vulgati omnes, forsuna neposes. At altera lectio & a lib. vet. agno-feitur, & illi Virgiliano. fimilis eft, lib. 1v. Aeneid. 21. Sparfos fraterna caede Ponases. Caradou.

Penases Carrionis liber. refte. sed quod ille ex Maronjanis hisce a sparse fraterna caeste penases. scripturam codicis sui congrur adstruere, toto coelo aberrat. aliud enim sparsi, aut disiedi exilio penases, aliud fanguine respersi. Heins. Neposes etiam God. Coki. siepe iisdem verbis, alio sensu, imitantes Poetae, vti solent. post Virgilium, nescio an ad Valerii mentem accedens, (nam obscura illic fententia) vritur Propertius had locutione II. El. xxIII. 67.

Spargere & alterna communes cande penases.

Nepotes & ponotes etiam commutantur inf. 111. 14. de verbo frangere vid. inf. lib. v. 488. Bur vi. conf. supra ad 1.721. vbi eadem voce. permutata fueruat. Harl.

v. 598. Verum dabie bossio]
Osia Edit. Masorius, qui explicar, petebit vobis Phasis, Colchicus stunius. recepit & eam lectionem Carrion in secunda editiono,
& Heinsius. & puto esse veram a
& dave hic esse ostendere, sperire, vt I. 465. & dave hiera &
montes III. 483. promittie vero
ostia tamquam portum. vid. ad
Ouid. II. Amor. xIII. I. Burm.
bossio. Bon.

Y. 599.

Hic nemus arcanum, geminaeque virentibus arae 600 Stant tumulis. celeres hic prima piacula Phrixo Ferte manu; cinerique precor mea reddite dicta: Non ego per Stygiae, quod rere, filentia ripae, Frater, agor. fruitra vacui scrutaris Auerni, Care, vias, neque enim scopulis me & fluctibus actam

605 Frangithiems; celeri extemplo subiere ruentem Cymothoe Glaucusque manu: pater iple profundi

Has etiam sedes, hace numine tradidit aequo Regna;

ne, altera Ioui Phryxio, id est, fugae sospitatori. vt in initio libri t. dictum eft, Prus. Hellae & Phryno facratas exponit Maserius, vt moris erat in sepulcris aras ponere. fic Stat. vi. Theb. 118.

Jamque pari cumulo geminas, banc trislibus vinbris, Ast illam Superis aequus labor auxeras aras.

Vid. infr. ad lib. v. 10. virentes sumuli, quia arbores & luci ad sepulchra solebant poni. vid. ad Virg. v. Aeneid. 760. Homer. II. \$. 419. & alios, Burm.

v. 600. Celeves bic prima] Aliter libri praelo impressi: Hie prima pio follemnia Pbryxo. quod mihi non seque placet. CARRION. .Carrion ex fuis membranis, celeres bic prima piacula Pbryxo Ferte manu. infeliciter. cum celeri manu moz denuo sequatur, nisi relictum force a Valerio contendis, celebres Ferte manus, yel celebris manus. celebres pro frequences. HEINS. Qui tamen in editione retinuit Carrionis lectionem. force; prima pia follounia Phrixo Ferte mann. deiestam, & in pelagus faxo defi-

v. 599. Geninae arae] Altera pietatis enim officium est paren-Marti dicata cum luco cognomi- tare. vnde pia insta 1. 459. v.6. & similia passim. & in alia re sopra. 249. Illa pias armasa mams. in Cod. Coki erat, Seant tunn-lus bic ppiafollemnia Phrino: for-temann. Bunm.

v. 603. 'Vacui Auerni] Claud. 1. de Rapt. vs. 20.

DI, quibus in numerum vacui famulantur Auerni. Sed cur Vacui? qui omnia viua consumunt, nihil in eis effe necelle est consumi potens. Ita respondet Barthius ad hunc Claudiani locum, Bul. Imo vacai, quia non corporibus, fed vmbris colitur & inhabitatur, vnde faepe inania regna dicuntur, vid. Stat. iv. Theb. 477. & Poetas alios passim, Burm,

v. 604. Neque me e scopulis & fluctibus actam] Sic ex. Bon. fed cod. neque enim e scop. HARL. Scribe cum priscis exemplaribus, neque enim scopulis me & fluctibus actom. non agor per maris scopulos, sed ad inferos descendi. vi-Vens & videns. interpretantur alii ellem, scopulis praecipitatam, & linde. Regna; nec Inois noster finus inuidet vadis. Dixerat: & moestos tranquilla sub aequora vultus

610 Cum gemitu tulit, vt patrii rediere dolores. Tum pelago vina inuergens dux talibus infit: Vndarum decus & gentis, Cretheia virgo, Pande viam, cursuque tuos age, diua, secundo. Inmittitque ratem, mediasque interuolat vrbes, біғ

liffe. Prus. Rece Pius. verbum enim agi non patitur alteram interpretationem, sed acts eft ialtata per flustus & scopulosum mare. fic lib. 1v. 263. torrenti pracceps agis undique nimbo. codem lib. IV. 106. ada ratis notis. VIII. 332. trabit bos vertex, boc agmine toto Gurges agit. & ita patlim noster & alii. Bunm. Cymothoe vna ex Nereidibus, vxor Neptuni. HARL.

v. 608. Nec Inois noster sinut innides undis] Noster sinus nihil cedit praestantia Inois vadis: tam felix in se est, vt nihil causae habeam, quare eum mutare velim Inois vadis: nihil Inoae vadae habent prae meo finu, quod ipfis inuidere possim. Petronius : Ofculis fruor ad innidiam felicibus. hoc est, qualia alii non ferunt, ac proinde mihi inuident. Bur. Non male, sed & rede Maserius, quia celebrior est Hellespontus, quam Inous finus. Horat. 11. od. 6.

Amicus Aulor Fersili Baccho minimum Falernis Inuidet vuis.

Claudian. 11. Rapt. 79. Vt fertilis Hybla

Innideat, vincique suos non abmust bortes.

Vid.Barth. ad Stat. 1. Silu. 11. 151. BURMANN.

v. 610. Patrii] Patrii nostet codex.

v. 611. Vina innergens] Sic ex. Bonon, HARL. Quidam inepte legunt, immergens, vt liber Lugdunensis, & Basiliensis habent: est autem innergere vocabulum expiationibus & facrificiis aprum. Virg. lib. vr. Aeneid. 244. Frontique innergit vina sacerdos. Plautus Curculione 1. 11. 12. Ipfum expello sangero, invergere in me liquores tuos fino ductim. CARR. Immergens Cod. nofter. vels invergens Cod. Coki.

v. 612. Cretbeis virgo] Crethei neptim explicat Maserius: sed Helle filia erat Athamantis, cuius frater Cretheus, quare forte Nepheleia dixit Poeta; vel epitheton fumfit non a patre, fed a patruo, qui Cretheo coniundus sanguine. fic saepe ab aliis epitheta mutuantur Poetae. vt Amphitryonides dicitur Hercules, louis & Alcmenae, vxoris Amphitryonis filius. Enadne Asopis, quae Martia & Thebes, vxoris Asopi filia. vid. Domin. Matium ad Ouid. 111. Am. v1. 41. Pius obseruat, lasonem non per patrem orare, quem ob crudelitatem non amabat Helle, sed per auunculum consanguineum, & consequenter virgini dilectum. sed rectius, quia Hellen gentis decus dicit, Crethei meminit, 615 Qua breuibus furit aestus aquis; Asiamque pre-

Effugit abruptis Europa inmanior oris.

Has etiam terras, confertaque gentibus arua,
Sic, pelago pullante, reor, Neptunia quondam
Cuspis, & aduersi longus labor abscidit aeui;

620

meminit, vade ipfe lafon trahebat originem, & ita ad illam quoque pertinere Cretheiae gentis decus indicat. Bunnt.

v. 616. Immanior] Maserius vult poni pro politivo, quia nec major nec ferocior Asia est. Pius varias caussas fingit, vel quia magis allatrat illa litora, vel propter Symplegadas, vel propter. Thracas, Sarmatas, Moschos & Scythas aliosque populos barbaros. sed ad abruptas ripas potest referri, quae immaniorem adspectu Europam exhibent, cum litora Afiae fint planiora, & amoeniora. vnde Amoena Afiae saepe. vid. Tacit. 111. Annal.7. per quae praecipue litora & actas, Voluptariis seculibus celebratas intellexisse docet Cafaub. ad Suet. Aug. 72. ergo ad adipettum referenda vox immanior; vt, licet in alia re, lib. 1. 208. immanis vifu. Burm. v. 618. Sic pelago pulsante] Lucan. v. 615.

Ab! quoties frustra pulsatos aequore montes

Obruit ille dies?

whi & quae sequuntur, hunc Valerii locum illustrare possunt valerii locum illustrare possunt valerii locum illustrare possunt valerii locum illustrare possunt valerii locum illustrare valerii locum valerii l

v. 619. Aduersi longus labor abfeidit aeui] Longum luns noster
codex male. longum laborem aenó
dicit, quia non statim & primo
impetu mare pertupit consinia
Asiae & Europae, sed post longum aeuum saepe irruendo tandem perfregis, vt vetustati simile
in re minori tribuit supr. v. 528.
sic labor mueabilis aeui Virgil. xt.
Aen. 435. Glaud. z. in Eutrop. 287.

Nil adeo foedam eft, quod non exalla vetulias

Ediderit, tongique labor commiferit deni.

vbi tamen sensus paullum diversus est. de quo vid. Barth. ad Stat. II. Theb. 196. & quo fere sensus moster laboratam senam dixit lib. v. 226. quod variis miseriis & laboribus adflixerat Phrizum. hic aurem sabor adaers esti, est quasi inimici & hostilis, quod vt omnia mutat, & abrumpit, ita has terras dissecuit. ita damessum dixit Lucan. 1x. 315. vbi agit de Syrtibus, quae pugnant contra Solem, qui exsiccare eas studer.

Es nunt poutus adbuc Phoebo ficcante repugnat. Mox vbi damnosum radios admoneris acaum,

Tellus Syrtis erit.

Sic & labores vudae fupra v. 235. quibus nauis tandem deficit. & de hoc ipfo freto Lucan. III. 62-nitente, ne iterum cogant terraes.

Vis

620 Vt Siculum Libycumque latus: stupuitque fragorem

Canus

Vis ille ingens pelagi, semperant laborant

Acquera, ne rupti repetant confinia montes.

Claud. 11. Rapt. 159. de Encelado, fub monte merío & presso, Pressague!laboras

Sicaniam cum Dite ferens, tentatque moueri.

BURMANN.

v. 620. Stupnitque fragore] Pro co, quod in vulgatis [ctiam Bon.] est, supanitque fragore, &, inga Percotes, vetus codex habet, supanitque fragorem, &, inga Percotis. sed postremum hoc non admitto. CARR. Nugantur hic interpretes. Scribe, ex coniectura fratris mei Isaaci,

Indus & occiduis regnator montibus Atlas.

Moc enim ait Valerius: tantum fragorem fuifie, cum Europa sestu ab Afia diuelleretur, vt oriens & occidens fragorem stuperent. Voss. Pragorem Carrionis liber. fed quis hic Imo locus? miror mendum leue tot fugiffe interpretes. Scribendum videlicet, Couns Aslas. Cur Canus dicatur hic mons Valerio, non est quod quaerat, qui eius descriptionem logit attente apud Maronem, cum & senex illic inducatur & perpetua niue obfitus. IV. Aeneid. 250. [vbi v. de la Cerda & Heyne. H.] Nix bumeros infusa tegit. Plinius, vbi ex professo agit de hoc monte, & ex relatione Suctonii Paulini, media etiam aestate ninibus obâtum describit. Solimis de eodem, vertex semper ninalis. Hinc Statio Via Domitiana, Es Nili caput, & nines Atlantis. Seneca Thyeste, 117.

Cysbaeronis inga Stant, parte nulla cana deposita nine.

Nother lib. vr. 611. Claudianus Gigantomachia,

Hinc Atlantis apen flammantia

pondera fulcie, Versice canisiem glacies asperri-

ma duras. Sic corrigo. vulgati, Es per canitiem. & hoc plerisque montibus peculiare. de Aetna Solinus: Canitie perpetua brumalem seruat faciem. in Creta infula Asund Tour (montes albos Plinius nuncupauit) inde distos Geographi volunt, quod numquam inde nines abfints vt Plinianis vtar verbis. lib, v1. cap. xv11. Caucafum mon~ tem a Scythis dici Grancafum hoc eft, niue candidum, testatur. cadem de causa Argaeum Cappadociae montem mutuari nomen Strabo contendit: vide, quae notavimus ad Ouid. Fast. v. vers. 23. HEINS. Heinsii coniectura ne difficultate omni careat, multa faciunt. nam primo copula illa & videtur velle, vt de duobus montibus vel locis agatur, nam canus & regnator inconcinne diceretur de codem monte Atlante, qued & mouisse Francium videtur, vt legendum censeret, Canus in occiduis regnator montibus Atlas, praeterea cum hic agat de. duobus fretis, Siculo & Gaditano, quibus idem accidiffe quod Hellesponto dicit, cur vni vicinum Atlantem vtrumque fragorem stupuisse diceret, & nullum montem prope Hellespontum, aut Siciliam stupuisse referret. Pius per Lanum intelligebat locum. vbi postez Roma fuit condita, in

quo tunc regnabat Ianus, in arce laniculi sedem habens. Celeb. Bentleius ad Horat. I. Ep. 111. 4. eosdem fere scrupulos Heinsio movens legit , Aemus & occiduis, &c. vel etiam, in Vossii correctionem cafu. ve credo, incidens, Indus praefert, vt ab ortil folis ad occafum ab omnibus terris auditum fragorem indicet. & certe diuerfus ab Atlante locus debet hic legi, sed quis ille fit, sine ope codicis emendationis pro certo adfirmari poste non puto. Broukhufius, cum quo faepe de hoc loco agere solebam, probabat tamen Heinsiii correctionem, particulamque & pro etiam capiebat, & tanto fragore distiluisse terras inter Afiam & Europam, & diremtas fuisse, vt etiam canus Atlas, in regno suo occiduo, tantis spatiis ab Hellesponto diuitus, stupuerit. & fane folent Poetae ingenti faepe hyperbole, tumultus & sonitus grandiores longissime exauditos fingere. fic Horat. 11. od.1.

Auditumque Medis
Hesperiae sonitum ruinae.
Quod multo adhuc incredibilius.

Ac Silius 1x.468.

Longeque relatos

Empanie lonieus, tremefatto lico

Expanis sonitus, tremefallo litore, Sason.

Audit Tartessus latis distermina terris, Audit non parno dinisus gurgi-

re Linns. Statius I. Theb. 95. de re ad Taenarum facta.

Procul arduus Aslas Horruis, & dubia coclum ceruice remifis.

Sc vers. 118.

Audiis & medius coeli Parnasus,
U asper
Eurosas, dubiamque iugo fragor
impulis Octam
In lasus, &c.

VI. 14.

— planela conclumas
veerque
Isthmos, Echioniae respondens

flebile Thebae.
Vhi Barthius, pan weitersung. Nee
de sono tantum, sed de cinereex
Aetna vel Vesuuio; latissime diffuso eadem, vel maiori saepe hyperbole Poetae vtuntur. vt noster

vix dum ignes montem
Torfit biems, iamque Eoss cinis
induit vrbes,
Thinks & Walness

infr. rv. 508. de Vestiuio,

Vbi vid. & Heinfium. & fimilites Silius xv11. 596.

Videre Eoi (monstrum admirabile) Seres

Lanigeras cinere Aufonio canefeere lucos.

Et, ne per omnia mendacii damnentur Poetae, saepe cineres ex montibus igniuomis late spargi multi testantur. Fazellus Rer. Sicul. Decad. I. lib. 11. in fine narrat A. 1537. ex Aetnae cratere cinerem non modo ad Pelerum & Pachynum, fed & Cofentium Calabriae oppidum vsque sparsume & interiacentia oppida & maria ita operta, vt trecentis paliuum millibus a Sicilia distantes nauce, quae Venetiis Messanam nauigabant, fint cinere foedatae: immo quod mirabile magis, Bantholinus de Peregrinatione Medici p. 33. narrat, cineres Vesuuii montis anno 1631. sparsos fuisse vsque in Venetorum vrbem, quod, nia honesti viri testimonio niteretur, vix fidem inveniret, ceterum occalione +8 canus, vt Heinlius corrigit, exigendus locus Avieni de ora maritima, vers. 486. vbi Cani fluuii videtur mentio fieri,

Post, bacc per vudas insula est Gymacha,

Populo incolarum quae vetus nomen dedit

Ad vique Cani praefluentis al-

Canus & occiduis regnator monfibus Atlas.
Iam iuga Percotes, Pariumque infame fragolis
Exsuperant Pityamque vadis, transmissaque puppt
Lampsacus: Ogygii quam nec trieterica Bacchi
625 Sacra, neque arcanis Phrygius furor inuehit antris,
Sed suus in Venerem raptat deus. illius aras
Vrbe super, celsique vident velamina templi.

Rarior

Quis ille Canut praefluens sit, sateor me ignorare, sed ex situ harum insularum Balearidum videtur legi posse,

Vsque ad Sicari praefluentis al-

vt fluuius Sicanus, qui & Sicoris dicitur, intelligatur, de quo vid. Noni Hispan, flum. Burn.

v.621. Regnator] Passim poetae moates & fluuios regiis nominibus ornant, vid. Heins. ad Ou. 12. Met. 17. & reginas Mart. VII. 49. & 1x. 59. sed grandius & Epico carmini conuenientius fonat Regnator , quam Rex. Virg. viil. 77. de Thybri, Corniger Hespevidum flunius Regnator aquarum. Et ita passim principes fluuii & montes, sic Nemea Regina filuarum Statio IV. 825. & codem modo duftores dichi Stat. Iv. 117. Fluuiorum dustor Achinum Inache. & quae infinita possent cumulari. Occidui vero montes Africae, Vt ita Occiduam Calpen dixit Sidon. II. Carm. 265. BURM.

v. 622. Perceris] Scribe, Perceres. Prus. Perceris luntae Ed. & Cod. Coki. Burn. gr. περιώτε. eft vrbs Troadis. v. Apoll. Rhod. 1. 932. fqq. ibiqueSchol.H.

v. 623. Pysbiamque vadis] Scribe, Pisyam, quae est in medio Parii & Priapi, de quo vide Schol. Apollon. 1. 933. diuidit Flaccus Pityam a Lampseco Prue, Hanc vrbem' inter Parium & Lamfacum Apollonius Pythicam appellat, nec quicquam ad rem facit quod plerique hic legunt, Philamque: nam id fola operarum incuria accidit. CARRION. Herbeis Apollon. I. 923. & Straboni lib. XIII. Vr bene obferuauit Maferius. Vide & Orph. 484. & ibi Eschenbachium. BURMANN.

v. 624. Lamfacus] Ita vetus codex, hic, & in aliorum Poetarum vetustis libris. Lamfacum de-Scribit Cicero actione Verrina tertia; Oppidum in Hellesponto est Lamfacum, Indices, in primis Afiaé prouinciis, clarum & nobile. Homines autem ipsi Lamsaceni sum summe in omnes cines Romanos officiosi; tum praeterea maxime sedati & quieti, prope praeter ceteros ad Summum Graecorum otium potius quam ad vllam vim aut tumultum accommodati. CARR. de Lampfaco v. plura apud Stauer. ad Corn. Nep. 11. 10. 3. ed. nostrae. HARL.

v. 626. Suus Deus] Priapus, inde Lampfacenus & Hellespontius passim vocatus. Burm.

v. 627. Celfique vident velamina templi] Molimina opinor. ethi minime ignoro vela in templis appendi folita, Seruius ad illa Virgilii Aeneidos IV. 457.

Praeserea fuis in sellis de marmore semplem, X ConinRarior hinc tellus, atque ingens vndique coelum Rurfus, & incipiens alium prospectus in orbem.

Terra sinu medio Pontum iacet inter & Hellen,
Ceu fundo prolata maris; namque inproba caecis
Intulit arua vadis, longoque sub aequora dorso
Litus agit, tenet hinc veterem confinibus oris

Pars

Coniugis antiqui, miro quod bonore colebat, Velleribus niueis, & festa fronde reuinstum.

Ritum veri & venerabilis templi, mariti templum obtinere cupiebat: Templa enim velamentis religiosa monstrantur. pto Vrbe super etiam censeo scribi oportere, Rupe super. infr. IV. 109. en Neptuno trux ipse parenti Sacrisci pro rupe iugi. HEINS. Si urbe fuper retineatur, intelligendum templum fuisse in monte, superiore ipla vrbe. nam mari imminere Lampsacum dicit Strabo lib. x 1111. Velamenta Pius vel templum habens sacellum, velis a reliqua parte templi distin-Qum, vel (vt etiam Maserius) inrerpretatur coronas floreas, quibus per festos dies velabatur Deus: quae putat Maserius indicare velamenta, außor Carminis Priapeii,

· At o Priape saepe floribus nouis · Tuas sine arte deligauimus comas.

Tandem Maserius tegmen vel tectum templi intelligit. ego sareor, haec me non recte intelligere: nam potuisse praeternatigantes Minyas videre vela illa, vel slorea serta in monte cello, vero simile mihi non videtur. & velamen pro tecto aediscii sumi ignoro. Heinsus ad oram codicis etiam adscripserat, fundamina templi. ego mallem, fusigia, sed libris non inuantibus, abstinco.

v. 631. Improba caecis Intulit arva vadis] Improba omnia immodica dici notum est, vid. Barth. ad Stat. 11. Theb. 292. sed hoc loco putò, cum Pio, improba arua dici, quae quasi audacia & temeraria se nimis in mare extendere nullo iure, sed quasi per vim, non verentur. sic improba lancea Mauri ins. 111. 587. vt. 702. improba tegmina Barbaricae plantae. sic improba classis, quae auderet Oceanum nauigare, Floro III. 10 vid. Freinsh. Indic, & improba Argo Senec. Med. 340. Burm.

v. 632. Longoque fub acquora dor fo Litus agit | Sub acquore Cod. Coki. vitletur vadosum solum & leuiter aquis techum innuere, & Chersonesum describere, quae partim aquis exstat, partim sub mari vadosa est. vid. Apollon. I. 936. in huius peninsalne ceruices vt ait Mela, seder Cyzicus. quamvis Strabo infulam, Cyzicum dictam, faciat duobus pentibus continenti annexam, quos forte innuit noster, & partem, id est, vnum pontem connectere vrbem Phrygiae, alterum excurrere in montem vrbi vicinum. & ad vel inter illos pontes iacere Cyzicum, vrbem infulae cognominem: Mons autem ille est lda, quae hic incipiens per Phrygiam ad Promentorium Lechum excurrit, nam inga pinea vocat. Ida vero pinifera centies dicieur poetis, vid. Stat. 111. Silv. 14. 12. & Claud: 1. de Rapt.

Pars Phrygiam, pars discreti iuga pinea montis.

635 Nec procul ad tenuis surgit confinia ponti

Vrbs placidis demissa iugis: rex divitis agri
Cyzicus: Haemoniae qui tum noua signa carinae
Vt videt, ipse vitro primas procurrit ad vndas,
Miraturque viros, dextramque amplexus, & haerens.

640 Incipit: O terris nunc primum cognita nostris
Acma-

Rapt. 202. & hine Ouid. XVL Ep. 105. Paridem naues, quae pinus saepe vocantur a Poetis, dicit ex Idae filuis struxisse, male enim pines acuta explicare Pium puto. reclius hic Maser. Discretus vero mons dicitur, quia circa Cyzicum duos vertices, diuerlis nominibus attollit; quorum vnus Vrforum, alter Dindymum vocatur. vid. Strabon, lib. x 111. circa finem. Vt etiam observauit Maferius. Hinc Idaes mater in Dindymo praecipue culta, & Ida & Dindyma a poetis confundi folent. fic manifelte Stat. x 11. Theb. 224. Nocte velut Phrygia, cum la-

mentasa refulsant Dindyma, piniferi rapitur Simoentis ad amnem

Dux vestma chori.

Longe enim a Simoente erant Dindyma, sed ex Idae radice profluebat Simois. Scholiastes Barthii Dindyma explicat Idnos Porygiae montes aut colles, comprehendens scilicet montem Vrsorum: nam diserte Strabo detit Dindymon esse vno vertice μονοφούς. sed noster & Statius fortasse secuti eozum opinionem, qui Dindymum, quasi Δίδυμον dictum, διά τὸ δίδυμος μέτας εν πότα ἀνίπειν, vt ait Schol. Apoll. 1. 985. volunt. vnde eum solum montem, sed difererum intellexit. tennis confinia

ponsi est eeruix peninsulae, ve vidimus. Burm. Pars arctoi inga cod. HARL.

v. 636, Denissa] Ex Strabone intellige adcliuem, cuius pars in campo plano, pars in cliuo montis, vel potius collis, est posita, nam denissa est humilis & depressa, vt Graecis xu29susva, vid. Eruditiss. Bosti animadu, ad Iul. Caes. cap. 5. Burm.

v. 636. Dinitis agri] Quia revera ager Cyzicenus optimus, & praecipue pecore abundans. vid. Triftan. tom. II. Comment. Hiftoric. pag. 312. Burm.

v. 637. Nona figna carinae **
apásupos innuit. Putabam nihilominus aliquando, nona signade quibus copiose egi ad Nasonem lib. xiv. Metam. vers. 534.
HEINS. Supra ad lib. 1. 800. docuimus, toram nauis speciem intel·ligi, vnde dignoscirur ab aliis,
nec qualis antea erat visa. sic
figna virum lib. 11. 215. Burm.

v. 6:9. Dextramque amplexus]
Sic vulgati, at vetus codex, dextraque amplexus. CARR. Force, dextraeque implexus. HEINS. Miranturque etiam Ald. ego dextram non facile mouerem, quod & habet nofter codex: est enim imitatio Virgilii, licet etiam ibi varient codicis, lib. viii. 124. [vbi vide Butm. & Heyne.]

Aemathiae manus, & fama mihi maior imago. Non tamen haec adeo femota, neque ardua tellus, Longaque iam populis inperuia lucis Eoae; Cum tales intrasse duces, tot robora cerno.

Meque fremens tumido circumfluat ore Propontis;

Vestra sides, ritusque pares, & mitia cultu

His

Exceptique manu, dextramque amplexus inbaesit.

Sed nihil mutandum docet alter eiusdem vatis locus eodem libro verf. 558.

Tum pater Enander dextram complexus cunti

Haeret, inexpletum lacrimans.
BURM. dextramque etiam ex. Bon.
& ego restitui. HARL.

v. 641. Fama mibi maior imago] Ex Ouidio xvi. Ep. 143.

Minor est sua gloria vero, Famaque de forma pene maligna fuit.

Et quae fequuntur. BURM.

v. 643. Longaque iam populis]
Locus corruptus. nee populis Aldus. Forte

Longe abit, aut populis imperuia lucis Eoae.

Quomodo apudClaudianum, quoe sic secessit regio. vel, Non ea ram. vel.

Non ita iam populis imperuia lucis Eoae.

HEINS. Sine dubio vitiofus locus, & nullius fenfus. cogitabam,

Nec loca iam populis imperuia lucis Eose.

Non ita semota haec nec difficilis aditu regio, nec reliqua loca ad orientem imperuia populis, & gentibus, quod colligit, quia nouam ratem, & tales Duces in-

traffe Propontida videt, quos viterius ituros inde efficit, & auguratur. Burm.

v. 644. Tot robers cerne] Ridicule Alardus explicat tot naues ex pinu factas, cum vna & fola effet Argo, an vero tot tobors, quia non ex vno ligno? nugse. tot robora, id est, tot viros robustae iuuentutis, vt bene Pius. inf. IV. 591. lettum robur vocat Argonautas. Catull. Epist. Pel. 1v. Arginae robora puppis. Liu. xxv. 6. Hi permissu Lentuli primores Equitum Centurionumque & robora ex legionibus pedicum legatos in biberna ad M. Marcellum miserunt. Cicer. vr. ad Att. 5. baec enim funt nostra robora. & robut & rebustus proprie dici de iuuentute docuerunt Manut. ad Cicer, pro Rosc. Am. 51. & Torrent. ad Horat. 111. Od. I. sic & Graecis 1203 Herodian. 1. 9. vide Boecler. Indic. ita Guntherum dixisse firmifsima robers belli, & militiae obseruat Heinsius ad Ouid. 111. Fast. 279. BURM.

v. 645. Licet bine] Hic Ald. bebet borrids notter codex. bine est hine incipiens & ad Septentrionem pertinens tellus. Burn.

v. 647. Veftra fides, ritusque pares] Id est vestrae similis sides, & ritus sere iidem. sed in codi-

His etiam mihi corda locis, procul effera virtus Bebrycis, & Scythici procul inclementia facri. 650 Sic memorat; laetosque rapit: fimul hospita pandi

Tecta inbet, templisque facros largitur honores. Stant gemmis auroque tori, mensaeque paratu Regifico; centumque pares primacua ministri Corpora: pars epulas manibus, pars aurea gestant

655 Pocula, bellorum casus expressa recentum. Atque ea prima duci porgens carchesia Graio Cyzicus, Hic portus, inquit, mihi territat hostis: Has acies sub nocte refert: haec versa Pelasgum

Terga

ce nostro erat, ritus pecis. unda studebant.vid, Tacit.xv, Ann. 69. forte possit legi,

Vestra fides, risusque, & pacis mitio cultu

His asiam mibi carda locis.

Ita infra lib. 111.96. pro facesque, in MS. est pacesque, & pecasque. Ouid. x r. Mer. 297.

Culta mihi pax est, pacis mihi cura tenendae

Coningiique fuit, fratri fera bella placebant.

Sic vero fe opponit saenis gentibus, quibus fera bella, & effera virsus placebat. BURM.

v. 650., Laetosque rupit] Malim, lactusque rapit, HEINS, Sed curnon laetos Argonautas tam hospitaliter praeter opinionem acceptos; & qui modo perfidiam Laomedontis erant experti? quo Spectane illa, veftra fides. Bunm.

v. 651. Templisque facros] Templis sacros Ald. de bonoribus vid. fupr. 1. 678. BURM.

v. 653. Centumque pares] la luxus etiam Romam inualit, quo pueros delicatos aetate & statura acquales magno numero habere BURMANN.

v. 654. Corpora] Proprie de fervis. letta corpora Tacit. 1, Hift. 11. vid. ad Ouid. Epift. 111. 36. de 111. Amor. zv. 34. fed & carpera pro iplis hominibus poni solere docet Pafferet, ad Propert. 111. 201. p. 512. ita Graecis dinas & suna. quamuis non ex Atticismo, vt docet Menag. ad Laert. 11. 78. Bur-MANN.

v. 655. Expressa Vid. supr. ad lib. z. 398. Burm.

v. 656. Carchefia] Vid. ad lib. 1. 193. Burm.

v. 657. Hic bostis] Hic deinti-×มีς. digitum intendebat enim in caelaturam moculi, & fingula ibi expressa hoc pronomine demonfirm. vid. fupr. vf. 424. BURM.

v. 658. Refert] Hoc est, facpius iterat, quae vis particulae re in compositis, vt repetere lib. II. 719. whi vide repascere Suet. Aug. 42. renictae casernae Horat. 1V. Od. 4. BURM.

v. 658. Pelasgum] Maserius intelligit, qui Lesbon & Troads temebant: \mathbf{x}_{3}

Terga vides: meus hic, ratibus qui pascitur, ignis. 660 Subiicit Aesonides: Vtinam nunc ira Pelasgos Efferet, & solitis tentent concurrere furtis: Cunctaque se ratibus fundat manus : arma videbis Hospita, nec post hand vitra tibi proelia noctem. Sic ait: hasque inter variis nox plurima dictis 665 Rapta vices, nec non fimili lux postera tractu.

nebant: sed Apollonius Macrienfium vel Macronum incursiones hic memorat: illi autem Pelasgi diai, quia Coloni Eubocensium fuere, teste Scholiaste Apollon. 1. 1024. & Pius etiam Macrones, Aeseritas, & maxime Doliones, quos Dolopes vocat Orpheus; Dolopes autem Pelasgi siue Thesia-K funt. Burm.

v. 659. Vides] VidensCod.Coki. v. 661. Afferas | Vetus codex, efferat, pro quo impressi habent,

que Gerys quos efferas anda. Seneca Phoenitis, quid est quod te efferarit. Heins. Afferat & tentet God. Coki. Burm.

v. 664. Variis nox plasima di-His] Sic vario fermone Petron. cap. Lv. vbi vide notas, vt autem plurima nox, ita multa Tibul. 1. x. 47. BURM.

v. 665. Rapta vices] Malebat ache Francius, male, rapea notate non intellectam celeriter inter confabulaciones transiific noctom: vid. afferat. CARRION. Efferat Car- Supr. 11. 252. vices vero. proprie rionis liber. scribe, ira Pelasgos colloquentium, vt Curt. vu. I. efferet. hinc ira effera lib. v. \$17. 25. bas inter fe conloquensium viscias effera regis tra mei, efferare ces signum suba dasum finis, vi te quoque habes libre vr. 67. pora- ale legit Modius. Bunn.



C VALERII FLACCI SETINI BALBI ARGONAUTICON

LIBER TERTIUS.

ertia iam gelidas Tithonia foluerat vmbras,

Exfue-

v. I. Tithonia solverat undas] Vndas ex. Bon. sed melius cod. umbras; quod iam Carrion ex suo cod. rescripserat : proprie enim de noce dicitur. HARL. Gelidis umbris, vel gelida umbra redius videtur fore. Aurora vmbris foluerat & exuerat polum. nisi palo mauis. Caeterum, quod ad Nasonem in Fastis IV. 943. monebam, vbicumque apud Poetas Tithonia simpliciter ponitut pro Aurora, non addito coniunx, vel quid simile, ibi Titania videri reponendum, id nunc aliter videtur, quod frequenter Titbonia in scriptis Poetarum Aurora nuncupetur, nec fit vero fimile, librarios tam pertinaciter impegiffa. undas Baptifta Pius in vetuftimo codice monet legi. HIINS.

Vndas etiam noster & Coki cod. & ante Carrionem editi. sed vmbras rectum esse & nihil mutandum censeo: express enim illa Apollonii sib. IV. 1170.

Hyd 2, Theboathain marbentan

Aus nedmirde vonta bi higo.

Infra iterum lib. v. 607. prius bumensem lun foluerat umbram. ombrae enim tenebrae funt. & ideo
eleganter addit exfueratque polum,
id est ferenauit, & nubibus, quasi
veste, detractis, luce aperto perfudit. non nudauerat stellis veniente sole, vt Pius volebat. Stellae enim non sunt vestes aetheris, vmbra & tenebrae, quae tegunt coelum. sic Statius v. Theb,
vit.

XA

Finie-

Exfueratque polum; Tiphyn placida alta vocabant.

It tectis Argoa manus, simul vrbe profusi Aenidae caris socium digressibus haerent.

5 Dat Cererem, lectumque pecus; nec palmite Bacchum

Bithy-

. Finierat, coeloque cauam nax induit ombram. Et 11. Achil. 287.

Exfuit implicitum tenebris bumentibus orbem.

Claud. Bell. Getic. 36. translate, Per te namque vnum mediis ex-

futa tenebris
Imperio fua forma redir, claufrisque folutae
Triflibus exfangues audens procedere leges.

Apud Ouidium etiam v. Fast. 163. Iunianus codex,

As fimul inducrins obscura crepuscula nostem.

Sic de aestate Stat. v. Theb. 459.

Imaque exsus gelu sequeruns
fidera longis

Solibus.

Et forte simili sensu nosterlib.11. 171. dixit muda astra. luxuriant vero in his diei, nociis, & anni vicissitudinibus Poetae. Stat. x11. Theb. 3.

Trepidas vbi iam Tisbonia nubes

Discutit, & reduci magnum parat aethera Phocho.

& contra Claudian. III. de Rapt. 235. Ecce polum nox foeda rapis. In codice nostro erat, exueratque ratem polum. vitiosissime. Burm. exueratque ex. Bon. Harl.

v. 2. Tipbyn placida alta vocabans] Placita alta corrigendum videri, diximus iam supra lib. 1. vs. 265. Heins. Sed vocans vd placide videtur requirere. placatum enim mare, venti profperi, & fimilia vocare & inuitare nautas folent, vide inf. verf. 341. praeterea firmat imitatio Virgilii ex lib. 111. Aeneid, 69.

placataque venti

Dant maria, & lonis crepitans vocat außer in alum. In meo codice erat, Es sellis Argos manus. Bun M.

v. 4. Aeneadae] Vitioloer.Bon. & al. Aenidae Ald. & probant Schottus, Bulaeus, Vossins arque Heins. HARL. Lege, Acnidae, omissis Maserii ineptiis, qui id nomen ab Aenea deducere stultra laborat, cum ab Aeneo Cyzici patre, quod iple tamen suspicatur, deriuetur. credendum eft poetam certam potius voluisse Patronymici formam feruare, quam eam quae ambigus effet, & aliena. Omnia enim nomina Graeca in eus diphthongon finita, in ides penultima protracta gignunt patronymica, vt Thefides, Aegides, Nelides : fic hic Aenides ab Aeneo Apollinis & Stylbae filio. BALB. Cyzicum natum ex Aeneo Thessalo & Aenete, Eusori regis Thraciae filia, dicit Schol. Apollon. 1. 949. vide Pii commentarios. in cod. Coki erat, Aenende. Bunn.

V. 4. Haerene] Vid. lib. 1. 316. Burmann.

v.5. Das Cererem lestumque] Lib. Lugdunenses, Basil. ArgentoratenBithyno Phrygione fatum; sed quem sua noto Collo per angustae Lesbos freta suggerit Helles. Ipse agit Aesonide innctos ad litora gressus Cyzicus, abscessu lacrimans; oneratque superbis 10 Muneribus, primas coniux Percosia vestes Quas dabat, & picto Clite varianerat auro.

Tum

toratenses, da Cererem laexumque : quod quamodo intelligi potat, qui illia editionibus praefuerunt, viderint. cod. vet. lectionem repraesentandam curaui, lectum vero pecus ea ratione dicit, qua Virgilius: Lectas de mare bidentes. CARRION, Lactum etiam Pii. Maierii, Iuntae, Ald. Gryph. & Colinaei. da vero Gryph. & Colinaei Edit. dans etiam Coki codex, & mox, Phrygione. BURM. laesum Bonon. in marg, vero scriprum est, vel lettum. conf. Spanbem. ad Callim. H., in Cerer. v. 137. HARL.

v.9. Abscessie lacrymans? Post haec verba in omnibus vulgatia finis huius versus & principium proxime sequentis, desiderantur, vbi stupenda est corum temeritas, qui hune poetam ita in omnibus lacerarunt, vt ne sui quidem speciem retinuerit, quod an vllo in altero aeque contigerit, ignoro. CARRION. Vel vnicus hic locus certum quem reddat, Lud. Carrionem non vidisse editionem sub Aldi nomine Anno 1523, vulgatam, ait enim omnibus libris duo hace hemistichia abesse hoc loco & rejecta effe, post aliquam multos versus. Quos tamen suo loco habet liber Aldinus, & paullo emendatiores, vt videtur, quam Carrionis membranae, [quae habent cui tradit amicis Muneribys,] ad hunc modum, eneratque fu-

perbis Muneribus. muneribus & donis onerare probifime dictum, Virgil. 111. Aoneid. [v. 483, fqq. quem imitatus est Vater. Flaccus] idem x. [620.] Zingerl. & ex. Aldino cod. etiam Heinfius ita restituit & explicuit hunc locum. HABL. Cui tradis amici. prior edit. Carr. sed amicis postesior, in no-stro codice post vers. 25, subiciebatur hic versus 10, ve & in editione Pii, Maserii, Arg. [Bon.] & aliis ante Carrionem, Burm.

v. 10. Primas coniux Percofia.
seffes] Innuit Iasoni munerum leco datas vestes a Cyzico, quas
ipse nuper a Clite, Percosii filia,
coniuge sua acceperat. Quod autem vulnus hic subesse Carrion
agit, ego non video. Mihi haec
belle cohaerent. Bulaeus.

v. II. *Clyte variauerat*] In vetustissimo ac antiquitate pene consecrato exemplari scriptum est Clite, id est, shirty, non chlamydem, vt habent promifcui codices, quae lectio fummopere placuit. ait enim Cyzicum lasoni dono dedisse vestes, quas Clite neto vel intertexto auto, varianerat. quae dona fuerant amoris coniugalis, Prus. Chlamydem etiam Bon. clyre Engentinus. Carrion al, recius vero Clire edd. Pii, Arg. Colin. & Gryph, & probarunt Voffius ad h. I. & Doruille ad Chasit. pag. 446. ditem vitiole cod. Carrignia, conf. infra v. 314. de loquutione Tum galeam, & patriae telum insuperabile dextrae

Addidit: ipse ducis pateras & Thessala contra Frena capit: manibusque datis iunxere penates.

15 Tu mihi nunc caussas infandaque proelia, Clio. Pande virum: tibi enim superum data, virgo, facultas

Nosse animos, rerumque vias; cur talia passus Arma; quid hospitiis iunclas concurrere dextras Iuppiter; vnde tubae, nocturnaque mouit Erinnys.

20

loquutione varian. euro v. Markland ad Statium v. Silu. 2. vers. IC2. HARL.

v. 13. Ipfe ducis paterns & Theffala contra Frena capit] Paterae & frena minus bene coniunguntur. Puto, Phaleras & Theffala contra Frena capit ; exaratum primo fuerat paleras, hinc pateras factum. Phalerae & frena munus homini Thessalo conueniens. Thessalia enim primos equites dedisso credita. Supra libro primo de Caltore habuimus.

Oraque Thessalico doctus consundere freno.

Supra lib. r. vs. 660.

Ae soniamque capit pateram, quam munere gandens

Liquerat bospitio, pharetrasque

rependerat auro. vbi etiam phaleras puto restituendas. est autem imitiatio Virgiliana lib. ix. 359. Heins. Pateras non mutarem, quia illae inter dona faepe occurrunt, vid. Gud. ad Phaedr. v. 5. & ad libandum dari folitum ab antiquis munus. vid. quae diximus fupra ad. 1. 660. & 11. 348. BURM.

v. 14. Manibusque dasis iunxe-

ganter doctifimus Gronotius lib. IV. Obs. cap. xx1. qui videndus. HEINS, nepotes Bon. H. Vid. ad lib. 1.721. Pius per neposes intelligie iuniores heroes, qui non donz dederant, fed tantum manus pro foedere amicitiae iunxerant, perperam certe, multi enim, immo plurimi lasone majores actate eraut, nec nepotes hoc fensu notum est; licet hanc vocem feruent codices. Burm.

v. 16. Tibi enim superum] Dublum an, tibi superum, pro ex superis. vel, tibi animos superum nosse facultas. priori sensu estet locutio timilis illi Horatianze lib. III. 13. fies nobilium en quoque foneium. Plaut. Milit. 11.11.25. s barum Baccharum es. & apud Graecos Arist. Plut. 11. 111. 11. to yee Two older. & quae alia obvia, fed malo altero fensu capere, quia sequitur de loue, cui adleribitur cauffa, fic mentes deorum Ouid. I. Fast. 446. & pastim.

v. 18. Quid Ob quid, quare. Saepe sic Cicero, saepius Comici-

v. 19. Monis Erinnys] An, more nepotes] Penates vere & ele- ris. Heins. Mones God. Coki. B. V. 20. 20 Dindyma languineis famulum baochata lácertis Dum volucri quatit asper equo, siluasque satigat Cyzicus, ingenti praedae deceptus amore, Aduetum Phrygias dominam vectase per vrbes, Oppressit iaculo redeuntem ad frena leonem.

Inpoluit, spolium infelix, diuaeque pudendum, Quae postquam Haemoniam, tantae non inmemor irae.

Aerisono de monte ratem, praesizaque regum Scuta videt: noua monstra viro, noua funera voluit;

30 Vt socias in nocte manus, vtque inpia bella Conserat; & sacuis erroribus inplicet vrbem.

Nox

v. 20. Famulum] Conitum Aldinus codex. vid. inf. 1v. 520, Burm. In monte Phrygiqe Dindymo Cybele culta fuit. inde Dindymo vocitata. v. infr. 111. 334. & Virg. 1x. Aen. 617, fqq. HARL.

v. 23. Deminem] Proprius Cybelae titulus, quem ex Virgilio lib. 111. Aen. 113. expressit,

Es iunes currum Dominae subiere leones.

vbi vide, quae Seruius de Cybele, & eius Leonibus notat. & ad lib. V.438.

Dominamque patentem
Supplicitus fupera donis.
Hic abufine Daminam Iunonem 4ppellauie, cum proprium boc nomen,
matris Deum fis. Burm.

v. 23. Vellare] Aptum verbum, quod placidum, & vt in pompa foler, incessum Deae notat. vid. ad Petron. cap. Ct. Burn.

v. 25. Es nunc] Aldus, & sunc. vid. inf. 1v. 606. Burn.

v. 25. Postibus ore Post hunc

tur ille, Maneribus primas: & quem fuperius desiderari admonui: huo vero scioli volente notente sensu violente traxerunt. Carrion.

v. 25. Es nunc ille inhas capsivaque possibus ora Imposiis] Sotebant veteres postes spoliis ferarum atque armis ornare. Cuiusrel exempla affertem, nis hoc labose me leuastet losephus Scaliger; quem vide in noris ad lib. IV. Manilii. 180. Vosstus.

v. 31. Szemis ergaribus] vt infra 298. Meque enus potius nuna plungeres error. & v. 456. Quin idem Minym operum defixerat errae, Aucipism codem lenfu mon urbem vocat vers. 46. Saeni sunt mocences, mortiseri. Horat. III. od. 29. forsuna saena duxta negotio. sic saema iscum dixit, I. Od. 33. & noster saepa hoc epitheto delectatur. pro implices Cod. Coki habebat, implest, verbum saepa nostro vsitatum, sed non satis hic loci efficax, vs puto. Burm.

Nox erat, & leni canebant aequora fulco;
Et iam prona leues spargebant sidera somnos.
Auravehit: religant tonsas: veloque Procnesson,
35 Teque etiam medio sauentem, Rhundace, ponto,
Spumo-

v. 32. Leni canebaut aequora sul-Canum & foumofum propria duo matis & frequentissima epitheta, nonnunquam altero in verbum commutato. Hieronymus Tom. 1. epist. 49. ad Innocent. Soumei fluctus conescunt. Virgil. I. Georg. Cano Spumant freta concita fluctu. Manilius lib. v. ma-Lege risque profundi Conities. Elmenhorstium ad Minut. Fel. pag. 5. Sic Nofter mox v. 16. Spumosumque legunt fracta, Scyllaceon undo. Et lib. IV. v. 268. Spumanti qualis in alto Pliade capta rais. Bulaeus.

v. 33. Es prona sidera] Hic verfus deerat nostro codici. sed perperam. prona vero sidera sunt in
occasium vergentia: imitatur enim
illa Virgil. 11. Aen. [v. 9. vbi v.
Heyne in Exc.] Suadenque cadentia sidera samnos. Ra pronus
Titan Ouid. x1. Met. 257. & Luc.
111. 40. Orion Horat. 111. od. 27.
pronus setber Lucan. 11. 35. prona
dies Stat. 11. 42. & talia millia. B.

v. 33. Leuet fomnos Et hic Hotatium imitatur, qui lib. 11. Od. xvi. 15.

Nec leues fomnos timor aus Cupido. Sordidus aufers.

Et Epod. 11. 28. Somnos qued in-

v. 34. Velo Procentifon ? Quid fi legas, veloque Pronecton? Stephanus, Pronettes einitas Bibyniae, quam posserunt Phoenices. Quod fi Proceeson scribis, ve habott antiqui cosses, insula Propontidis oft; cuius meminit Ammian. Marc. lib. xx11. do Proceesso op-

pidulo prope Cephaleniam meminie Strabo in decimo, sed nihil ad rem, Prus. Hic vegius magnam & Maserio, & reliquis Grammaticis exhibuit moleftiam : cum in vulgatis legeretur, veloque Procueson, & illi inter se de carminis ratione altercarentur, Nunc vero quis est, qui de huius scripturae veritate dubitet? Veloque Procuesson legit Maserius, subiiciene . Exiguum oppidum est Procnesus iuxta Cephaleniam, nunc vero nomen insulae est, & legitur Procuesus prima breui, vt Ichneumon, eadem fere habet Niniuita, & mutam cum liquida efse contendit; librorum excusorum vitio deceptus, cod. vet. velo Proconeffon. Plinius lib.v. cap.xxxII. Insulat in Propontide funt ante Cyzieum, Elaphanesus, unde Cyzicenum marmor, & Proconesus; in quem Plinii locum Hermolaus Barbarus, haec (inquit) ex Diogene Cyziceno, qui Proconeffon & Phoeben & Alanem & Physam & Opyusam & Gonimos & Lipsras iis in locis infulas enumerat. Mela. lib. 11. cap. vit. Proconefor non autem Proconesson appellat. CARR. Velo Proconeffon Carr. lib. Vulgati, veloque Proneson, primus Vatic. cum tertio quarroque & Regio, veloque Procnesson, optime. auomodo Gronouius coniecerat debere corrigi Observat, libro tv. cap. xx1. nec aliter ex scriptis Pius Baptifta, vel etiam, Pronoffon ex Stephano Byzantio, HETHS.

v.35. Es te ism Vet cod & Cress quae loctio an vilo modu recipi

Spumolumque legunt fracta Scylaceion vnda. Ipse diem longe Solisque cubilia Tiphys

Con-

recipi possit, videant illi, quibus & otium & vereres libri supperunt. Describic Caeam Plinius lib. iv. cap. 11. Straboni quoque insula est in mari Aegeo quaternas continens vrbes, vnde Tetrapolis dicta est. CARR. Carrionis liber, Es Ceeam, vnde Gronouius, Es te etiam. malim, Teque etiam. In primo Vaticano, Ecètiam. Hains. Ecce iam etiam codex noster & Coki.

v. zz. Rhindace] Rhyndace Bonon. ex. H. Ver. cod. Rhundace. quam scripturam etiam alii probarunt, & interpres Lucretianus in sua Conlectanea ex meis transscripsit Scholiis, vt & versum sequentem, addendum & illud, Verrio Flacco eandem videri apud Latinos v, quae apud Graecos v. de Rhindaco vide Melam lib. I. cap. x1x. & Strabonem lib. x11. Plinium quoque lib. v111. cap. 1x. CARRION. Pro Rhindace nostri codices cum Carrionis libro, Rundace, hoc est, Rhundace. Graecis Purdas@ est. Heins. v. Gifan. Ind. Luct. in Vefunus. Burm.

v. 36. Cyllacaeon ab] Vet. cod. Scyllacaeum ab Atheniensibus conditum esse afferit, alibi ctiam regionem Scyllacaeam cum Scyllaco oppido nominat. Barbarus in Plinii lib. vi. cap. tv. putat Valerium Scylaceon pro Scylace posuisse, libro quoque v. cap. xxx. apud Pliniium pro Scylace reponit, tametsi memini me adhuc puerum in Pomponii vet. cod. Cylace scriprum observasse. Haecateus Scylacen vrbem circa Cyzicum ponit. Herodotus Placiam & Scylacen

pelagios ad Hellespontum habitasse refert. CARRION. Aliter legunt vulgati, Scylacacon ab vuda. Sed in pluribus vet. exemplaribus eam, quam primo pofizi loco, scripturam inuenio, & do-Ctoribus probari audio, yt verfus plenus lit, quam Acron agnoscere Od. 16. lib. I. Horat. videtur. IDEM. Fracta Scylaceon ab unda. Lectionem a Carrione exturbatam repolui, nisi quod pro Scylacaeou scripferim, Scyleceon. Inepte ipfe ediderat, fratta Scyllaceon unda. Voss. Lege, Scylaceon fine diphthongo. Enuluación Graccia, pollis etiam fracia Scylaceion unda, idque verius opinor: nam in Cartionis libro, fracta Scyllaceon vuda. Heins. Scylaceon ab vnda noster codex, [& ex. Bon.] Scyllacen ab unda Coki, vid. ad Ouid. xv. Metam. 702. de fracta unda vid. ad Petron. cap. CxxIII. & Ouid. Ep. vii. 169. fic & fupra. 11, 453. fracia remurmurat unda. Stat. 1x. 465.

Spameus adfultans, fractaque refunditur unda.

BURMAN.

v. 37. Ipse diem Ec. Consulia] Id est, haeret in adspectu cadentis solis, & abeuntis simul diei, & quam longissime potest, oculos intendit, vt inde praesagia suriae noctis caperet, an tranquilla, an vero procellosa immineret. ita Lucan. v. 571.

Si murmura ponti

Confulinus, Cori verrent mare. Quem locum nollem follicitasset 1. Rutgersius lib. 1. Var. Lett. 12. Hoc verbum etiam egregie restituit Ouid. v. Trist. 1v. 39. Heins.

Omnie

Consulit; ipse ratem vento stellisque ministrat.
Atque illum non ante sopor luctamine tanto
40 Lenit agens diuum imperiis; cadit inscia clauo
Dextera,

Omnia nunc credo, cum tu confultus ab Arcko, Terga vapor dederis, Aoniamque petas.

Et Claud. 11. in Eutrop. 5.

Cautier ante tamen violentum nauita Corum

Confalit.

Vbi prospicit vulgo, sic consulere exta proprium esse verbum vacum, docet Seru, ad Virg. IV. Aen. 64. Liu. tr. 42. Publice prinatimone munc extis, nunc per aues consulei, vbi consulei refero non ad odtes, sed numinis. Bukm.

v. 38. Rasem vento stellisque mimistrat] Dubitabam aliquando, an magistrat esset legendum, sed perpecua loquendi consuetudo nihil mutandum docer, est enim imitatio Virgilii lib. vr. Acneid. 302.

Ipse ratem conto subigit velisque ministrat.

Et ita ministerium de gubernatione nauis dici vidimus ad Petron. CVIII. adde Broukh. ad Prop. III. XIV. 15. Stat. VII. 752. de curru, Ipse sedens telis pariterque ministrat babenis. vbi infolentiorem este locutionem notat Barthius. Seruius dicit, aut velis este postum pro vela, aut este datiuum, pro obsequirur velis. hic ergo esfert cursum dirigit ad stellas & vento obsequirur. vtuntur vero & hoc verbo cum accusatiuo, vt Virgil. I. Aen. 213.

Litore aena locant alii, flammasque ministrant.

Vbi tamen alii codices, flammisque. Tibul. 11. 11. 21. Huc vemias, Natalis auis, prolonque ministres. Lastant. fab. t. lib. xtt. Metam. Ouid. Cum in Auside Isvis sacra ministraret. Stl. 11. 674. Alesto solium ance Dei sedemque tremendam

Tertaree est operata Ioni, poenasque ministrat.

Vbi Heinfius malebat, poenisque, fed contra libros nihil mouendum. abfolute dixir Propert. 11. XVIII. 35. Afpice voi coelo modo Sol, modo Luna ministres. Bunn.

v. 40. Lenit, agens dium imperiis: cadit] Ego distinguerem cum veteribus editionibus. lenit agens. Diuum imperiis cadit inschao Dextera. male mutauit Heinfus. solent enim poetae illud agens adiungere alii vetbo. ita instr. 1v. 111. torquet agens. & lib. vii. 15 1. credit agens. Virgil. 1. Aen. 192. Miscer agens. Stat. v. Theb. 364. sistit agens. vulgata distinctio quidem posser defendi ex alio Virgilii loco vii. Aen. 240.

Sed nos fota Deuni vestras exqui-

Imperiis egere suis.

Imperiis vero illustrabimus instavers. 619. non anre suspectum fuisce Heinsto ex codice eius video. nihil tamen mutauit. sed debes subintelligi non ante solem occasium, & tenebras industas. vel postet, non ante sumi pro, numquam ante tantum oblustratus somno suerat Tiphys, qui nune grauior ipsi instans, cogit demittere oculos somno. vt non ante lungatur cum sustamine santo. clarior esset senso, si legeretur, sirve cilet senso sum sustanto con un ante sono esset senso cultura su sustanto cum sus

Dextera, demittitque oculos: solataque puppis Turbine siectit iter, portuque resertur amico.

۷t

sunto Venis agens. Dium &c. Burnann.

v. 40. Cadie inscia] Nescia se cadere, impos sui. non recta a sensu. Iuxta illud Ouidianum, Es cadie a menso languida futta manus. Sunt, qui non inscia, sed insea legunt, pro affixa clauo. repugnant antiqui codices. Prus. An non inscia hic pro, quae non folebat cauum deserere, sed sensurer affixa haerere, vt lib. 1v. 168. inscia somni Lumina, pro semper vigilantia. & hoc responderet lustamini. impetiis deorum vigilis semper alias Tiphyos dextra nunc cadie. Burm.

V.AI. Dimittitque oculos folataene] Ita vet. cod. magis mihi tamen arridet vulg. lectio, demittieque oculos refolutaque. CARR. vulgata est quoque in ex. Bonon. demissitque probat Voffius contra Carrion. Idem Vossius lectionem resolutaque defendit a lectiome Carr. folataque quoniam folata puppis non eft, vti h. l. fignificare debet, deserta gubernaculo, fed epibatis nudata. HARL, Scribendum, revolutaque. vt ad Ouid. Metam. x. vf. 63. notauimus. Apollonius quoque in hac descriptione, dana Steam 'Artim inπάτρδην δπίσω φέρον. Si quis tamen cum Carrionis libro & primo Vaticano maluerit, solatoque puppis, nil repugno, quam lectionem erudite, ve omnia, Gronouius illustrauit Obseruat. libro iv. cap. xx1. Idem , demistique oculi, ibidem reponit, pro dimittitque oculos. sed vera scriptura est,

— cadere inscia clavo Dextera, demissique oculos. Eleganti Graecismo; Tiphys oculos demittitur. nam in prifcis editis, demittique. libro VIII. 65. noster pari Graecismo,

— an lumina somno. Vergitur, & domisum posius tibl tradimus anguem?

vbi mergitur pessime nunc circumfertur. plura illic ad rem. insta paullo post, miserae declinant lamina Thebae. monet praeterea Pius non deesse, qui legant, instta clino Dextera, inuitis membranis. HEINS. Demistisque posset ad sopor referti, & praecedentia in parenthesi poni, hoc modo.

Lenis agens (dinum imperiis cadis infiia clavo Dextera) demittitque oculos.

Ita Statius vrs. Theb. 463.

Si tennis demisse lumina somnus. Solata an remouendum sit dubito, quia gubernatore in somnos labente, desituta erat; & satis revoluta intelligitur ex surbine stessite iter, & reservur. vide Barth, ad Stat. v. Theb. 149. scriptum erat soluta pro solata, deinde fulciendo versui additum, re, & resoluta, deinde renoluta sastum. BURMANN.

v. 42. Portugue refertur amico]
Portu in casu est dandi, qui in u desinit, vt multis docet Gellius, nisi quis malit ad septimum referre casum. MASER. Ita lib. vII. 100. reducem patriae potuisse referri. De verbo referre vid. ad Ouid. 11. Am. 1x. 33. & Quind. Decl. vI. 5. Burm.

V. 43.

Vt notis adlabía vadis, dant aethere longo Signa tubae: vox & mediis emissa tenebris:

A 5 Hostis habet portus; soliti rediere Pelasgi.
Rupta quies: deus ancipitem lymphauerat vrbem,
Mygdoniae Pan iussa ferens saeuissima Matris.
Pan nemorum bellique potens; quem lucis ad
horas

Antra

v. 43. Aethere longo] Male Politianus, aethere longe. HEINS. Longa habet Aldus. longae coniecerat in ora codicis Heinfius. Ied nihil mutandum: Poetis enim frequentifiime aether, coelum, mare & fimilia longa dicuntur, quia vifu fines entetiri non datur. ita nostro longum mare 111. 354. longa vnda v111. 299. vid. ad Ouid. 1. Met. 255. & Remed. 595. pro ve notis Cod. Coki, & notis. B.

v. 45. Hostis babes portus] Sollemnis excubitorum ad talem cafum exclamatio. ex Virgilio 11. Aen. 290. color ductus, Hostis babes mures. Infr. vi. 28.

Mars faceus ab altis,.

Hofis Io, conclamas equis.

Et fupr. 11. 250. vid. & Ouid. 111.

Trift. 1x. 12. Sil. vi. 558. x11. 169.
& alios. Burm.

v. 46. Ancipitem lymphaneras vrbem] Idem quod supra faeuis erroribus implicuis. De verbo lymphare vid. hic Pium & Barth. ad Stat. v11. Theb. 113. & x. 154. supra lib. 11. 122. dixit, questere vrbem. Bur M.

v. 48. Pan nemorum bellique posens] Pana belligerum fuisse vel ex argumento Nonni cognoscimus, vel ex Theocriti Fistula: nam in ea sunt ista quoque verba de Pane Deo: ἔ αίδα πάς۞ φείνας τέρμα εάκες. Eundem suisse

Athenientibus auxilio contra Persas, ex eodem carmine docet politiff. Politianus Miscellan, cap. XXVIII. BUL. Potentes earum rerum dicuntur Dei, quibus praefunt, & quibus numina fua prae-Stant, fic filuarum potens Diana. Horat. carm, sec. Posens maris Neptunus. I. od. 5. tempestatunt potens lupiter apud Spon. Misc. Ant. p. 67. ex lapide. & Lucrorum potens Mercurius pag. 91. Frugum poseus Ceres Senec. Herc. Furent. 300. vbi vide Gronou. & infra Heinf. ad lib. vr. verf. 466. Pan vero nemorum & belli potens, quia & pastoribus & militibus vanos terrores immittit, vt mox vers. 56. & v1. 531. Ouid. 11. Fast. 285. hinc Panici serrores. de quibus passim vereres. vid. Pind. 1x. Nem. 64. Euripid. Med. 1172. & Politian. Miscell, cap. xxvIII. & hic Pium. quod vero noster dicat , Pana iuss faeuisima Maeris ferre, cum lympharet vrbem, inde venit, quia verumque numen simul colebatur, & Pan esset suvede Matri Deerum. vid. Pindar. 111. Pyth. 137. & ibi Schol. BURM. Horat. 1. od. 3. 1. de Venere, Dius potens Cypri, HARL.

v. 48. Lucis ad Horas Tempore diei, in codicibus tamen antiquisimis, quorum sidem saepe citauimus, scriptum est, lucis anioris, id est, regionibus; stationibus.

Antra tenent: patet ad medias per deuia nocles. 50 Saetigerum latus, & toruae coma fibila frontis.

Vox

busque diei. lucem fugit ac diem Pan. vnde in Ferento Tyberino ei templum fubterraneum. Prus. Pplitianus legendum arbitratur, lucis ab eris, quod forsan (inquit Maferius) pro boris politum est, luce fiquidem orta repetit antra, quae nottu reliquit maiorem hominibus noth formidinem incultures. Bonon. & Lugd. ad boras, vetuft. Patifiens, ad orsam, vet, cod, ad orsus; quarum veramuis lectionem nemo est, qui aspernandum putet. CARBION. Lucis ad ortum Carrionis liber. ab orth opinor, vel, ab boris. 43 oris primus & quartus Vaticanus cum Oxoniensi. ab oris Politianus agnoscit in Miscellaneis. HEINS. Ad Ouid. Ep. 111.57. Heinsius in curis secundis legit, ad boras, & explicat, vique ad boras, recte quidem legens, fed male explicans, fic apud Manil. v. 141, lucis ad oras, vt re-Ae ibi legitur, & male Aldus edidit, ad boras. noster & Coki codex, lucis ad oras, pto boras follemni scribendi more. rectius Pius, tempore diei expoluit. causia, cur ita fluduauerint interpretes, est, quod ad boras dici putauerint, pro vseue ad boras, vnde falfus fenfus oritur. conftat enim, credidisse veteres, Pana noce vagari & terrores incutere, vid. Batth. ad Stat. 111. Theb. 480. Vbi #0-Eurnus Pan dicitur. & noster agens de hac eadem re lib. vii. 400. dicit, fera fub nocte. ad borns lucis vero ell, imminente iam & orien. te die. vt mox, ad medias nochet. ita Cicero saepe ad banc diem, ad ver, & similia pro boc dies vere. ita ad nottem, ad mediam nottom, ficilare dictae. Catullus in Phadici oftendie Gronou. Dien-Stat.

48. ad folis occasium Hirt. Bell. Afric. 70. ad lumina prima Horat. 11. Ep. 11. 95. quod dixit, fub lumina prima 11. Stat. VII. 33. Sueton. Domitian. 17. ad ipfam boram dolum interiecit. quod idem notare, arque ipfa bera, vel in born, vt ad praesens docuit multis Salmaf. Exercit. Plin. pag. 932. Antra vero effe domicilium Panos Ouidius etiam docet x1. Met. 147. Panaque monsanis babitantem semper in antris. Bunm.

v. 49. Per deuia] In desettie enim locis versari credebatur, Artem. Oneirocr. Iv. 74. tradit, fi quis viderit Pana in foro desidentem, Romano habitu; deceptum iri fignificare, quia est pixienpico Beie. Vid. Stanl, ad Aesch. Pers. 448. BURM.

V. 50. Coma fibila] Euglituga. fibilans. Sic Virgil. 111. Georgicon 421. tolla fibila. & 11. Aen. 211. ora fibila. But. Intelligere Videtur pineam comam: pineam enim coronam Panis capiti impositam fuisse quis nescir? de qua Maro & Silius Italicus lib. xili. nifi coma pinea legendum. fed vulgata scriptura non est mouenda. Naso 1. Met. 699. Fast. 1. de Pane,

Pars tibi qui pinu tempora nexa geris.

Lucretius libro iv. v. 590. sq. tum Pan pinea semiferi capitis velamiun quaffans. vbi pro velamina. mallem, vallamina. [ad quem locum v. Hauerkamp. & quae scripsi in Anthol. lat. poet. HARL.] ita pastim Poetae etiam alii. arbores felo,

Y

Vox omnes super vna tubas, qua comus & enses, Qua trepidis auriga rotis, nocturnaque muris Claustra cadunt; talesque metus nonMartia cassis, Eumenidumque comae, non trissis ab aethere Gorgon

55 Sparserit, aut tantis aciem raptauerit vmbris. Ludus

Vbi ifte post phaselus autea fuit Comata filua : namCytorio in ingo Loquente soese sibilum edidit co-

Hains. Ex locis a Bulseo addu-&is, Virgilii, in quibus agitur de serpentibus, aliquis colligeret more Furiarum anguibus redimirum Pana, sed reste Pius & Heinfius de pinu capiunt, qua caput cinclum habere fingitur. Ou.111. Fast. 84.

Pinigerum Fauni Maenalis ora CAPRE.

Faunus enim & Pan idem. vide Cl. Drakenborch. ad Sil. xIII. 331. Sibilum vero dat pinui, quia eius folia striderem edere solent, vnde Virgilio v 111. Ecl. 22. ergusum nemus & pini loquenses dicuntur; & murmur illis dat Stat. v. Silu. 1. 153. vbi vid. Barth. ita åμεδείν Apoll. 111. 470, de arbore vento concusta vtitut. fibila hastae dixit, pro sono, quem prope transiens facit, noster lib. v. 201. BURM.

v. 54. Gorgon] Sic Carrion ex cod. suo. Gorgo, sed a docta manu corr. Gorgos, ex. Bonon. H. Nihil Gorgoni cum aethere. Si genium Valerii nostri capio, scripferat ille, ab aegide. Gorgonis caput Palladi pro accide. infra 111. 28. acgifono - pectore virgo Lucanus lib. v11. 149. De negide Gorgonea Palladis res notior, quam

v. 195. vbi & docuimus pro /exsis , legendum , sacisis ombris. HILNS. Verofimilem Heinsii correctionem facit similis librariorum lapfus apud Claud. 11. in Eutrop. 160. vbi legebatur olim,

> infesto cum percutit setbera nimbo.

Sed ex MSS. Heinfius repoluit, Aegida. Burm.

v. 55. Tancis] Retinui hanc vocem, cui vnice locus est in comparatione huius terroris Pani cum aliis. nec per vmbras cum Heinsio aut tenebras, aut animi errorem intelligo, sed terrores ipsos, qui non ad veras res, sed ad earum vanas species & vmbras moventur. Pius explicat, simulacris immanibus, forte vitio operarum pro inanibus. nam vitiofillima illa editio. vt infra v11. 525. Medea territura serpentem, Haemomonii subito ducis obiicit umbram. Et apposite de pauore vano, quo viator expauescit, lib. 11. 46.

Occurrens ombris maioribus arbor. Et hinc ombris, id est, simulacris defunctorum, saepe terrores iniectos canunt poetae, & nostes Panicum hunc cum altero ex spe-Oris & simulacris mortuorum coniungens lib. v11. 402. Per chaos occurrunt caecae fine vocibus vmbrae. Et ita millies. rapeare vero verbum proprium furori, pauori vt pluribus debeat adstrui. vide & similibus. vid. lib. 1. 798. 11. quae notamus ad Ouid. Metam. 626. VII, 146. pro scieste God. Coki Ludus & ille deo; pauidum praesepibus aufert Cum pecus, & profugi sternunt dumeta iuuenci. Ilicet ad regem clamor ruit. exfilit, altis Somnia dira toris simulacraque pallida linquens,

60 Cyzicus. ecce super foribus Bellona reclusis, Nuda latus, passuque mouens orichalcha sonoro, Adstitit, & triplici pulsans fastigia crista, Inde ciere virum. sequitur per moenia demens

Ille

bellum est ludus, vti apud Horat. 1. od. 2. 36. v. infra ad 1v. 607. HARL.

v. 59. Somnia dira] Forte cum clamorem audiuit Cyzicus, dirum fomnium fomniabat, quod linquens emicuit in bellum. Pros.

v. 61. Passuque] Lego, pulsuque movens orichalca sonore. Voss. Flatu mouens vitiole editum in Aldina. Burm.

v. 61. Oricalca] Sie hane vocem in omni antiquitate scriptam inucnio, vt & in vet. cod. in quo etiam paulo post legitur, quae prima parenti, pto, quae prima furenti. CARRION. Sonitum excitum innuit ab armis, quis induta. Aldina editio, flatuque mowens or. fo. quod accipere possis de tubae sonitu. Tuba enim Bellonae tribuitur, Stat. II. Thebaid. 719.

Nec magis ardentes Manors bastataque pugna Impulerit Bellona tubas.

Verior tamen altera, Zinzekl, Multis de hac voce, & syllabarum modo ex Politiani lib. 1. Ep. 20. & aliis agit Maferius, intelligit vero tubam, quae erichalco vinda erat. Horat. Art. Poet. 220.

Tibia non ve nunc erichalco vineta, tubacque

Aemuloi

ki habebat, etiam. Bunn. Marti Heroicis vero temporibus in pretio fuiffe orichalcum docent poetae, qui saepe illo ornata arma & instrumenta faciunt, vid. Schol-Barthii ad Stat. x. Theb. 654. & magna eruditionis vbertate Ill. Spanhem, ad Callimach. Hymn. in Pallad. verf. 19. nec male fluen Aldinum codicem exhibere putos quia de tuba agitur, quod male reiicit Zinzerlingus. pulsu certe, quod Voilius vult, sequente mox pulsans, inconcinae intruditur, & huc refert illa supra vers. 12. Vnde tubae noclurnaque monit Erinnys. vbi Erinnys est Bellona. nam & eam flagello instruit noster lib. viii. 20. qui habitus Bellonae quoque. vid.Broukh. ad Tibulli 1. VII. SI. de Tuba vero Bellonae passim poet.Claud.11. in Eutr.143.

Quid dudam inflare moraris Tartarcam Bellona tubam? Sil. v. 224. de Bellona,

Feralique borrida cantu Baccina lymphasas agis in certamins mentes.

passus vero sonorus est, quo ipso metum incutiebat. vt ita Apollo ab Homero Iliad. A. 45. incedere fingitur, & Virgil. 1x. 649. & 660. vbi vide Cerdam. Mars apud Ou. v. Fast. 549. & passim Dii irati & infesto animo venientes. Burm.

v. 63. Inde ciere] Heinlius & Francius codici suo adscripserant Y 2

Ille deam, & fatis extrema in proelia tendit.

65 Qualis in Alciden & Thesea Rhoetus, iniqui
Nube meri geminam Pholoen maioraque cer-

Antra, ruit: qualisue redit, venatibus actis, Lustra

aere ciere, ex Virgilio nempe. itle etiam inducta voce sere, rescripsit, voce. sed nihil mouendum. vel inde enim est pro deinde
positum, vt millies; vel pro ex
ipso Regiae fastigio, vbi adstabat, & vnde euocabat viros ad
arma. vt inf. vers. 121. inde, pro
e mensa vel toro. Burm.

v. 63. Demens] ld est instinctus & agitatus Bellonae furiis. amens Tibull. 1. v11. 51.

Haec vbi Bellonae motu est agitata, nec acrem

Flammam, non lamens verbera torta timet.

ybi videndus Broukhusius. Burm.

v. 65. Rhoetus] Legendum, Rhoecus. vide de eo ad lib. 1. 141. Voss. & in ex. Bonon. correctum eft Rhoecus. HARL.

v. 66. Nube meri] Ebtietate. Sic lib. I. nubila terrae. lib.VIII. nubes soporis. Boethius lib.v. prosa 11. Inscitiae nubes. Nubilum fultitiae Fulgentius Mythol. 1. Ausonius, lestissimus Poeta: Pelle **Jo**poriferi senium nubemque veterni. Barth. BULAEUS. Haec fero ex Barthio ad Claud. Bell. Getic. 41. & ita Statius nubem soporis I. Achil. 646. ebrietas enim & sopor passim eodem modo describuntur a poetis. Sed quid est iniquam merum? funt qui plus iusto haustum, immodicum interpretantur, quo sensu dixerit Sammonic. carm. xxxviii.

Ennius ipse paser dum poculasiccas iniqua,

Hoc vitio tales fertur meruisse dolores.

Sed & ibi & hic recius auiditas bibendi indicatur: cum enim poffent aequales cum compotoribus calices ebibere, bibones illis maiores pofcere foliti, inebriebantur. yt apud Horat. II. Sat. viii. 33.

Tum Vibidius Balasroni; Nos nifi damnofe bibimus, moriemur inulti;

Et calices poscis maiores. Et ita sobrietati magis litantes minores exsorbillabant, ve apud eumdem II. Sat. v1. 68.

pront cuique libido est, Siccat inaequales calices connina folutus

Legibus infanis: seu quis cupit acria foreis

Pocula, seu modicis vuescit lac-

Et hinc iniquam est idem quod nimis graue, quod plus onerat, quam quis ferre postit. quo sensu dixir Virgil. 1. Georg. 164. inique pondere rastros. idem ergo est, quod lib. I. 40. de eodem Rhoeto, multo insanus Iaccho. Burm. v. 67. Astra] Ita vulgo legitur, sed antra, vti Pomponius Laetus, teste Pio, iam legerat, & deinceps viri docti probarunt, habet codex noster collatus, & Ald. quare quum in antris quoque & montium cauernis stabularentur Centauri, antra pro vulgato affra restitui. HARL. Iam diu est, quod

non

Lustra pater Triniamque canens; humeroque Learchum

Aduehit: at miserae declinant lumina Thebae.

70

non placuerit Pholoen, & Afira coniungi. Putabam itaque aptius legi posse,

- gensinam Phoeben maioraque cernens

Astra ruit.

Ebrii enim duplicem solem, duplicem lunam se putant videre. Hinc Philostratus lib. 11. cap. XIV. de vita Apollonii. δρώμιν γλο τὸς μόδη καταχημένες διττὰς σιλίνας δημόνιας βλέπειν, διττὰς δὶ δλίας. Nunc tamen praeseram lestionem Aldinae editionis:

- geminam Pholoen, maioraque cernens

Antro ruit.

Nam Pholoe mons erat sedes Centaurorum. Vix ergo dubitauerim, quin certissima haec sit lectio. Voss. possent sntra consirmari ex Ouid. x11. Met. 211. vbi de issdem agens,

positis ex ordine mensis, Arboribus sello discumbere iusserat antro.

Et similis vocum antra & aftra confusio apud Petron, cap. Cxx. vbi vid. Heins. & videtur hic vox, aftra, nata esse ex prima sequentis versus lustra, vt omista prima litera, vs. inde aftra sadum suerit. expressivero hic Horatianum illud II. Sat. 1. 25.

os semel itto
Accessis fernor capiti numerusque
lucernis.

Ita &, notante Pio, Iuuen.vi. 305.

Geminis exfurgit menfa lucernis.
Ouid. 111. Art. 764.

Nec, quae funt singula, bina vide. Burn. v. 68. Lustra pater Triniamque canens] Athamantem loquitur, qui occifo Learcho filio, quem feram putabat, insana mente gloriabatur de prospero venationis euentu. Stat. 111. Theb. 185.

Neque funerea cum laude po-

Infelix Ashamas trepido de monte veniret,

Semianimem beu laeto referens clamore Learchum.

Adde Ouid. IV. Met. ZINZERL. Triuiamque canem Cod. Coki. Bur-MANN.

v. 69. Aduebis] Idem est quod adportat, fert. vid. Gronou. ad Senec. de Tranquill. cap. 5. aliter posset auebie legi, nimirum raptum ex gremio matris, vt eum per auras rotaret, ad quod speaculum miserum & horribile Thebani auertunt oculos, ita describit certe Ouid. Iv. Met. 516. quodcumque placeat, notat geftum Athamantis portantis filium. Lutat. ad Stat. Iv. Theb. 571. Asbamansem dicis Acoli filium cum bumero onusto, quia sic pinguitur insequens Ino vxorem, collo portans filii Learchi cadauer. vbi mallem, insequence Ino (vel luone) vxore. apud Statium etiam ipium forte legi posset, bumero vellantem fumus onusto, quamquam & vulgata furibundo convenit satis. B.

v.69. Declinant lumina] Id est auertunt, detorquent a nefando hoc facinore. saepe hoc verbum a librariis expulsum in notius &c vittatius detorquere transitt, vt ostendimus ad Ouid, v1. Met.515, male Heinsius supr. ad vers. 41. Y 2 hunc Inique adeo nec porta ducein, nec pone moratur Excubias fortita manus: quae prima furenti Aduolat; hinc alii subeunt, vt proxima quaeque Intremuit domus, & motus accepit inanes.

At Minyas anceps fixit pauor. aegra virorum

75 Corda labant; nec quae regio, aut discrimina; cernunt:

Cur galeae clipeique micent: num peruigil armis Hoflis,

hune locum adduxit in alium sensum. Bu R M. & miserse cod. HARL.

v.70. Nec pone] An ponte? HEINS. Ponte correct. a docta manu in ex. Bon. HARL. De ponse ad portas Thebes debuiffet aliquid certi adferri, confirmandae correctionis caussa. sed pone positum pro militibus insequentibus Athamantem, quod docent verba aduolat & fubeunt. inf. IV. 192. pone Subit. & VI. 253. pone trabit fugiens. vid. Seru. 2d Virg. 11. Aen. 268. & 725. Turbat hic Pius, qui dicit ordinem esse, nec manus fortita excubias moratur pone excubitores, quorum officium est in statione sua sublistere, non progredi. quae vix intelligo. sed sensum esse puto, non manus sortita excubias, quae pone sequebatur regem, & prima aduolauerat, vipote quae parata & armata erat ad portam, moratur regem, fed cum tendentem in proclia comitatur; nec moratur non explico, non potuerant eum retinere & morari, vt Maserius, sed cum tam alacres & promti adfint excubitores, non fuere caussa morae regi, qui solus aliter non extra vrbem processisset, sed sequentes ducem, properantem eum magis festinare impellunt. BURM. v.71. Prima furenti] parenti

liber Carrionis pro panensi. HEINS.

Nihil muta. antea demens verl. 63. dictus.

v.76. Num peruigil armis] Ita reuerendae vetustis codices habent. nihil ausim immutare. dubitant Argonautae, num peruigil armis, id est, ignorant, quare praefecti vigilum fint in armis, numquid ille tumultus veniat a vigilibus nocturnis? vel dubitant Minyae, an certandum fit, vek potius in armis manendo, expestare exitum rei tumultuosae. sunta qui scribunt, cur peruigil armet. fed hoc in codicibus antiquis non reperio. Pius. Maserius, qui omnia inoffenso pede praeterit, nusquam haeret, sublistit nusquam, haec exponens, virum (inquit) peruigil regio populusque ex consuctudine foret. quam interpretationem fi quis admittendam putauit, miror, quem is verborum ordinem observaturus sit, nemo. enim facile mibi persuadebit, ne hic versum deesse suspicer, in vet, cod. mea subiungitur, bostis. & exciti dent obuia praclia Colchi, sed in margine; acque tamen vetusta scriptura, quam propterea admisi, quod non male cum hoc loco congruere videretur. Colchos enim nominant, qui se in Colchiam delatos arbitrabantur. tunc fequens illud intelligo, Optatos buc affore credite Colchos. Sinc igitur

Hostis, & exciti dent obuia proclia Colchi. Donec & hasta volans inmani turbine transfris Infonuit, monuitque ratem rapere obuia caeca 80 Arma manu. Princeps galeam constringit Iason, Vociferans: Primam hanc nati, pater, accipe pugnam:

Vosque, viri, optatos huc adfore credite Colchos. Bistonas in medios ceu Martius exfilit astris Currus; vbi ingentes animae, clamorque, tur-

baeque

85

quis certe deelt. fortallis erunt qui legent, num peruigil bostis: at hoc conficere eft. CARRION. Nihil causae erat, cur hunc versum, qui in Carrionis codice extabat, non rionis liber, etiam quos confuadmitteremus. Aldus edidit, Cur peruigil armet.

Donec & basta, &c. Quod & Pius Baprista in nonnullis libris inuenir. HEINS, in versu Carrionis offendit obuia, quae vox verfu ab hoc secundo iterum repetitur; nec scio an rece dicatur, dare obuis proelia, & an Latine fatis. lensus, quisquis auctor fuerit versus, effet, an fama aduentus Argonautarum Colchi exciti, non exspectauerint eos, donec ad se veniant, sed sponte obuism ad procliandum processerint. non pervigil armis noster codex. in quovt & Coki [& ex. Bon.] deerat fe-

v. 79. Insonuit, monitque rasem | Sic ex Bon. HARL. Argonautas, qui erant in naui, prisci codices non mouit ratem habent, sed monuis, pro admonuis Argumautas, quid agere deberent, vim Kilicet vi repellere. monnie rapese expone monuit, et raperent.

quens versus. Burm.

is germanus eft, fine nothus, ali- Prus. Vet. codex Infonuit monuitque ratem rapere obnia caeca Arma manu. forte ratem posuit pro Argonautis Graeca figura. GARR. Monuitque Codices nostri & Carhit Bapt. Pius. probe, si coniungis cum to rapere arma. Heins.

v. 80. Princeps galeam] Virgil. 1x. Aeneid. 535.

Princeps ardentem conjects lampada Turnus.

Princeps autem hic primum figni. ficat, vt apud Liuium & Sallustium saepe. CARRION. In meo codice erat, enceps. BURM.

v. 82. Huc adfore] Lego, bics ve fit Apostropha Iasonis ad Argonautas, pugnate, inquit lason, o Minyae, tanquam cum Golchis hostibus pugnaretis. Prus. Hic Aldus, disputat hie multis Maferius, an adfore fit politum, pro adesse, an adfuturos, ex Vallac lib. 11. Elogantiarum cap. 26. fed vide Sanctii Mineru. I. cap. 14. ibique Cl. Perizon, vbi docemur, fore, adfore & fimilia, eriam pro effe & adeffe, ve hie capio, polle fumi. & ita noster lib. 1.799.11. 130. 111. 504. & alibi. Burm. v. 85. Y 4

85 Sanguineae iuuere deum, non fegnius ille Occupat arua furens; fequitur vis omnis Achiuum;

Adglomerant latera; & densis thoracibus horrens Stat manus; aegisono quam nec fera pectore virgo

Dispu-

v. 85. Inuere deum] Acute di-Etum, pro adiuuere, ad terrorem incutiendum hostibus, cui rei tubae & clamor &c. inuenta. sic lib. vi. 751. Solisque iuuane clamoribus agmen. Burm. Sanguineum legere malit doctus quidam in Obseru. Miscell. p. 165, & poetam purat adlussife ad Virgil. x11. Aeneid. 331. sq. Sanguineus Mauors clipeo increpas. sed vulgarum mihi magis poeticum esse videtur. HARL.

v. 85. Non fegnins ille Non fecins videri feribendum monui ad Ouidium lib. 11. Metamorph. 809, HEINS.

v. 86. Arna furens] cod. arma, follemni commutatione. fic fexies illa vocc. apud Lucanum in MSS. confusa videmus in ed. Burmanni, & saepe in Valerio nostro: fed arna vt retineamus, fuader orationis series. HARL.

v. 87. Adglomerant latera] Nefcio an melius, lateri, scil. lasenis, vt Virgil. 11. 343. Et lateri adglomerant nostro. posset è camplomerans lateri reche legi, vt cum ta borrens congruat. agglomerat Cod. Coki. Burm. Elegans est haec Burm. coniectura: sed exquistior & grauior mihi quidem videtur esse lechio vulgata. & totus versus milites in acie stanta es ordines condensatos pulcre depingit. quam ornate & eleganter borrens sur la const. 212.

&Klotz, ad Tyrt. p. 59. ed. Altenb. HARL.

v. 87. Et densis thoracibus borrens Stat manus] Perperam Carrion
ex suo codice, thoracibus borrent.
Seas manus. monet & Pius nonnullos legers haerens, sed comera
scriptos. HEINS.

v. 83. Aegisono quam necs Maferius per hace, intelligit Bellonam; quod non probo, neque enim eam aegide vii vsquam legi. Aegis autem propria Palladis est, vnde Lucanus lib. 11. easn Palladiam vocat,

Palladia simulet turbatos aegi-

Horat. lib. 11. carm. Courra fonantem Palladis aegida. Sic apud Pindarum Olympiis, virgo nigram aegida tenens appellatur Pallas, eo quod fir belli dea: fubdit enima. Iouis fulminantis nara Pallas Win fingitur ea feuto caput Medufae a Perseo resettum, colubris refertum gestare. hine Virgilius,

Acgidaque borriferam, turbatae Pullados arma

Certatim squamis serpentum, au-

Arportation Aegidas vocatas effe olim nexus & plicaturas e coronis factas & retia per coronas plicaturas teffaturas, veri fimile iraque est ab huiusmodi resis similitudine vet ad loricam vet ad tuttum aegida tralatum esses. Carrion.

Dispulerit, nec dextra Iouis, Terrorque Panorque
Martis equi. sic contextis vmbonibus vrguent;
Caeruleo veluti cum Iuppiter agmine nubem
Constituit; certant Zephyri, frustraque rigentem
Pulfat

v. 39. Nee denora Ionis] Id est sulmen, quod dextra solet vibtate. Horat. I. od. 2. rubentem dentram. & III. od. 3. magnam fulminantis Ionis manum dixit, & ca. &
eius imitationem Sil, vII. 371. &
hinc manubiae dicae. Ouid. III.
Am. III. 30.

In nos also Iouis dentera ful-

Inf. IV. VI. 414. nec Ionis insérea cessas manus. sic Sophocli Oed. Col. ISITA xue desant & Dubs. Bunm.

v. 89. Terrorque Panorque Martis equi] Δείμο & φέβο Homero Hiad. A. ['v. 479. fqq.] Brant autem Δείμο & φόρο iuxta alios filii Martis, iuxta alios equi. at "Eque natignating étaques. Vide vberes Eustathil in Homerum commentarios, cum ad hunc locuma tum Iliad. O. Artemidorus. 46-BG. xai detu @. Be lever "Aceoe viale Alyers. Que loco vir doctifimus legit θητολς i. e. Βιράποντας. Perperam omnino. Legendum enim est: 85 Sour "Apros viets Afyest, Vossius. Vid. fupr. ad lib. 11, 204. Marrifequi legit Barth. ad Stat. III. 425. BURM.

v. 90. Haerent | Sic ex. Bon. Vet. codex, vmbonibus vrgent, CARMION. Vrguent in scriptis. Hains.

v. 91. Caeruko veluti cum Inpapiter agmine nubem] Sic Virgilius [Georg. 1. 322.] evelo venit agmen aquarum. Agmen autem aquarum, ted fimpliciter fluxum aquae fignificat. idem poeta. [11. Acn. v. 782. vbi v. Heyne.]

hei fluis agmine Tybris. Hino apud Florum lib.1. cap.1. eleganriffimam lectionem rectiruo; fiquidem & Tiberinus agmen reprefit.
Ita eniam habene aliqui MSS, acfimiliter in principe aditione legitar, scioli nobis supposuerane
ammen, quod omnino Flori genia
indignam est. Vossius. ego vero
agmen malim intelligere imbrem
densum in aere collectam, Harl.

v. 92. Conflituit | Conflipat opinor, HEINS. Haefit in hoc verbo Heinfius: nam & codici suo adferipfit, consinuit, vel consinuat. fed nihil opus sanam & ommum codicum auftoritate firmatam lectionem nouare, sentus enim est. louem nubem grauem, & terrao incubantem, non celeri ventorunt impulfu per aera agitare, sed ita constituere, vt fixa vno loco haereat, quae mox, verimque alias agglomerantibus nubes denfata, procellam terribilem fit effusura. Pius condensauir explicat, & de grandine in terras proruptura capit, hoc fimiles aliorum Poetarum tempestarum descriptiones oftendunt. Claudian. Bell. Get. 378.

Qualis in arram
Sollicisus nubem moefio Ione con
gisur aesber.
vbi Barchius appolice adducit illa
Virgilil ex v. Aeneid.

Consurgant venti, acque in nubem cogitur aer. hoc conducere nubila Oraid.1. Met.

No sibi cum denfo conducitur

Y 5 Petron.

Pulfat vtrimque Notus: pendent mortalia longo

Petron. CXIV. nubes undique addufine abruere tenebris diem. Coire dixit noster lib. 111. 579. & haec est vis verbi constituere, quae notat certo loco collocare, vt Ou. vi. Met. 53.

Constituums dinersis partibut

vbi videndus Heinfius, qui curis secundis adstruxit plenius. Cicer. I. de Orat. S. Quae vis alia posuit aut dispersos bomines, unum in locum congregare, aut a fera agre-Rique vita ad bunc bumanum culzum deducere, aut iam constitutis ciuitatibus leges, iudicia, iura defcribere? voi constitutae cinitates sunt coastae in vnum ex disperfis antea hominibus. fic conftituere agmen obuium est apud Liuium. vid. xxxv.28, xxxviii. 25. Salluft. lug, 49. conflituere claffem Nepos Them. 5. pro certo loco collocatam tenere. conflitue illum E contine Senec. Ep. xv1. apud Frontinum lib. 11. Strateg. caput VIII. inscribitur de constieuenda ecie, id est, de loco tenenda, ne fugiat. fistere nubem in simili casu Stat. v. Theb. 362.

Caeruleo granidam sum Iup-

Ipfa rațis nubem super armamenta Pelasgae

Sistis agens.

vbi Scholiastes Barthii, cogere & agere & sister nubes & tempessus praecipue Iouis imperium est. vbi videmus agere, & sistere vel conssituere este contraria. sic distincere vel diducere apud Quid. I. Met. 328. contrarium notat. vt vero nubem hic vtrimque a Zephyria & Noto pulsatam constituit lupiter, tamquam inter duos ventos praeliantes, & certantes quis eam

depellat, ita & alii Poetae in his luxuriare folent. Propert, H.IV. II.

Non ita Carpathine variant Aquis.

Nec dubio nubes vertitus aura Noto.

Et elegantissime Stat. VIII. Theb.

Vt vensis nimbisque minax, cm foluit babenas

Inppiter, alternoque adfligit turbine munilum,

Star Coeli diversa acies, nano forcior Austri,

Nunc Aquilonis biems, dones pugnante procella ,
Aut nimiis bic vicis aquis, aut ille sereno.

Et quae passimapud Poetas id genus plura sunt obuia. Burm.

v. 93. Pendens morsalia lorge Corda mesu] Et hace ex Lucani imitatione dicta videri possuns, qui lib. v. 598.

Primus ab Oceano caput exferis.
Atlanteo.

Care, mouens aestus; ism, te sollente, furebas

Pontus, & in scopulos totas ere-

xeres vades, ,
Occurris gelidus Boreas, pelagus a
que resundis,

Es dubium pendes, vente cui concidat, acquer.

pendere vero mess vidimus ad Petron. cap.LXXXIX. & Ouid. xs. Met. 350. eleganter ad hunc locum Stat. x. Theb. 925.

Miransur sacisi, & dubio pro fulmino pendens.

Adde & Sil. vi. 321. & feqq. De longo mesu. vid. supr. 11. 362. BURMANN.

V. 94.

Corda metu, quibus illa fretis, quibus incidat aruis.

95 Hinc manus infelix, clamore inpellere magno Saxa, facesque atras, & tortae pondera fundae: Fert sonitus inmota phalanx; irasque retentant. Congeries dum prima fluat. stellantia Mopfus Tegmina, & ingentem Corythi notat Eurytos vinbram.

100

& luntae habent, ille, vt ad Iovem respiciat, & Maserius notat in quibusdam ita legi, quamuis, probet vulgatam. Buam. ille ex-Bonon. sed illa suprascr. a docta manu. HARL.

v. 95. Hinc] A parte Cyzicenorum. Burm.

v. 96. Saxa facesque atras] Pacesque pri. Vatic. quartus, picesque, male, haec illustraui ad Mazonis librum primum Aeneid. 150. HEINS. Picesque etiam noster codex. sed praeter Virgilium ita & Lucanus vii. (12. quem videtur noter expressife,

Inde faces & Saxa volant, Spatioque folutas Aeris, & calido liquefallae pondere glandes.

BURMANN.

v. 97. Irasque retentat] Retensans ex scriptis. mox Euryses, non Euryrus in Regio. HEINS. Retensare saepe pro iterum tentare ponit Ouidius. vid. 1. Met. 746. & vi. 316. Sil. Iv. 211. & ita nofter. v. 173. fed hic fumitur pro reprimere, vt Ouid. I. Met. 755. loquitur, retinent calorem, dum primus impetus defacuiat. sic Ou. 11. Art. 434. modo udmissos arte retentes equos. ita cape illa Lucretii II. 728. coelumque a terris omne revensant, id elt, cohibent,

v. 94. Quibus illa] Editio Pii ne coefum terris misceatur, ve recte Lambinus. dubio sensu posuit noster lib. v1. 779. vbi pro iterum tentare, & pro remorari sumi potest. Burm.

v. 98. Dum prima fluat] Ruat Heinsius orae adscripserat, vt & Francius, sed positum pro diffluat, diffipetur. ita Linius lib. xxv11. 17. Hastrubal quum bostium res tacitis augescere incrementis cerneret, fuas imminui, ac fore, ot nisk andendo aliquid moneret, qua egepiffent, fluerent. vbi etiam ruezens alii. fed vide egregie adstruentern hoc verbum Gronouium, lic Vellei. 11. 16. fluentem rempubl. dixit. Congeries autem est incondita & temere confluens turba, & aceruus, vt infr. v1. 510, vid. Barth. ad Stat. x. 471. BURM.

v. 98. Stellamia] Ardentia. alii legunt, stillantia, qued minus placet. MASER. Lego, fellontia, id eft, splendentia. Nondum enim commissum praelium sucrat, vt Corythi galea fanguine cuiusquam perfusa effet. BALB. Stillantia Coki, felentia cod. noster, vid. sup. 11. 499. an talis, purpures vestis & flellis aureis distincto apud Suet. Ner. 25.? purpura enim patim ardere & fulgere dicitur. vt notum. BURM. Stellantin iam ex. Bon. habuit. H.

v. 99. Notat] Videt, vt supra annogani. Bulatus.

4. 100k

Nesticit ille gradu; seseque a lumine ferri Sustinuit praeceps: subitum ceu pastor ad amnem, Spu-

v. 100. Restitit ille gradu] Gradus noster codex, vt resister active sumatur. vt constitut lib. vt. 209. sed gradu resister rectius est, pro composito ad pugnandum gradu, sic Liu. 11. 10. cum ingenti pontum obtineret gradu. vid. ad. Petron. xxx. & Lxxx. Burm.

v. 100. A lumine ferri Suftinui: Heinsius notauerat, ad lumina, quod satis desendi posset, pro simul ac fulgorem ferri vidit, vt pauere ad crines, &c. 111. 264, ad nomen profilire. 1v. 465, & similia san sove vid, Bentl. ad Horat. 1. Od. xx111.5. lumen autem ferri pro splendore, vt Stat. 1x. 802,

Ferri lumine dira Turbasus sonipes.

11. Achil. 187.

· Si semel adverso radiavit lumine serum.

Sic lumen argenti Ouid. 11. Met. 4. noster lucem parmae 1.486. Ita idem Statius lucem ferri dixit VIII. 124. & lumen cufpidis XII. 732. quae nis obuia essent, maluissem hic, a fulmine ferri: nam saepe fulmen tribuunt gladiis; vnde fulmineum enfem dicit v1. 230. & mox vers. 119. firittoque vias praefulgeras ense. & Fulmen gladii Seren. Sammon. carm. 47. fed praeftat nihil mouere. vid. infr. vi. 573. pro fustimuis cod. noster habebat, constituit, sed se sustinere elegans locutio, pro cursum inhibere & gradum premere. ita Liv. xxxxx.31. Hand fecus ergo quam earrentis modo fundunt sternuntque perculfos, nec sustinere alii super alios inferences sese possunt. quem locum iniuria follicitare viros do-Billimos puto, Gronquius, sufi-

nere al. f. a. inf. sese patienter, Perizon. Sustineri. sensus est, Romanos torrentis modo in hostes irruisse, nec potuisse, esti vellent elli super alios inferentes se sin suerent, non potuisse siam ruerent, non potuisse sistem ruerent, non potuisse sistem ruerent, non potuisse sistem ruerent; aliae super alias instantes se sustinere nequeunt, hic mit verus istorum verborum sensus videtur. sic apud Propertium lib. 111. El. I. 41.

Orpheu, te duxisse feras, & concita dicunt Flumina Torcicia sustinuisse byra.

quae mihi verior lectio & convenientior ra concita videtur, quam detimisse, quod tamen placet Broukhusio, sed vid. Passeratium, qui hoc verbum agitatorum, cum currum continent & inhibent, esse docet: sic sustenza Albinouanus in mortem Drus. 229.

Sustentabat aguas, cursumque inbibebat aquarum.

8c ita cape fustentaram Venoren apud Ouid. Remed. 405. sic animam sustinera Quinch. Decl. XII. 2. est remorari, vid. ad Ouid. I. Ep. 114. Burm.

v. 101. Subitum cen paffor ad aument Malo: praeceps fubicis cen paffor ad aument Spumontem uimbis. Heins. Nec hic aliquid caussae video, cur mutari debeat. fubicus enim aumis, est torrens, xuimatio, qui sere siccus, plunius enimbis subitus sit sunius, ad quam repentinam aquae copiam passor, credens se vado posse transper, se sullinet, talia describitur ab Ouid. 118. Amor. 6. vbi etiam shi

Spumantem nimbis, fluctuque arbusta ruentem. Et Tydeus, en intentis quem viribus, inquit, Experiar; manibusque dari quem comminus optem:

105 Quo steteris, moriere loco. subit ilia cuspis Olenii: dedit ille sonum; conpressaque mandens Aequo-

fibi fandum effe Poeta dicit. hic a Virgilio II. 305. rapidus montano flumine torrens dicitut, vbi vid. Seru. Subitus vero, vt Subitus dies lib. I. §2. subitus sanguis 11.541. mox 115, Subitus focus. vide ipsum Heinfium ad Ou. Epist. xv111. 160. Pius explicat, quem subito & praeter spem offendie & obuium habuit. eft enim torrentis descriptio, ve recte Weitzius, quem vide. Burm.

V. 102. Ruentem] everyntikus pro eruentem, prosternentem. Virgilius xII. Aeneid. vf. 454.

– – dabit ille ruinas Arboribus, ftragemque fatis, ruet omnia late.

Noster infr. v. 583. obnia quaeque ruens. Plinius : Sues runns berbas & linum. But. vid. Weitzii notas. B.

v. 103. Es Tydeus] Vetus codex , At Tydens. melius. CARR.

v. 104. Experiar] Vet. cod. opperiar: rece. est enim opperiri (ita Festus scribendum docet) exspectare animo experiundi; cum itaque cupiat pugnae sibi copiam fieri, & aliquem offerri, quicum manus conferat, melius opperiar, quam experiar legitur. CARRION. Nimis lenti erat opperiri, dum veniret, sed Tydeus cum dicto torquet hastam : quare omnium editorum & codicum lectionem re- tiuntur. paulo ante Es Tydeus reproelium & pugnam, & pericu- Heinsius. Oclenii & madens lum facere, vter victor fit euglu- Coki Cod.

rus. Flor. 111. 22. Ipfs dutes tominus innicem experti apud Lauronem atque Sucronem aequanere clades. idem lib. 1v. 10. Expertis invicem Parthis atque Romanis. BURMANN.

V. 105. Quo steteris moriere loco] ita vetus codex. Lugdun, veto Bafil. Argentor. qui sterris. non placet. CARRION. Polthaec verba distinctionis nota poni debet. Bulazus. Ex Lucano adumbrata haec; qui lib. vs. 132.

Iacuere peremei, Debuerant que stare leco.

& ita Sallustius, Florus & alii. Qui fleteris Pii, Argent. Colinei & Gryphii.

v. 106. Ochenii] Sic ex. Bott. HARL. Olenii Carrionis liber, re-&e. quamquam ipli Carrioni non intelledum. Olenius a patria Tydeus dicitur, quomodo & Statio Theb. primo. monui libro vIII. Metamorphoseon Nasonis. vs. 281. .uc apud Apollonium,

Tur 39 Hadrikeri Alere wals 'Ωλεγίοιο.

male Alardus pro nomine illud fumit, cum sit patronymicum. Olenius viri nomen lib. 11. 163. occurrit. paulo ante pro, Experiar, rede Carrionis codex, Opperiar. nostrae membranae affen-Experiri enim est tentare de scripti, & priscae editiones.

Aequora purpuream singultibus exspuit auram. Λc

v. 106. Compressague mandens Aequora] A Virgilio, seu Homero potius. Bulneus. Acquora campos interpretatur Maserius.

v. 107. Putpuream singultibus expulie bastam] Sic ex. Bon. HARL. Tuendae huic lectioni fors fucrit ifte Quidii locus xxxx. Meta telum expulit ipse cruor. At praefero ex Aldina editione, exspuit auram. purpuream auram languinem vocat, vt Virgil. 1x. Aeneid. purpuream vomit ille animam. Servius I. Aeneid. ad haec verba, TUAQUE ANIMAM EFFUNDERE DEXTRA. Securdum eos, qui dicunt, sanguinem esfe animam, ve ipfe Purpuream vomit ille animam. licet alibi aliosum opinionem sequatur, qui dicunt Spiritum esse animan, atque in ventos vita recessit. fingultibus exfouere optime didum. Sic Statius 111. Theb. 90. v. 261. Quibus locis iungi debent alia aliorum, vbi foiritum, animam, vitam ex-Spuere dicitur. Senec. 111. de Ira cap. vlt. iam ipsum spiritum exfpuimus interea, dum trabimus. Seneca alter in Thyeste vers. 244.

Ferro peremtus spiritum inimicum exspuat.

Quibus locis frerus corrigo Herc. Octae, vf. 1467.

lum, sagittis qui tuis vitam expulis.

Et pro expulie, vel ve in plerisque libris, extulit, referibo, exfpuit. vtrique emendationi & Flacci & Senecae facit alius Senecae locus Troad. vf. 1168.

Voi banc anilis exfouam leti mo-

vbi funt tamen, qui velint legete, exuam leto moram, quia du-

riuscula sit illa translatio, quibus non adfentimur, vtimut enim hoc verbo pro abiicete. Terent. Eunuch. 111. 3. quasi vbi illam exspueret miserium en animo. Zenzerl. Satis elegans lectio est Aldinae editionis: Nolim tamen propterea lectionem ab caeteris omnibus codicibus probatam mutari. Imo de ea ne dubitauerim quidem. Ait enim Valerius singultibus & vi cruoris expulsam esse hastam infestam sanguine. similiter de Aiace Quidius KIII. Metam.

Nec valuere manus infixum educere telum,

Expulie ipse cruer. Voss. Expuis auram reponi maluit Zinzerlingus ex Aldino codice, qui videndus, eam castigationem sibi postea vindicauit Alardus. an purpureum amnem, vel purpuream vndam expuit? vt apud Maronem. Singuinis ille vomens riuos codit, Ted & aura pro spiritu. Seneca Phoenillis. v. 44.

Tandem spiritum inimicum exspue. vbi plura ad rem accuratissimus Gronouius, tale & illud Thyestae,

Ferro peremeus spiritum inimicum exfpuat.

ita enim vtroque loco optime membranae. & Hercule Oetaeo .eaedem, 1469.

Istus fagittis qui tuis vitam exspuit.

de iracundia idem Seneca, iam ipsum spiritum exspnimus, interea dum trabimus. Purpurea aura, vt apud Maronem, Purpuream vomis ille animam. ποςφύρεις θάνατος Homero Iliad. E. vbi Hypsenor ab describitur. Eurypylo occifu**s** HEINS. Literatus ille Alardus literarii furis nomen reclius mereretur. Ac velut in medio rupes latet horrida ponto, Quam super ignari numquam rexere magistri

Praecipites inpune rates; sic agmine caeco Incurrit strictis manus ensibus. occubat Iron, Et Cotys, & Pyrno melior genitore Bienor. At magis interea diuerso turbida motu Vrbs agitur, Genyso coniux amouerat arma:

Torre focus: telis gaudes, miserande, repertis.
Linquit & vndantes mensas, infectaque pernox
Sacra Medon; chlamys inbelli circumuenis ostro
Torta

zetur, qui Zinzerlingum impudentifimo plagio, vt solet, compilauit, vid. & Heins. ad Ouid. x11. Met. 256. exspuir recipiendum puto, quoties de vulnerato & moribundo agitur, vbi vero de illo, qui vulnus dat & intersicit alium, expulir. vt Ouid. vr. Met. 613.

Aut per vulnere mille
Sontem animam expellam. BURM.
v. 108. In medio rupes lates borvida penso] Gloss. Isidocti: Scillae,
faxa latentia in mari. Et Gloss.
Ugados nitga, latens faxum. Weitz.

v. 109. Magifri) Naucleri. Carrion super hac voce satis defunctus est, etiam soann. Weitzius, Woe 'ASivye, ad Ouidium; quare nihil addo. Bul.

v. 112. Pyrno] Primo Cod. Co-ki. Burm.

V. 113. At magis] Et magis [cx. Bonon.] Coki & noster, qui etiam. dinersa. Burm.

v. 114. Genifo] Genyfo ex scriptis. sic & Cotys & Pyrno paulo ante, non Cotis & Pirno. HEINS.

*. 115. Vinoque reluxit Igne]
Alii, sorre. Vinus; viuidum demotat. Vide Barth, lib, xxxv. cap.

EVI. & ad Claudian. lib. t. in Rufin. 209. WEITE. Vinoque idem codex, & Coki, qui &, af illis. BURM. vinoque-Torre, ex. Bon. HARL.

v. 117. Pernox] Qui totam noctem vigilabat. Non est igitur mirum, si caeteris dormientibus Medon vigilabat, quoniam pernox sacrissicauerat. sic enim habent prisci codices, non pernix. Prus. Alii legunt, pernix, [vti in ex. Bonon. est,] quod minus aeque toleratur. signatur enim Madon pernostans, priusquam completa essent facra domestica, ad conssistum malis aduensise auspiciis, si quis velit pernix, sacilem sensum ex textu eliciet. MAS.

v.118. Circumdedit] Vet. cod. circumuenit, melius: fequitur enim, praefulgurat enfe, alioqui erit enallage temporis. CARR. Circumdedit Bon. ex. fed circumuenit defendit quoque Heinfus ex primo Vat. & Regio. v. eum ad Virgil. vr. Aen. v. 132. HARL. Imbelle oftrum vocat, quia pro clypeo vsurus Medon, non peterat inutili purpura tela repellere.

Torta manum: strictoque vias praesalgurat ense.

120 Talis in arma ruit; nec vina dapesque remotae:

* Statque

fife documus post alios ad Petron. cap. LXXX. vide infr. VIII. 123. BURM.

v. 119. Vias praefulgurat ense? Hinc Statius sua hausit lib. vII. Theb. 502. Multoque latus praefulguras ense. idem etiam voluit Florus I. 16. Vitionem slagitans miles Papirio duce (borribile dicsulfritis ensibus per ipsam viam ante pugnam furit. & insta vI. 230. fulmineum ensem, vt & Stat. x. Theb. 265. dixit. vid. supra vers. 100. Burm.

v. 120. Vina dapesque remotae] Scribendum ex priscis codicibus, omen, per appositionem; quod omen fuit ministros domino debere succedere. Prus. Sic vet. cod. alii, vina dapesque remota. dein, in quo (omen) liber manu-Scriptus: alii , in quo omnes, nonnulli, in quo omen mansere. CARR. remotae iam ex. Bon. idem, in quo omnes mansere. HARL. Remotae ex scriptis. & in quo omen manfere. locus mendo haud dubie inqui-Forte, inque domo mansere ministri. masere ministri primus Vaticanus, an omen in eo, quod torus loco restabat. nam & mortui in toro componebantur. Tacitus de Britannici morte & Agrippinae Neronis. Agrippina conuinali lecto cremasa. Annal. xIV. cap. 1x. poffet & scribi, idque omen sensere ministri. Heinsius. Remota etiam noster codex & Coki. ceterum locus difficilis, & ex quo non facile me expedio. neque in qua re illud omen fuerit capio. Maserius, si recte eius

verba capio, vult domino abeunte, famulos perseueraffe eius loco in peruigilio, & excubias egifse, idque ex more Romanorum & Varrone apud Val. Max. 1. 1. 15. illustrare constur, quia vel ipli excubias domini agebant, vel aliis committebant, nihil vero de omine, nam ille legit omnes. Pius dicit, mensam remotam, nec quidem turbatam fuiffe discessu Domini, & famulos mansifie, exspectantes reditum Domini, qui ad fubitum clamorem accurrerat. quod torus loco restabat, omen fecisse mihi non posse videtur, nam rediturum inde potius, quam periturum dominum augurari licebat; & iterum locum occupaturum, neque omen ad priora verba, sed ad posteriora, in que manfere ministri, pertinet. forte etgo, illis dapes & vina inuolantibus, & occupantibus Heri torum, tamquam non redituri & perituri, omen inde malum co!ligebatur. forte etiam, quod illa facra nefas effet a feruis peragi, quae nunc interpellata erant fubita conclamatione ad arma, nam & turbari facra infaustissimum habebatur, vt notum ex prouerbie, Salus res est, Saleas Senen, apud Felt, in Salua res, quod fimili plane calu, ex nuntiato aduentu hoftium, natum fuit. Virgil. 111. Aeneid. 406.

Ne qua inter fanctos igues in bonore Deorum Hostilis facies occurras, & omina

lib. v111. 109.

Terres

*Statque loco torus; in quo (omen) manfere miniffri.

*Inde vagi nec tela modis nec cafibus isdem Conferuere manum, & longe incuere peremti.

Confurgnut menfis, andan ques supere Pallas

Socre votet,

vdi vid. Secuium. & Swilem Silii locum lib. xv. 439. ibique Hein-Sum. Quinctil. Decl. CORXX. nescio an esian publica sacra turbasti. turbata ergo huec facra fuere domini abisu, sed serui manseruot. quibus non licebat illis operari. qui rectius coniecerit, facile ipfi accedam, cum vix mitsi fatisfaciam in hoc loco, illud omen vero interiicitur, vt mahan, nefas, &c. ita menfrum apud Stat, 1. 235. ve legendum. & N. 238. fainus. Burmann.

v. 123. Conservere manus lange 87 Scripti nostri potiores, Conferuere mein, & longe, quomodo & Carrionis liber. Sed fi manserunt domi Medontis famuli, quomodo hic manum conferunt, & occumbunt hic in praelio? Aut excidit aliquid, aut videtur feribendum,

Inde faci nec sela modus, nec cafibus isdem Confernere manum, & longe lacuere peremit:

iaci modus tela, pro modus telis iaciendis. nisi adigi legere malis. fic & alibi, adigere tela. cafibus idem, non isdem, in scriptis noffris emnibus. HEINS. isdem mawins & longe ex. Bon. & corrext isdem pro vulg. bisdem. HARL. Er hi versus plane depositi, ad in hostes tendunt. Quid illis faques intelligendos oraculo & va- Cum alt? nibil, fi antiquam le-

Tarrent ur visu subito, cantique te, vel libro emendato opus erit. nes cafebus idom. Coki codex. & j conference manuel varie out mecum vectavi, & cogicabam alidavago .

> · Inde vagam net tela modis nek cafebus isdem Confocere manune, &c.

& hunc illis fenfum dabam. vagam Cyzicenorum manum (name prima congeries iam fluxerat) telis Argonautarum diuerfis medis & calibus confectam, (vt dinerfor vulnere Ouid. v. Mer. 141.) & interfectos sparfim iacuisfe, non cateruarim, sed ve quemque fors ferret. Vaga manus, vt vagus bofis Lucan. v11. 523. & 558. de qua voce, quam amat Statius, vid. Barth. ad vIII. Theb. 480. sed cum animus non acquiesceret, decurri olim ad Cl. Bentleium, quo neminem felicius hoc tempore Chironia vicera tractare noueram, isque, vt mihi videtur, egregie haec sanauir, torum itaque locum ita constituendum mihi scribebat,

Talis in arma ruit, nec vina dapesque remotaes

Statque loco torus : infomnes mansere ministri.

Inde vagi, nec bella modis, net cosibus isdem

Conferuere manu. & longe incuere peremti.

Geny fue & Medon, ille e lesto furgens, hie peruigilium celebraus, eadem porta, & eodem tempore

Loce granem nodis pinguique bitumine quassans

125 Lampada, turbata Phlegyas decurrit ab arce: Ille leues de more manus, aciernque Pelasgum Per noctem remeasse ratus; pulsunque requirens

Saepe fibi vano Thamyrum clamore petebat

Arduus,

&ionem sequamur, & neuter aut ab Homerico Hectore, qui lampaoccidit quemquam, aut occidi- da quaffans nauibus Graecordm tur; quod plane contra eleventer intulit ignem. vid. Quid. x111. Poeticam est. Medon, cum menfarteliquisset, insomnes ministri, primo ob Domini peruigilium, & postea frustre eius redirum exspe-Cantes, manserunt in toro. Inde vagi, non ministri, illi enim non exictant, sed Cenysus & Medon, diuerlas vias, postquam exiezant ez porta, ad hostes capeffunt, & bella (leui mutatione & follemni variatione pro tela reponendum) conferuere manu (quae lecutio proba, vt supra vers. 30. neque impia bella conserat,) sed non iisdem modisnec cafibus (hoc est forte hic hasta, alter gladio pugnabat, alter per os, alter per ilia vulnus accepit, quae funt Beirbrur & variationis Poeticae) & longe iacuere peremti, qui vna aduerfus hostes exierant. vir laude literaria illustris, quae vtroque pollice probo, nisi quod vnicus scrupulus de insomnibus ministris remaneat; quorum cur mentionem hoc mode iniiciat, nisi ne sacra turbata viderentur, nondum concipio. vltimum verfum aemulatus Gunth, Ligur, 11. 304. multi iacuere peremti. Burm. Cogitaram: fat vacuus (n. ab amore) torus: in foco mansere &c. vagi vero funt Genysus & Medon. aur forlan verlus elt spurius. H.

v. 124. Pinguique bitumine quaffans Lampada | Muserius notat, quosdam hoc de ludis Cerealibus. aut Prometheis fumtum velle, ipse

Met. 91. Silius xIV. 422.

Inde acros alacer, pastosque bitumine torquet

Amentante noto Poenorum aplastribus ignes.

Lampads vero pro face dixit, ve & Statius VIII: Theb. 466.

Ibas fumiferam quatiens Onchefius Idas

Lampada per medios. vbi vide Barthium Virgilii fimilia loca afferentem. Burm.

v. 125. Decurrit ab prbe] Eth omnes vulgati ita legant, melioc tamen est lectio libri manuscriptis decurrit ab arce: ac Virgilius Aeneid. lib. II. 4I. Laocoon ardens Summa decurrit ab arce. CARR. Decurres ab wrbe Coki liber.

v. 126. Ille leues de more manus] Leues possumus intelligere celeres ve fubito latrones incurrere felent. fic mox leuis Ichnon verf. 167. vid. lib. 1. 389. vel etiam non multum timendos, viles, & quos saepe & facile olim reputerant. vt apud Propert. I. Iv. lenes figuras Pafferatius interpretatur & illuftrat. Pius intelligit, qui leui caufsa incursiones faciebant. Burm.

v. 126. De morel Et hic vitio librarii Lugd. & Argentor. legitur, de mure : CARR. Receperunt vitiosam lectionem Colineus & Gryph. BURMANN.

v. 128. Thamyrum Malo, Thamyram, vel Thamyrim. quae noArduus, & late fumanti nube corruscus;
130 Quantus vbi inmenso prospexit ab aethere Typhon.

Igne simul ventisque rubens; quem suppiter alto Crine tenet: trepidant diro sub lumine puppes. Tollitur hinc, totusque ruit Tirynthius arcu, *Pectore certa regens aduersa spicula stamma,

135

mina unt Graeca. HEINS. Themirim Coki codex.

v. 130. Prospexis] Quid fi, per-

v. 130. Typben] Praecipua nawigantium pestis, non antennas mode, verum ipsa natigia contorta frangens. Plin. lib. II. cap. xiviii. Apuleius de Munde: Si sgnisum non fueris fulmen, Typben vocasur. Had. lunius proverb. Typben. inquit, est nimbus e nubibus erumpens, nautis admodum formidolosus; quem hic designat Valerius. Seneca S. Natur. Quaest. cap. xii. & xiii. infra lib. vi. vs. 196. Weitz.

v. 131. Quem lupiter alte Crine senes Alto Crine Bulacus. sed nil necesse. adeantur, quae notamus ad Nasonem Epicedio Drus. vs. 3. HEINSIUS.

v. 132. Sub lumine] Limine Co-ki liber.

v.133. Tollieur binc] Phlegyas ex vna parte, ex alia mouetur Hercules in duellum. funt, qui fcribunt, rollieur binc, id est, dirigitur Hercules contra hunc Phlegyam. fed prifca reclamant exemplaria. Prus. Hic vitium est admissum a librariis, & puto Pium voluisse, rollieur bue, ab aliis lecum suisse, vr & Heinsius corrigebat.

v. 133. Tollitur bint totusque ruit Tirynthius arcu, Pettoro cer-

ta regens adverfa spicula flamma]
Putabam, totusque ruis Tirymbius
birto Pellore, vel acri Pellore. ve
insta, band acres whra Tirymbius
areus Exerces. sed cum pellus mox
sequatur, 7è Pellore bic minus
ferri posse censeo. Forte,

Tollisur buc, nosusque rais Ti-

Flectiere, cersa regens adversas

Per pices accensa globes.
quamquam nec vò accensa satisfacic. sorte, densas, ruis arcum settere, vi ruis animare raxos Metere, vi ruis animare raxos Metere, vi ruis animare raxos Metere se superio Raprus Proserpinae vers 387. vbi pluribus hunc loquendi modum asseruimus. Heins. Tollium ex more Poetae nostri notac celeritatem & impetum, vi lib. viii. 54. furens rapido per deuia passe Tollium. vbi vide. vii. 157. tenues sublimis in auras Tollium. viii. 328.

Tollisur, asque intra Minyas Argoaque vela

Stirus abit.

Se tollere etiam dixit vi. 610. bue, pro in hunc, capiendum. torusque ruis, non mutandum. est enim omnibus vicibus. vt vii. 600. totusque incumbis lason, ruit arcu. vt vi. 111. ruit agmine nigro La-tratuque cobors. & h. l. 275. praecipisi plangore ruis. sed vox pessors, que sequenti versu iteratus,

135 Per piceos accensa globos: & pechas harundo Per medium contenta fugit. ruit ille comandi Ore facem supra, maiorque adparuit ignis. Ambrofium Peleus, ingentem Ancaeus Ethelum Sternit: & clatae propius faccedere dextrae

140 Telecoonta finit; duplicataque ora fecuri

Disiecit

corrupta est. pettors erat in Coki lis. vide ad 11. 104. HARL. Ethelibro, forte, denera certa regens aduersae spicula flammae, Per piseos accensa globos, id eft, manu segens tela ope lampadis aduerfae, quam gerebat Phlegyas; quae sela cum ipsam lampada transirent, inde ignem conceperunt, & accensa per piceos globos flammae, pestus transfoderunt Phlegyae, vnde duplex vulnus, a ferinfligebatur. ro & ab igne, BURM. Suspicatus eram, flettere certa sciens, nisi audacior videarur correctio. HARL.

v. 136. Per medium contenta fugis] rapida, citifima. Rutilius lib. 1. Volnitur ipse tibi, qui consines omnia Phoebus, id est, contento cursu emetitur, vt Barthio placet. Lucretius lib. 11. Et quascunque magis consenso conciliatu. vbi Gifanius: contenfus, valge fere contentus, rapidissimus. Vide Nonium, Bul. Vid. Barth. xxv. Adu. 15. & notas ad Ouid. 11. Art. 191. & xil. Met. 369. fic, contenta vela, infra iv. 747. fugis etiam de telo celerrimo saepe Statius, vt 1x. Theb. 731. 770. & alibi. Burm.

v. 137. Ore facem supra] Ort fupra faciem noster codex, vitiose.

V. 138. Ancaeus Ethelum] achehim ex. Bon. sed supraser. achelon: al. Echelum: parum refert. Etbelum tamen scripti & Carriovis & Heinsii. ingens est terribilum recte Carrionis MS. Mitum enim nomen ab Etheleo Huuio, Troadis olim termino, de quo Plinius lib. v. cap. xxxn. Male alii, Achelum. aut Echelum. Voss. Aucheus Echelum Coki liber.

v. 140. Deiellaque ora securi Disiecit] Id est, demissa, emendati codices cura recenti habent, declinaque. Pius. Deielaque ex. Bon. atque equidem lectionem delettaque praeserrem reliquis. HARL. Ne eadem vox repeteretur, aut sensus parum constaret, fuere, qui legerent, diffecuit, aut desecuir. Quibus non repugnarem, nisi in vet. cod. effet. delicasaque ora securi Disiecis: cum tamen delicatus a delicio, aut potius contra (auctore Sexto Pompeio Festo) dicatur, nihil ausim affenerare. CARRION. Sabellicus. defecuit. malim, diffecuit, a diffico voce prisca. de qua in Orthographia maiore Manutius: & in Caelianam Ciceronis D. Lambinus. Schott. Non inelegans viderur haec lectio; deletta fecuri disiecit ora. Ita autem scripsimus duce editione Gryphii & Cl. Gronouio, quem vide Obseruat, lib. 1. cap. x111. Carrion ex MS. edidèrat,

delicataque ora fecuri Distecit cervice tenus. Ineptissime. Pro quo tamen fortalse reponi debet,

Deduga-

Disiecit ceruice tenus. fimul aspera victor Cingula sublustri vibrantia detrahit vinbra. Has, precor, exuuias & prima cadauera, Nestor, Lin-

Dedutiaque era fecuri, &c.

Quae eiusdem Gronouii coniectura est. Vose. Delicasagae era fecuri scripti oranes nostri cum codice Carrionis. mendose haud dugenda? de mendo consentit Vosfus Grammaticae Artis libro 11. capite x1x. Gronouius, deductaque Obsessationum lib.1. c. x18. & diffecuit. ego addella maluerim. nec obstat praecedens syllaba brevie: plura enim si attendis, eiuscemodi exempla occursune apud Valerium. Naso fastorum primo,

Condidaque addutta collum percussa fecuri Victima purpureo sanguine tiugit humum. Et ibidem .

--- adduttaque clava trinodis Ter quater aduerfs fedit in ore viri. polis &, diplicataque era securi, vt deplieses securis lit, quam ancipiem alii appellant, hoc est, bipennent. quomodo apud Nasonem I. Am. El. IX. duplicata nimbis Fibraine. vel duplicato fine repeeiro idu secucis, vt libro v1. 379. fesarim congeminat. Alardus, de-Disiecis minime lestague fecuri. mutendum in Discussiv aut Diffecris, quod viris doctificais videbetur, atque inter hos Sabellica. Nase libco xu. Metam.

Non somen arbor inters cetidis; nom Cransoris alsi Abfildis injulo pellusque bamerumque finifirum. Hune procul os faedo disiofina valoure Peleus Vidis.

& libro III. de Pentheo: Trunca Sed oftendens disiellis corpore membys. Noster infra. v. 162. vbi perperam Sabellicus, deiicis. HEINA În Aldi editione legitur, desettaque lora securi Disiecit. addussa seuris hic locum non haber, eum iam elata esset dextra: nec duplicata fecuris placet, quocumque sensu explices, an, directaque ora fecuri Disiecit, vt lib. 1. 569. dirigere facem? sed latet altius vicus, in delicata, quod est in codice Carrionis, & nostro eriam & Coki deprehendi. De verbo disiicere vid. ad Ouid. x 11. Met. 252. BURMANN.

v. 141. Aspera Cingula Aspera hic cingula sunt signata, siue incisa. Inde dicta, quod omnis percussio aurum, argentum se aes excussio aurum, argentum se aes excussio versum Sat. 111.96. Quid asper Veile nummus babet. vbi non yulgaria promit. Zinzell.

v. 143. Has prator examins & opima cadanera nastro. Linquise aix forre] Sic quoque en. Bon. HARL. Aegid, Maferius & Bapt. Pius leguat, [& Bul. probat,] :limquite sir ferso, quad est lauti sacrificie genus: indecens caim effor, inquit, Pius, si cadem dictio repeteretur. Deinde vocabulum soime, cum ferse congruit: affert loca ex Lucilio, Festo, Catone & Plauto, quae adducere longum elet: in quorum duobus pullerioribus lectionem vulgatam emendat, in Catone, pro cultro facito structu & ferrum: sultro faci-20 Arnem & fertum. In Plauti Amphitrione, pro-quin factoopus **Z** 3

Linquite, ait: ferro potius mihi dextera, ferro

est, legit, quin serso opus est, vide cap. 147. post. annotation. Editio Engentini & Lugd. linquiee ais fereero: caetera omnia tam vulgata, quam, calamo exarata, linquire ais ferro, nec mini ea sepetitio inornata videtur, imo sponte accessita ad maiorem vim. vet. cod.

Mas precor exunias o prima cadauera nostro

Linquite, ait, ferro. Indicet acquus lector. CARRION. Idem in altera recensione probat fectionem sui cod. HARL. Aldina editio, cadauera Nestor Linquite ait feretro. Nestor & ipse inter Argonautas, vid. lib. 1. 300. & haec ad focios verba ipfius personae valde conueniunt. Ait, ne praedae magis incumbite ad primum conflictum, quam pugnae. MS. Carrionis habet o prima. Primi vocabulum non disconuenit. malle possis, & prima cad. aliae editiones omnes, ferro. Geminatio ista eiusdem vocabuli nullius hic est pretii, etst Carrioni valde adblandiatur. Zenz. Has precor expuias & opima cadavera nostro Linquies ois feresro, esse veram huius loci scripturam, iam ad Velleium lib. 11. 82. indicanimus. Verba enim hacc funt Ancaei, qui Telecoonta & Ethelum prostrauerat. Per exuuias igitue eingula intellige, de quibus ante hunc verfum dixit:

Cingula sublustri vibranti a detrabis umbra.

Feresrum autem, vt ibidem monuimus, ponitur hic pro infrumento, in quo pompa triumphalis portabatur. Quod ferculum dixit Obsequens & Macrobius Sat. I. hinc, fercula pemparum, apud

Ambrosium de Officiis lib. I. cap. xvIII. a feretri autem hac significatione dictus Iupiter Feretrius. Carrion Valerii. hunc locum ex MS. suo ita restituere conabatur a

Has, precor, exuuias & prima cadauera nostro

Linquite ait ferro.

Alii pro ferro rescribune, fertos quo genus cibi denotatue, vt ex Festo constat. Sod hao merae augae & inoptiae sunt. Nolo igiavar iis immorari. Vosstus. Varie tentarunt hunc locum homines eruditi. To & abest a primo Vaticano, etiam a Carrionis libeo, in quo & primo pro fersoro privererea ferro scripti omnes, pro nostro codex Aldinus, Nestor. vnde concinne & seliciter Gronquius Obseru. lib. xv. cap. xii.

Has, precor, exunias & primacadanera, Neftor, Linquise, ais: ferro posius mibi dextera, ferro

Naues opus. quem illic vide. Hetnstue. Scaliger quoque ad Propert. 2v. Bleg. II. citat, opima cadauera nostro Linquite ait feretre, recte opima retinens: quod & in Coki codice erat, fed qua ratione prima cadauera dici possint, cum iam plurimi ante occist memorentur, non video. nisi primum sie a Telecoonte occifi viri. in voce spima certé respicit auctor ad opima spolia. an Neffer sit recipiendus nescio. Pius videtur haec verba Hercali tribuere, cui tribuit Tè admonuit. nec extra veri speciem, cum eius sobori conueniat mana prensum Amastrum obtruncare, ille enim sem gerebat arcu, ideo alios tiortatur, vt fetro, enlibus & fecuribus nauent ipfi operam, quia iam 145 Nauet opus: prenfumque manu detruncat Ama-

Dinersasque simul socios inuadere turmas
Admonuit. pergunt rupta testudine sosi;
Qua tenebrae campique ferunt. grauis inuenit
Ochum

Phleias.

iam tam propinquis hostibus, inutilis eius accus, ideoque manu veitur, & postea vs. 160. claus. Suspicor aliquid latere de Hyla, cui relinquenda cadauera vult spolianda, dum ipsi Heroes pugnent. forte,

Es opima cadauera nostro Linquite, ais, puero.

Tie puerum vocat lib. 1. 109. infr. v. 187.552.555.& alibi, levis aberratio a puero in ferro. Bu R M. Opima omnino retinendum esse puto: de quo voc. egregie disputat Perizon. in Animaduerf. historicis cap. v11. p. 256, fqq. ed. Altenb. & ob illud forfan quidam male correxit postea fereiro, mihi vero placet emendatio Aldina Neftor, atque cum vire docto in Obif, mi-Icell. ad h. I. p. 166. credo, Valetium Flaccum imitatum esse Homer. 11. 2. 66. fqq. vbi quoque Nestor Graecos inducitur exhortans, ve tempus non perderent mortuos spoliando, sed, quotquet possent, occiderent. HARL.

v. 145. Gnauer opus] Elegans verbum est, Gnauer, vt hic. Onomass. Nano, weere, vt hic. Onomass. Nano, weere, valerio applicatori prisco: Navas, hamedourem; quod cum Valerio applicati. Barth. lib. xxxII. eap. 111. WEITE. Vid. Heinf. ad Onid. xII. Met. 600. Burn. Carrion multis probare studes lectionem cod. Sui gnauer. HARL.

v. 146. Simul focios] Sic vet. cod. vulgati libri, simul potius, vbi heptimimerim, vt faepe ante, causatur Maserius inepte. CARRION. Socios praestat, nam praecessit modo porius, pro admonuit Pius legisse videtur, admopis, quod reddit, adnixus est, & parauit : & pergunt male de Cyzicenis explicat; illi enim iam ante vagi & confulis ordinibus pugnabant, sed Minyae egresti navi denso pugnabant ordine & testudine. vid. supr. vers. 86. & seqq. hac ism rupts testudine, vt in hostes diversos, id est, sparfos imuant, monet Hercules, quia vis prima fluxerat. Socios etiam. cod. posius ex. Bonon. HARL.

v. 148. Granis innenis Ochum Phlias] Scribendum, irruit Ochum, vti iam monui, & pluribus exemplis confirmaui, id verbum cum quarto etiam cafu frequenter coniungi, curis fecundis ad Claudianum Consulatu Manlii Theodori. vf. 194. noster libro v1. [254. &c ag7.] Sic & alibi non semet Frontin. Strateg. libro 1. cap. v. Qui deinde cum proximos irruerens gras. Hazns. Quis dubitet, irruere aliquem sedte dici, sed conrra codices & mentem Poetae verbum hoc, quod aperto Marti, & bello, quod luce geritur, convenit, obtrudere inconcinnum. Res hic noche & in tenebris per turnultum geritur, ita vt casu magis, Z 4 quam Phleias, & trepislo Pollux inpingitur Hebro.

Dux campi Martisque potens, vt caeca profundo Currit hiems, Zelyn & Broten Abarinque relinquit

Semine-

quam consilio inter se hostes committerentur. ideoque reste inuenis Phleias hostem Ochum, id est, casu in eum insertur. sic Stat. x1. 512.

Cuspis in obliquis muenis vulnera costis.

Id est, casu delata in costas. lib.

Nec frustrata manus, mortemque inneneras basta.

& its egregie respondebit hoc verbum sequenti, impingirar, defunta locutione a nasii, quae per renebras & tempestatem in brevia & scopulos impingitur. Pari modo Pollux errens per caligimem, in Hebrum incidit. its shepe & hac voce vritus Starius. Vist. 111. Theb. 676. vist. 18. & ibi Barth. vist. 34. & x. 760. Flor. 111. 12. Egestas Casistnom patriae impegit. Heinsii correctioni, ne quid dissimulem, fauet noster codex, in quo, graviter viis Ochum. Bur M.

v. 149. Philas] Hunc diximus Bacchi filium. falfus est codex Despaterii, hunc citantis locum, vbi legitur, Phaeas, posset tamen negi, Phlaeas, s. Apoll. codex pateretur, vt diximus lib. I. 412. sed & liber Bononiae impressus illud ostendit. MASER. Pro Philas Scribendum, Phleias. Vt fit trisylabon. sic Plias & Pleias. Garrionis codex, Pelias, & ex nothris nomnalli. Heins. Posse exists Coki liber.

v. 150. Taboque labantia terga]
Labantia, pro lubrica, forte tathen, natantia, vel fluentia, natantia
in scriptia nonnullis, labentia. Lege, tabo liquentia. HEIN'S. LaYantia posset sumi pro diffluentia, vt Pius interpretatur, vt
Virg. 111. Georg. 557. turpi dilapsa cadanera tabo. vid. ad Quindin. Ded. vt. 3. & ad Onid. xv.
Met. 667. Burm.

v. 151. Dum campi] Miror, quis haec interpretari possit, quae Maserius tacitus transit, ni vet. cod. nobis subsidio effet, legens, dun compi, vbi iam nihil difficultatia restat : lasonem enim intelligi certum eft. CARR. Aldina editio, cen campi Martisque potens. rece puto, Dun, non enim haec de Hercule capienda, qui non armatus basta, sed arcu & claua, vt vidimus. lason vero cornum siue hastam gerebat. & ipfe saepe apud nostrum principem, regem & ducem notat, cum opponitur reliquis Argonautis. vid. inf. 604. & alibi passim. compi & Martis porens est, qui, fusis in sugam hostibus, victor iam est. Burm.

v. 152. Zelon, Brosen] Zelon & Broten ex. Bon. Zelyn & Braten cod. Carrion. & Maserius, qui Braten dedit. HARL. Zelyn & Broten Abarimque relinquie recte habent quaedam editiones. Nam Zelen, vt edidit Carriou, metrum ominio respuit. Pro Broten vero Brossen teponit Maserius. Aix enim Zelya & Bronten ab Apollonio

Semineres; Glaucum lequitat; Chargemone ruentem.

Occupat, & jugulo vulnus molitur aperto. 155 Ille manu contra telum tenet, vitima faufira Verba ciens; fixamque videt decrefcere cornum. Hine Halyn, hinc rigido transcurrens demetic

> Prothin, & infignem cithara cantuque fluenti Dorcea; qui dulci festis adfissere mensis

160

lonio inter Cynicenes recenferi. le. Idem Georg. lib. 21. & bone De Edy verum eft: at non Brosssem, Red Megnbronesse nominat ille, its enim canit:

Hid Meyafekrene Zoliden 3. 940-CIESY "ARXI (De Hydede 30 Zeker fider.

Nec sane nomina Cyzicenorum, quos ille enumerat, cum Valerianis congruunt. Nec mirum. cum tam Valerius, quam Apollonius nomina ista finzerit. Vnde ad ciratum Apollonii verfum ita scribit Scholizstes: πεπλακε το вобрата тайта "Апожбиев», обх дув Ιςορίας Υλαβεν. Temerarium ergo in his nimitum coniecturis indulgere. Vossius. Forte, Zeem. HEINS. Zelon, & Abaringue Cod. Coki.

v. 155. Ille wome] Munes malim, non thim credibile eft, illum iniecifie manum telo lafonis. fic apud Ouid. xxs. Metam, 386.

Oppositi deserane passiurae vulnere fronti.

sliud est apud Maronen, Ille meun mori*t*us selan srabis. Hanno. Vide ad Ouid. 21. Att. 284.

v. 196. Corner Halton, Visgilias lib. 1x. verf. 699. vales icahe sertines in other ex comes halfbelle Germus, Bul.

v. 157. Hinc Alyn Sed Halyn ex. Bon. & cod. Carrion. eft h. L. viri nomen proprium. ad voc. demests Corrius in margine lautlavit Stanlei, ad Aeschyli Suppl. **v. 646. Harl.** •

v. 157. Rigido wife Que fenfu hoc epitheron capiendum, docet Servius ad illa Virgil. x. Aren. 246. rigida Dryspen Jerie eminus befte, id elt, senens sene, non vibrans & iaciens, ira rigidae cohomoner & alia, de quibus ad Ouid. III. Fast. 529. pro sranscurrent tret in noftre codice desurrent BURMANN.

V. 152. Protinus infiguent Vet. cod. Protin & infignem, atque its a Poeta scriptum fuisse praestare aufim. CARRIOW. its quoque habet cod. nofter collatus. prosinus ex. Bonon. HARL, Huing loci restitutio Carrienis codici debetur. Protinus ante legebatur. Prothis quoque Naloni a me reftirutus lib. 111. Metam. 615. vbi plura, Heins.

v. 158. Cantuque fluenti] Vide Drakenb. ad Sil. x1. 416. BURM. post Dures cud. pre Darces, H.

ZS T. 160. 160 Pectine Bistoniae magnum post ausus alumnum.
Nec pharetram, aut acres vitra Tirynthius arcus
Exercet; socia sed disicit agmina claua.
Ac veluti magna inuenum cum densa securi
Silua labat; cuneisque gemit graue robur adactis;
165 Iamque abies piceaeque ruunt: sic dura sub ictu
Ossa

v. 160. Pettine] v. Perizon. ad Aelian. v. H. 111. 32. HARL.

v. 162. Exerces Eleganter dichum, de re, qua multum veimur, ita ve laffetur quafi, fic Propert. III. II. 34. Exerces seneras in fua dona manus. Ouica. xII. Mes 334. Nec prius abflicimus ferrum exerces cruore. Lucan. III. 692.

Incertasque manus istu languente per undas

Exercet.

sic exercere genas Stat. v. Silu. vlt. 25. Vulcamem Sil. I. 363. & similia. in Codice Coki erat, nes acres. Burm.

v. 169. Disiicis agmina claua] Sic ex. Bon. at disiecit, viciose, codex. Difficit, dezausic Carrion ex suo codice & Gifanius inde in Conlect. ad Lucres. v. Vitalia. Male Sabellicus deficis. Sic diffieit & disiicit variant in codd. Statii Theb. v. 590. ad quem locum vide egregiam disputat. in Obst. Miscell. Belg. vol. 1. pag. 181. HARL, Socia sed dissicit agmina claua elle veriffimant lectionem ex MS. Carrionis & loci sensu apparet, Alii male disiicit, aut dif-Vide quae de hoc verbe fidit. eleganter observauit Claudius

Offam molares dissicerens viuidi. ita enim in eodem illo MS. exaratum est, non diffecarent. Voss. Difficit ex suo codice Carrion. qued in neftris quoque inueni. sed frustra. Solebant veteres librarii, quoties duplex iota eccurreret, vnum ponere, fed elatius aliis literis: sic Grals pro Graiis, Inleit & Innleit pro Iniicit. Dislcit & Difslcit pro Disiieit, atque eiusmodi pallim etiam in antiquis marmotibus occurrunt, de quibus plura ad Maronem Tumus dicturi. HEINE. Disiicie reftum eft, vr fupra verf. 141. vode saepius Critici difficit, quod & noster codex agnoscit, formaverunt. vid. Barth. ad Stat. I. Theh.590. & x 11. Adu.12. Lamb. ad Cicer. pro Caelio. 16. Colu. ad Apulei. pag. 108, huic vero leco vi difficere minime conumit. non enim claus diffecamus agmina, sed disiicimus & diffipamus: fociam vero claum vecat, quam semper secum ferebat, & curus ope tot caedes ediderat, Buan.

MS. Carrionis & loci fensu apparet, Alii male disiicit, aut diffidit. Vide quae de hoc verbo eleganter obseruauit Claudius Puteanus apud Geuartium in Ele-liis lib. 11. 4. vbi inter caetera bis Prudentio hoc verbi restituit. Verissme. Nam & ego ita in optimo MS, inueni. Quibus tertium tempo MS, in

Osla virum malacque fonant, sparfusque cerebro Alber ager. leuis ante pedes subsederat Ichnon; Occupat os barbamque viri, clauamque fuperne Intonat: Occumbens, i nunc, ait, Herculis armis;

170

& infr. IV. 208. BURM.

v. 166. Spersusque cerebro Albet ager] Veroque mode solent veteres haec effecte, sparso cerebre agen, vel sparsus cerebra ager. Terent. Adel. 117. 2. vt cerebro dissereat viem. Donat. cerebrum & via dispergi potest, ideo videtur ambiguum. ve apud Virgil, ensemque cruore spumantem sparsosque. gliter enim dicitur spargite humum foliis. aliser, sparserat & latices fimulatos funtis Auerni. Horat. 17. Od. 14.

Primos extremos metendo Spargit bumum.

Onid. 11. Art. 135.

Compus oras (campunique facit) quem caede Dolonis Sparfimus.

Contra Virgil. v. Aeneid. 712.

Sanguine cernis adduc & sparft infe&a cerebro.

Idem Terent. Adel. v. 2. An tibi iam manis cerebrum dispergam. Vid. & infr. v. 219. albet dictum imitatione Virgilii lib. x11. 36. vbi vide Cerdam & hic Weitzium. fic & Ouid. 111. Fast. 708. 1. Fast. 558 & Claud. 111. de Rapt. 342. Burmann.

v. 167. Substederas labora] letmen ergo hic Cyzicenus fuerit, non Asgonzuez, filius Apollinis, quod & Carrion ad versum ab hoc ochavum notat infin. At quie credat Poetam tancopere in pominibus in voluife confunderen mala cum nunc Ur. ex. Bonon. HARL.

v. 166. Offa virum malaeque] Aldo hic legere, Ichnon. Zinz. vid. Heinfied Onid. 1v. Mot. 518. & Volkus subscribit. HARL. Vir eruditus nescio quis in ora codicis Veneti, Agmon. Regius codex, Ichino. Aldinus, Ichnon, bene. vtramque foripturam ex fuis etiam libris Baptista Pius profert. Idmon ferri hoc loco non potest, cum is paulio post sequatur. Heins. proleuis est in cod. iouis quod non. spernendum est. HARL.

> v. 167. Subsederat] Aptum insidis verbum, vid. ad Petron. cap. Xt. Burm.

V. 168. Clausque superne Cinvom MSS. Carr. ters. & quarts Vatic. alii claus. HARL.

v. 169. Occumbens, i, nunc? Vulgata lectio corruptissima est, occumbens & nunc. haec vero ver. cod, elegantissima & ironiae plena. Talis est illusio Pyrrhi Prismum occidentis, 11. Aeneid. [545. fqq.] Et Ascanii lib. ix. Aeneid. 1. nunc, & verbis virtutem illude fuperbit : fi vero istud donum est, plane Cyclopium (vt est in prouerbio) dicendum est. CAR-RION. Sic Carrion ex fuo codi-Nostri omnes cum vulgation occumbens & nunc. Puto,

> - occumbens for nunc, ait, Herculis armis

Donum ingens:

vel, fers nunc. pro mirabile denum mox Bulacus, memorabile. HRINE. Accumbens & nune Coki liber. Burm. Occumbes: 😝

170 Douem ingens, semperque tuis mirabile fatis. Horruitille cadens: nomenque agnouit amicum Primus, & ignarie dirum (celus attulit vanbris. Nectibi, Thessalicos tunc profuit, Grayte, reges Hospitiis, aut mente moras fouisse benigna;

175 Et laribus facraffe diem : procul aduenit Idmon, Oblatumque ferit, galeam cristasque rubentes,

Heu

v. 170. Semperque tuis memorabile fatis] Ita scripsit Poeta, non mirabile. Virgil, x. [829.]

Hes samen infelix miseram solabere martem.

Aeneae magni dextra cadis. Attius apud Macrobium libro VI. capite 1.

Nan tropacum ferre me a farti vire pulchrum eft.

Sin autem & vincar, vinci a tali nullam oft probram. Bul. Verum quidem eft, mirmit & menerabile facpe a libearite effe commutata, (vide ad Ouid. Iv. Met. 746. & VI. 12. & alibi) fed vulgata hic non mouenda. wirebile enim hic notat, vix posteri credent, ma fuifie hace fata, & dignum te fuisse, qui ab Hercule occidereris. Liu. I. 14. Fagee quoque, quae fimulanda erat, esdem equefiris pagna cauffam minus mirabilem dedit; id est, quae sacile croderetur. Bunn.

v. 172. Ignaris derum scelus assulis] Francius volebat, intulis. fed infert feelus, qui committit. edfort qui muntiat. sensus ergo est, schnonem ab hospite Hercule, quem agnouit moriens, occifum, aliis ante se occisis, cum venifiet ad inferos, nuntialle fe, cum Argoneutis pugnaffe. Bunn.

v. 175. Es laribus secresse dicus Proxime praecedentem. forte, fo-

v. 294. Fasis boc] Scribe, facis id defuis vuum, hoc deerat infelicibus fatis meis, vt Xenophonos, id est, occifor hospirum, vocarer, Plus. Argentorat. Basil. Lugd. fasis id. Pasil. & Boson. fusis iam. vet. cod. fasis boc. Sie apud Virgilium XII. Aeneid. Id rebus defuis vuum. GARR. Fasis iam noster & Coki codex, & Mafer. Iuntae & Aldi editiones. B. rursus ex. meum Bonon. habet fasis id, quod probo. HARL.

v. 295. Speraui] Stat. v1. 137.
Non boc Argolidum toesu circumdato mastrum
Speraui te, nate, sequi.

v. 295. Talisue reliqui] Potest etiam legi, relinqui. sperauine, hos viuos posse tales relinqui. Mas. Talisne. Heins. Relinqui codex noster. Burm. salisne correct, a dosta manu in ex Bon. H.

v. 296.

Has ego, amice, domos? quod fi iam bella manebant;

Et placitum hoc Superis: nonne haec mea iustius essent

Funera? meque tuus potius nunc plangeret error? Nec Clarii nunc antra dei, quercusque Tonantis

300 Arguerem talesne acies, talesne triumphos Sorte dabant? tantumne nefas mens consciavatum

> Conticuit, patriae exitium crudele senectae. Et tot acerba canens? heu diuis visa sinistris Regna mihi! quinam reditus? quae me hospita tellus

305 Accipiet? quae non primis prohibebit harenis? Inuide-

v. 296. Quod fi iam bella) Sunt qui emendant, qued si impia bella manebant. quare fi fato perire neceffe fuerat aliquem, & isla bella coelitus erant decreta, cur non potius ego perii? Prus. Pro co, and h ion bella manebant, puto, gued fs me bella manebant. Pius ait nonnullos legere, quod si impia bella manebant. HEINS.

٢.

v. 297. Nonne baec] Ita vetus codex. alii; non bacc. - Funera etiam omnes vulgati. vėtus codex, vulners. CARR. Putabam aliquando, nonne bic mea iustius iffent Funera, vt apud Propertium, [111.9.27.]

Issens Phligraeo melius tibi funera campe.

sed Carrionis liber, essent vulnere. vere. quare nil praeterea mutandum. HEINS. Nonne mea iufins effent meus codex, vid. Heinf. ad Ouid. Remed. 541. BURN.

codex. omnes vulgati, tuns me-, ex. Bonon. idque iure probant

Gruteri, vt ad Propertium scribit Gebhardus. Nec aliter in plerisque veceribus editionibus invenio. Reieci igitur Carrionis scripturam posius. VOSS.

v. 200. Arguerem] Virgilius xx. 164.

Nec vos arguerim Teucri, nec foeders, nec quas Innximus bospitio dextras, soes ista senettae

Debita erat nostrae. vbi erudite Cerda haec illustrat, etiam Flacci loco adducto. Burm.

v. 300. Talesne triumphos] Talesque Carrionis editio altera. B.

v. 301. Tantumque nefas] Tantumue maluerim. Heins.

v. 305. Probibebis barenis] Sic vterque Parif. Bonon. vero, arcebit arenis. vet. cod. vt exculum est, cobibemur. prima lectio Virgiliana auloritate defenditur, [I. Aen. 540.] Hospitio probibemur bav. 298. Tuus potius] Ita vetus renne. CABR. Probibebit denuo lins. CABR. Melins fuit in MS. Heins. ac Vossius. HARL. Tur-ВЬ

Inuidere dei, ne Phasidis arua remoti, Et Scythicas populatus opes, haec rursus adirem Litora; neue tuos irem tunc vltor in hostes. Fas tamen est conferre genas; fas iungere tecum

Pectora, & exsangues miscere amplexibus artus.
Vos, age, funereas ad litora voluite siluas,
Et socios lustrate rogos; date debita caesis
Munera, quae nostro missise Cyzicus igni.
Parte alia Clite laceras super ora mariti

315 Fusa comas, misera in planctus vocat agmina matrum;

Fatur & haec: Primis coniux ereptus in annis Cuncta trahis: necdum suboles, nec gaudia de te Vlla

bant hic notae Carrionis. nam in primis cobibebis adscribit Bononiensis, codici suo ascebis. in secundis contrarium, vt vides. quate quia cobibebis edidit, secundas modo exhibuimus. probibemar sine dubio vnice verum. Ouid. xtl. Met. 65. Probibent aditu litusque suentur Troes. vid. Heins. ad Ou. 11. Art. 335. cobibemus, cum retinemus, ne abire possur; probibemus, ne adueniant. Burm.

v. 308. Neue suos irem tunc vitor in bosles] To irem non placet,
quia proxime praecesseat, adirem.
Lege, ruerem tunc vitor in bosses,
vel, ferrer. HEINS. Nihil mutari
placet. locutio enim obuia ire in
aliquem. Sic inf. vi. 275. viii. 71vid. Heins. ad Ouid. III. Ep. 36.
Cicce. 11. ad Att. 7. ire in bominem cupiebam. in codice nostro
erat, nunc vitor. Burm.

v. 311. Vos age] lungitur particula age etiam numero plurativo. lib. v. vf. 539. vs. 213. Statius x. Thebaid. Ire age. BUL. Vide Barth. ad Stat. Iv. Theb.

775. & v. 137. vii. 612. x. 33. & hic Weitz. & v. 539. & vii. 93. Burm.

v. 313. Igni] Rogo. But. de Clite vide ad v. 11. HARL.

v. 315. In plantium vocas agmina] Vet. cod. in plantius. Virgil. Vocas agmina facua fororum. Can-RION. In plantius cum scriptis exemplatibus. HEINS.

v. 316. Farur & baec] Francius malebat, ad baec.

v. 317. Nec dum suboles Magnum foeminis solamen luctus, ex amissis maritis susceptife prolem, in qua viuam parentis intuerentur imaginem. Nota est querela Didonis ad Aeneam in Virgilio lib. 1v. Aeneid. vers. 327 sqq. BULAEUS. Suboles ex suo cod. dedit & probauit Carrion. adde Cellarii Orthogr. lat. p. 356. meae edit. & Lambin. ad Horat. III, 13. 18. vulgo soboles. HARL.

v. 317. Nec gaudis de te Vila mibi] Cerda ad Virgil. x. Aeneid, 325. vbi ostendit multis, gaudis de coitu & libidine sumi, hic quoque Vlla mihi; quis moessa tuos nunc, optime, casus Perpeterer, tenui luctum solamine fallens.

320 Mygdonis arma patrem, funestaque proelia nuper

Natales rapuere domos; Triuiaeque potentis Occidit arcana genetrix ablumta lagitta: Tu, mihi qui coniux pariter fraterque parensque Solus, & a prima fueras spes vna iuuenta,

325

quoque gandia ita capienda docet. sed pace fanctissimi lesuitae, qui certe ignorare illa gaudia deberet, nec ingenio in inuestiganda huius vocis lasciuiore signisicatione abuti, ego non tam impudentis oris fuisse Clyten puto, aut a Poeta formatam eius personam, vt iam diu nupta quereretur se a viro non tastam fuisse, & nulla gaudia de eo tulisse, etiam si ex sententia Euphonomi Cyzicus fuiffet μελλόγαμος. vt Sch. Apol. 1. 1063. fed mox coningem Vocat noster, quare cum Maserio gaudia de sobole, quod praecedit, capimus, ex qua longa maeribus gaudia, & quibus maritorum faepe mortes leuant & folantur, effe folent. fic lib. x. 421.

Si cui forte domi natorum gaudia.

fic saepe Albinouanus Liuiae gasdia de Druso-memorat. vers. 30.
37. & quis non liberos gaudia parentum vocauit? si ex mente Cerdae Clyre loqui deberet, legendum esset, mec gaudia de te Vlla
super. vt apud Stat. v1. 381. Tibi
nulla supersunt Gaudia. & vt infra, mori volens Medea lib.v11.
339. nec videris vlla iunentae Gain
die. sed de liberis agi ostendunt
seqq. quis moessa tuos casus perpeterer. vbi recte Pius illa Dido-

nis ex Virg. IV. Aen. affert. fi paruulus aula Luderet Aeneas. vnde Bulaeus suas copias instruxit. BURMANN.

v. 320. Mygdonis arma patrem)
Lege, Mygdonis, vel Mygdonis
ors. atque ita pro diuerfa lectione notatum in ora codicis Regii.
vulgatum nec Graecum est, nec
Latinum, mox inepte denue Carrion ex suis membranis, Fatales
rapuere domos, pro Natales. HEINS.
Si Mygdonis pro regis Mygdonis
capere liceret, vt videtur Maserius intellexisse, arma non mouerem, quod habent omnes codices.

v. 321. Fatales rapuere] Sic Carrion ex suo cod. sed nasales probat Bulaeus & laudat Turneb. x1. cap. v111. HARL.

v. 323. Tu mibi qui coniux, &c.]
De hoc blandimenti & folaminis
genere vid. Daufq. ad Q. Calabr.
lib. III. pag. 84. & Broukhuf. ad
Propert. I. x I. 23. qui inde Flaccum fua mutuatum credit. Francius malebat, Tu me; vt ad deforis referatur. Burm. Mox a prima etiam cod. fed a pairia ex. Bonon. Valerium omnia haec ex Honomero. Il. E. 414. fq. & a 725. fqq.
fomfife, pulcre docetur in Obif.
Misc. ad h. l. p. 167. conf. Wettstein ad Matthaei x II. 50. HARL.

 $\mathsf{Digitized}\,\mathsf{by}\,Google$

v. 325.

Deseris heu; totamque deus simul inpulit vrbem!
Ast ego non media te saltem, Cyzice, vidi
Tendentem mihi morte manus; aut vlla monentis

Verbatuli, quin & thalamis modo questa morari, Heu talem tantique metus secura recepi?

330 Illam vix gemino moerens cum Castore Pollux
Erigit

v.325. Totamque Deus simul inpulit vrbem] Opinor a Valerii manu esse, totaque Deus simul inpulis ira, me, nimirum, sic apud Statium Thebaid. 1x.

— ni fallor & ipse Inuidit pater, & tota Mars inpulit basla.

apud nostrum libro v. Sonsibus inpulsus Furiis Iason. & libro vi. Illum dea Marte secundo inpulitatque ita passim. Heins. Ego nihil mutandum censeo: nam sie noster saepe verbo impellere vittur. vt lib. v. 165. aetberias cum suppiter urduus arces smpulit. vi. 150. Impulit & dubios Phryxei velleris ardor Centoras. sie impulsa mater sup. vers. 265. Ouid. Ep. xv.133. Illuc mentis inops, vt quam saepe

rialis Erinnys
Impulit, in collo crine iacen-

te, feror.

Lucan. v. 756.

Si numina nostras Impulerins acies. VIII. 707.

Semel impulit illum Dilata Fortuna manu.

& ita ille saepe. ipse Heinsus videndus ad Sabini Epist. 1. 68. BURMANN.

v. 329. Heu talem] Id est mortuum, deuntinäe. Stat. x11. 336.

Vs salem nunc se complexa senerem.

sic in alia re infr. VII. 20. fed fe quoque talis abito. Ouid. I. ex Pont. IV. 49.

O ego, di faciant, talem te ternere possim.

BURMANN.

v. 330. Illam vix geminam] Ita omnes'vulgati. Vet. cod. illam via gemino. erant enim & Pollux & Caftor gemini, quos, vr habet Homerus in hymnis, in Taygeti crepidine peperit Leda, nubes latenter commixta nigranti Saturnio: louem autem Olympium patrem celebrant; de his Gatullus,

Gemelle Caftor & gemelle Caftoris, Romae in foro templum habebant pila fiue veruta tenentes, induti pileis more Laconum, & inde fratres pileati a Catullo dicuntur,

A pileatis nona fratribus pila.

Vide Lilium Giraldum, Syntag. De Castore & Polluce. verutorum meminerunt Lucanus lib. v111. Caesar. v. Bell. Gallic. Liu. I. ab vrb. cond. Prudentius Symm. I. & Nomius Marcellus. CARR. Ita quoque Balbus. legere iubet, & gemino, quod voc. Castori & Pollaci proprium est, iam habet ex. Bonon. HARL. Aldus iam gemino ediderat. adhaesit vitima litera vocis sequentis morens, vegemino, & ex geminom secerus deinde geminam. ad lib. 1. 285. Gatrion produzit, gemino frater

Erigit haerentem, conpressaque colla trahentem. Interea innumeras nudatis montibus vrguent Certatim, decorantque pyras; & corpora moessi Summa locant: vadit sonipes ceruice remissa;

335

cum Castore Pollux, memoriae, puto, vitio. Burm.

v. 331. Compressique colla trabentem] Hoc fortassis ad id trahendum est, quod Apollonius air, Clyten sibi mortem consciussis laqueo, qui etiam ipsus sunus celebrat, tametsi eius rei non meminerit Valerius. CARR. Ego puto colla mariti compressa, vel comprensa, ve alii, traxisse Clyten, dum erigeretur a Dioscuris; & hoc baerentem sirmat. ita baerera, & amplessi coniungi videmus libr.
1.316. & supra vers. 4. Compressis hoc sensu vitur lib. 1.491. eadem varietas infr. v. 609. Bur M.

v. 332. Nudatis] Vt amiciri & vestiri montes atboribus & satis passim dicuntur, ita eleganter etiam nudari. Sil. 111. 640.

Iamque vbi nudarunt silua densissima montis.

XVII. 503. filuis mantes nudasse vocasis, exuere dixit Stat. Iv. Sil. III. 50. Hi caedunt nemus exu-untque montes. & exutos montes 1. Achil. 427. spoliare Ouid. xvi. Epist. 107. & Lucan. v. 395. & spolia ita dici ostendit Heins. ad Claud. II. Rapt. 139. Burm.

nos, canes, aues, & huiusmodi coniecit in pyram defuncti. Quin nedum cara corpora in pyram coniiciebantur, sed vxores apud Orientes in sepulchrum mariti profiliebant. vt M. Tullius & Propert. III. xI. IS. enarrant. &c. Pius. Ita male omnes vulgati; cod. vet. & corpora maesti. CARR. Pius hie scribit, postea sequuntur apud Poetam, quare corpora hic funt cadauera, quae fumma locantur, id est, in summis verticibus pyrarum, nam male Pius, ii sempora legendum, maxima & praecipua, si corpora cara explicari vult. tempora locare eo fenfu, quo Pius vult, an Latine dicatur dubito, quare corpora retinui, quae cadauera proprie notant. vt ita fumitur apud Suet. Aug. cap. Cr. Virgil. II. Aen. 557. Albin. in Druf. vers. 167. & alibi. vid. Pric. ad Apulei. 11. Met. p. 126. & Graecis vlitatum hoc fensu suun. vid. Schol. Homer. Iliad.A. vf. 115. & II. H. 79. & Tzetz. ad Lycoph. vf. 41. & Grot. ad Euang. Luc. XVII. 37. & alios. indicasse enim sufficit. sempora vero & corpora confundi vidimus lib. 11. vf. 324. BURMANN.

v. 334. Ceruice remissa] Id est languida, non erecta. Stat. v. 396.

Manibusque borrore remissis, Arma alieno cadunt.

vt & 1x. 869. ere remisso. v11. 60. & 1x. 151. vid. infr. v1. 252. equos etiam in exsequiis magnorum virorum iuise, docet hic Weitzius exaliis, quos laudat. B.

Bb 3

v. 335.

335 Venatrix nec turba canum, pecudumque mo-

Funereae quae cuique manus, quae cura fuorum, Quae fortuna fuit. medio rex aggere longe Eminet; hunc crebris quatiens fingultibus ora Adleuat Aesonides, celsoque reponit in ostro.

240 Dat pictas auro atque ardentes murice vestes,

Quas

v. 335. Turba | Turma pri. Vaticanus. Herns. Quo alludit nofler, qui, turnis, vitiofe. Bunn.

v. 336. Funereae quae cuique manus] Heinfius voluerat, moransur funercae, & cuicumque manus, quae cara suorum, Quae f. f. vt lib. 1. 812. quin fida manus, quin cara suorum Deripiat senem. in notis & Pius, quod cuique carum fuit. nec repugno ; fi to fuerum non impediret sensum, in nostro erat. funereaeque cuique manus; cottuptum ese puto versum; nec sensum aptum inde eruere possum, & interpretes tacent, praeter Pium, qui dicit dona fuisse defunctis idonea, hoc credo, sensisse nostrum, sed addit ellipsin effe, scil, erant praesto & prae manibus. fed hunc fenfum verba non reddunt. manus funereas potius fervos, qui domini rogo iniecti fimul cremabantur, intelligerem, fi hoc moris fuisse pateret. quae cura fuorum explicat, quod magis curabant ex suis facultatibus, sed alios notat legere cara. Burm.

v. 337. Quae forsuna fuit] Legit Sabellicus, quae furtiua fuit, quod sibi soli & suis Musis scriplit: nemo enim alius intelligit. CARRION. Non credo Sabellico id vmquam in mentem venisse, sed a Maserio, qui, sine certo versium numero cum adnotationes Sabellici reperiffet scriptas, nesciit an buic, an vers. 341. attribueret, vt ex eius notis apparet. quae fortuna, id eft, vt re-& Pius, pro sua cuique sonuna. vt saepe Ouidius. Quae ins nequisia eft. vid. ad 1. Ep. 75. totum locum mallem legere ita,

Funereae dein cuique manus, quas cura suorum,

Quae fortuna fuit. Id est, deinde post regium sunus vnicuique adfuerunt manus, id eft, turbae comitantes, prosequentes & ita funus parantes, vt fueratille cura fuorum, id est cognatorum vel amicotum, & prout eius fortuna & status fuisset: vel maior, vel minor erat turba & apparatus, prout dilectus fuerat, vel fortunatus. Burm.

v. 337. Aggere longo] Vet. cod. aggere longe, vt referatur ad verbum, eminet. CARRION. Ita iam coniecerat Pius, vel seribendum, medius rex aggere longo Bainet. BURMANN.

v. 340. Das pictas] Morem hunc dona imponendi in rogos, quem plurimi illustrarunt, egregie exhibent illa, quae tradit Aelian. VII. Var. 8. & quae ibi adnotarunt viri docti. conferri autem hoc Cyzici funus debet cum Archemori apud Stat. lib. v1. v. 203.& feqq. dat piceus erat in nostro codice: perperam, Burm.

v. 340. Ardenses] Ardensi Regius. Heins.

v. 341.

Quas rapuit telis festina vocantibus austris Hypsipyle: galeam dilectaque cingula regi Iniicit:

v. 341. Rapuit telis furtiua] Clanculum dona dedit Hypfipyle, pudore mulieribus ingenito tegens amorem. non desunt, qui formofa legunt. funt qui, fun-Gura, vt fignificet elaboraturam, & opus id perfecturam Hyplipylen, nisi moleste ac intempestiue abnauigasset lason. prisci codices habent, fortuna Hypfipyles pro infortunio. est enim casus fune-Rus deseri, ab amante praesertim. Prus. Vulgati, formosa vocantibus, vbi Sabellicus cum libro Bonon. legit, furrius vocantibus, anod Maserius interpretatur, veftes ab Hyplipyle furtim textras fuiffe. vet. cod. festina vocantibus, properabat enim, propterea quod & ventus & socii lasonem vocabant. CARRION. Quas rapuis selis festina bene Carrionis liber. vulgati, formofa. scripti nofri, forsuna. Pii editio, forme-A. iple fundurs in nonnullis codicibus ait exstate, vel fortuna. ad Nasonis Epist. xxx. vs. 74. monui praeterea videri scribendum, telae festina. nam in Regio, Quas raquit telas fortuna. apud Statium Epicedio patris. laudum festimus & audax Ingenii. Festimus voti pater Theb. vt. & genetrix festima voti apud Claudianum Iv. Consulatu Honorii Augusti. repuit veftes, raptim feltinauit. fic rapere viam, fugam, & similia libro IV.

lam focii lactis rapuerum vincula votis. Hains.
Tò rapuit minime formofae convenit, rectius quidem furtinae, fed omnino requirit festinam, quod & fimul congruit res; vocan-

sibus Auftris, quae inuitant na-

vigationem, & moram negant. wecare enim venti dicuntur cum profiere flant, vt fupra 11. 372. fic in eodem verfu rapsus praeceps (id est festinus) & wecare, vt hic, coniungit Ouid. x111. Ep. 9.

Rapeus es binc praeceps, & qui tua vela vocaret,

Quem cuperent nautae, non ego, ventus erot.

Sicut supr. vers. 3. alta vocans, its flustus apud Ouid. Rem. 532. plura vid. apud Barth. ad Stat. 111. Sil. 11. vers. 50. & Stat. lib. v. Theb. 468. clementior auster Vela vocas. & ita Sophocl. Philoct. 472. naugh; γλη απλέι πλόν μη lg kπόπτυ, μέλλον η λγγύσεν αιαπίν. peseuses vela authros infr. vs. 700. noster dixit. Burm. v. omnino Tibull. 11. 1. 66. & Broukh.

v. 342. Delettaque cingula regui Iniicir] Regui Pius e prifcis codd. laudat atque interpretatur, lafonem obtuliffe cingulum aureum vet purpureum, quo diadema circumnettitur. fed melius regi iam in ex. Bonon. HARL. In Regio, delettaque cingula regui. fcribe, & galeam dilettaque cingula regi Iniicis. fic apud Silium Italicum libro primo,

Quem postquam diro suspensum robore vidit

Deformen lethi, famulus clam corripis ensem

Dilectum domino.

ita illi versus ex optimis membranis scribendi. regi & regni Pius agnoscit: deinde vulsum conversus. nam vulsus canversus asperum & durum sonat. lege vultum, quod est mollius, vel vulsu, quod volebat sohannes Columbus. Hzins.

Bb 4 Vultus

Iniicit: ille, suam vultum conuerfus ad vrbem, Sceptra manu veterum retinet gestamen auorum.

345 Nam quia nec proles, alius nec denique sanguis, Ipse decus reguique refert insigne paterni. Inde, ter armatos Minyis referentibus orbes,

Con-

Vultus etiam noster codex, quod quidem per graecismum potest defendi, sed vultu propter sequens conuer sus mallem. vid. Cl. Drakenb. ad Sil, Ital, x111, 2, cetesum notabilis hic locus, qui morem, quem adhuc alibi memoratum nescio, nobis refert, quo vltimus ex familia regia, cui neque filii neque cognati erant, impolitus rogo regni infignia secum ferret cremanda & abolenda, cui fimile quid hodie illustres nobilitate gentes facere confueuerunt, vbi vltimus masculini sexus ex sepulcro condi solerfamilia fimulque cum eo infignia gentis obrui terra. & hoc notat hic verbo retinet, id est tenere mortuus perseuerat, quae viuus tene-Pius explicabat, quasi moris fuiller, regis filium regio ornatu adlistere funeri patris, qui quia non erat, ipse Cyzicus erat ornamentis regiis decorandus. quod nescio an verba Poetae velint. cingula etiam malo intelligere, quibus cingi solebat ad bellum iturus, quam de diademate. vid. supr. vers. 141. & Virg. XII. 942. Barth. ad Stat. x11. Theb. 440. hic regni legens, colligit cingula habuisse insignia regni: quae qualia fint, non explicat. gemmata & bullata fuisse ex Virgilio & aliis constat. sed insignia regni erant sceptra, quae decus & insigne vocat noster, insigne pro armis poni ex Tiraquel. de Nobil. v. vr. num. 18. docer hic

Weitzius. retinens etiam noster codex. Burm.

v. 346. Inligne paterni] Sunt qui paterni scribunt. codex antiquus habet, parentisque. quod defendi potest. nec est hypermetet propter vocalem sequentem primam supersluentem excipientem significat illum vicem regni, id est filit regis & patentis impleste. Plus. Pius tamen dedit parentis, vti est in ex. Bonon. Harl. Paterni primum in Cartionis editione vidi, neque is monuit, verifumsisse. picce a Pio poturis sumsisse. licet a Pio poturis sumsisse. parentis, nist quod Aldus, parentimque. Burm.

v. 347. Inde per armater] Scribendum cum Rhodio lib. 1. 1057, ser. ab armatis videlicet Minyis, ter circa tumulum reuolutis, parentatum effe Cyzico. Prus. Egantius non tardo ingenio ser cortigit. quod est sententiae Papinii libr. v1. 215. satis congruuma

Lustrantque ex more fluistre Orbe rogum, & stantes inclinant puluere flammas.

Ter curuos egere sinus, &c. & Virgil. in x1. [185. sqq. coll. Hom. II. ¥154. sqq. col. 788. sqq. HARL.] Homerus quoque ait, Myrmidones ter circum Patrochum mortuum lugentes equos suos egisse. Hae modo non observamtur ceremoniae oinnes. constattamen tela sepulto principe ad tumulum constringi, proclamante Domus regiae praeseso, collapsam

Concussi tremuere rogi: ter inhorruit cether, Luctificum clangente tuba: iecere supremo

350 Tum clamore faces. rerum labor omnis in auras
Soluitur, & celfis conlucent aequora flammis.
Scilicet haecillo iuuenem populosque manebant
Tempore; Peliacis caderet cum montibus arbor;
Hoc volucrumque minae, praesagaque fulmina
longo

355 Acta mari tulerant, sed quis non prima refellat

pfam effe domum principis, aut baculum, aut telum aliquod. Mas. ser ex Virg. & Apollon. Rhodio legerunt Carrion & Balbus, HARL.

v. 348. Ter inherruit eether] Nescio qua editione vius fuerit Chr. Wasius, qui in Senario suo cap. v. hunc versum producit, vt probet syllabam natura breuem produci ante vocem ab adspirata exersam, & ita citat,

Concusto tremuere rogin ter bor-

Sed non vnicum id est negligentiae in illo libro, vtili aliter & laborioso, vestigium, vid. infr. VI. 152. BURM,

v. 349. Supremo Cum clamore]
Ilicer. Caetera erudite illustravit Lampertus Alardus. But., Immo puto supremum hunc elamomem suisse, quo ciebant nomen
desuncti, de quo more omnibus
constat. Burm.

v. 350. Rerum labor omnis m mrns Solnitur] Placet emendatio Gronouit, regum labor. Regum hoc est Argenautarum, vt supra.

praefixaque regum Scuta videt: & alibi faepe. Reges autem Argonautas a Poetis dici arbitror, non quod reuera tales essent; sed quod

omnibus olim dynastis regum nomen tribueretur. Bene Proclus ad illud Hesiodi, ερνων κοὶ ἡμεροῦν; — μέγα κυλείνων βασιλῆσε δὰνοῦν τὸς δικανός κοὶ τὸς ἄρχοντας λέγει, ὅτω γὰς ἀυτὸς διάλυν οἱ παλλικι, ὡτω γὰς ἀυτὸς διάλυν οἱ παλλικι, ὡς κῶμης). ὡς κῶμης). ὡς κῶμης.). ὡς κῶμης.).

'ΑΜ' ધτοι βασιλήες Αχαιών είσλ καὶ άλλοι.

Vossius. Regum Gronou. Observat. libro 1. cap. xv. Argonautas & alibi reges appellat, mihi aliquando videbatur legi debere, operum labor. vt rogum intelligat ab Argonautis constructum. deinde 78 Tum clamore non debuit mutari a Carrione ex cod. suo in Cum. HEINS. Rede Gronouius. ita rerum & regum etiam apud Ouidium vidimus commutari. sic Ep. Iv. 125. pro pulcherrime rerum, in MS, nonnullis est, regum. & apud Sil. Ital. xIV. 669. pro moenia regum, codices etiam rerum habent. reges autem Argonautas & alios Heroas dici constat ex infinitis nostri Poetae locis, vid. ad lib. v. 497. BURMANN.

v. 355. Alla mari] Heinfius & Francius codici fuo adferipferant, ialla. fed vide, quae diximus ad lib. 11. 179. fulmine erat in codice nostro. Bugus.

Bb 5

v. 359.

Monstra deum, longosque sibi non auguret an-? son

Iamque folutus honos cineri: iam passibus aegris Dilapsae cum prole nurus: tandemque quiescunt Dissona peruigili planctu iuga, qualiter Arctos

460 Ad patrias auibus medio iam vere reuectis Memphis, & aprici statio silet annua Nili. At non inde dies, neque iam magis aspera curis Nox

litora, sunt qui inga substituunt. earum migratione frequens Poe-Prisca tamen exemplaria repu- tis comparatio. vid. Seru. & comgnant. Prus. Inga ex. Bon. al. ment. ad Virgil. x. Aca. 266. & nempe, montes Cyzici, & pro- Barth. ad vir. Theb. 287. & xn. bat Heinsius, vaga Ald. & lunt. 516. & quem ibi laudat, Daus-HARL. Sed quia Nilus sequitur, nescio an non vada, quod & Cod. Coki agnoscit, praestiterit. vid. lib. vr. 140. Burm.

V. 359. Arces Ad patrias] Legunt Bononiensem codicem nacti, Artios, qued profecto non displicet: funt enim quaedam aues peregrinae, vt Ciconiae, Gruesque & aliae pleraeque, quarum meminit Plin. x. Nat. Hift. quae instante hyeme Arctoas regiones frigidissimas relinquunt, Aethiopiam, Aegyptum Arabiamque petentes, & eaedem medio iam vere ad Arctoas partes renehuntur. &c. MAS. Pro qualiter agros Ad patries, arces patries pri. & quattus Vaticani cum Oxoniensi & editione Pii. tertius, artes. Regius, Arties Ad patrias. quomodo Aldinus codex & vetus editio Bononienfis, & Pius quoque Baptista adgnoscunt, optime. vulgati, arces Ad patrias. agros patries Carrionis libro debemus. HEINS. Quaecumque lectio eligatur, Thracia, & Strymon intelligenda, ad quem dicuntur Grues aestate ex Aegypto trans-

v. 359. Vada] Aquae maris & volare, est enim ab his auibus & queium. Burm.

> v. 36t. Aprici statio] Ne legas, Spatio. MAS. Male: vtrumque Parif. habet, fpatie files. CARR. Hinc firmari posset lectio apud Phaedr. I. 30. Eft flocie feparata, ac diner fum genus. vbi vide. Apricum vocat Nilum, ve tepertem Propert. 11. El. 24. & tepidum Lucan. 111. 199. in hac eadem re. Bunm. Statio etiam Bonon. HARL.

v. 262. At non inde dies] Legit Sabellicus, at tune, minusque apte fentit: dicendum, # non, & at nunc. Legam tamen, nec puto minus apte, as non: & fenfus etit ifte. fed nec dies, nec asperior hox liberat Argonautas ab imagine caesorum, conscii siquidem homicidii ssidua cura affligebantur: hofpitii foeders violauerant, ceciderant amicos, regem de se bene meritum interfecerant, vnde nec die nec 20-&u poterant quiescere. Mas. Maserius legit, as unne, nostram lectionem minime commode putang exponi posse. CARR. Immo Malerius, praefert, et non. B. 7. 262.

Nox Minyas tanta caesorum ab imagine soluit.

Bis Zephyri iam vela vocant; siducia moestis

Nulla viris: aegro adsidue mens carpitur aestu:

Necdum omnes lacrimas, atque omnia reddita caesis

Infla

v. 362. Neque magnis] les vet. cod. alii omnes, iam magis. CAR-RION. Non reiicio plane hanc lectionem quam ex MS. depromfit Carrion. Praeferrem tamen omnium editorum ante scripturam, quae est:

Neque iam mogis ofpera curis Non Ple.

Nist illud iam displiceret. Censeo enim id a sciolis insertum metri fulciendi ergo, cum in MSS. invenissent. — Neque magis aspera curis Non Cc. vnde legendum erat Non Cc. & hoc verum est. Voss. Neque magnis aspera curis enuo Carrion. vulgati, neque iam magis, scripti nostri, neque magis. Puto, neque iunnibus aspera curis: pro, at non inde dies, malim, at non inde quies. Heins. Mihi placet

As non inde dies, neque iam magis aspera curis

Nex.

Nox enim auget femper curas, timorem & fimilia, fic infr. vf. 575. denfam interes defendere notiem

lam maiore met x.

Laodamia apud Ou. x111. Ep.104.
Tu mihi luce dolor, tu mihi
nolle venis,

Note samen, quam luce magis. Vid. supr. 111. 207. 11. 38. quies & nox idem faepe notant. Bunm.

v. 363. Caeforum ab imagine] BURMANN. Vetus codex, laeforum ab imagine.

non placet. CARR. Lacforum ex. Bonon. HARL.

v. 365. Carpitur aestus de plerique vulgares. Vetust. Paris. casaitur aestu, quae non est prorsus reiscienda lectio: quod enim homini potest este gravius stagellum, quam ve habet Satyricus,

Notte dieque suum gestare in pe-Hore testem.

CARRION. Animi aessus, quasi maritimorum slustuum, pro exagitatione curarum plurimi dixerunt. Princeps Poetarum IV. Aeneid. [1.2. qui vero versus multo aliter leguntur, ac Carrion &
Bulaeus memoriae lapsu citarunt.
HARL.]

As regina grani iam dudum carpitur acfin.

Ibidem: [vill. 19.] magno curarum fluttuat aestu. Idem Ciri vs. 340. His vbi sollicites animi relevaneras aestus. Apuleius lib. v. As Psyche relicta fola, nifs quod infestis Furiis agitata sola non esta aestu pelagi similiter maerendo stu-Quat. Quod autem Carrion cum Paritienti codice pro carpitur, caeditur eligit, ingeniose facit, non rede. Bul. Censeo Valerium dedisse, aegra assiduo mens carpisur acfin. Heins. Rece: ita acgra corda sup. vs. 74. acgrum car v. 132. & 264. segra pettora curis vr. 623. & fundia pastim.

v. 367.

Iusta putant: patria ex oculis, acerque laborum Pulsus amor; segnique iuuat frigescere luctu. Ipse etiam Aesonides (quamquam tristissima rerum

370 Castiganda duci, vultuque premenda sereno)
Dulcibus indulget lacrimis, aperitque dolorem.
Tum secreta trahens Phoebeum ad litora Mopfum:

Quaenam, ait, ista lues? aut quae sententia diuum?
Decretusne venit sato pauor? an sibi nectunt
375 Corda moras? cur iam inmemores samaeque

larisque

Angi-

v. 367. Patria exoculis] Patriae praestiterit. videlicet pulsus amor. HEINS. Sed pulsus ex oculis an recte cohaeteat dubito. pro quo in nostro codice erat, dulcis amor. BURMANN.

v. 367. Sacer asque] Sic vulgati: vetus codex, acerque. CARR. Sacerque noster: repetita litera f fuit ab vltima praecedentis vocis oculis. BuRM.

v. 368. Frigefcere] Vide ad lib.

v. 369. Tristissima rerum Varie voi veteres illo vocabulo rerum, vet saepe iam vidimus. vid. lib. r. 725. est vero hic idem, quod calamitates, casus acerbi. ve Virg. 1. Acacid. 182. fessi rerum. vbi Seruius, rerum a fortuna venienzium. & lib. xII. 589. Illae insus srepidae rerum, id est, proprer casum, qui incidebat, periculum. Burm.

v. 370. Vultuque premenda fereno] Ad Virgiliani Aeneae exemplum, qui, Spem vultu fimulas, premis altum corde dolorem. Burm.

v. 371. Dulcibus indulget lacrimis].correxerat Heinfius, ingibus. fed non puto hoc verbum placuiffe Valerio. & dulces funt lacrimae, quia ve Ouidius ait, est quaedont flere voluptas, & lacrimis explotur & egeritur desor. quod postea etiam Pio placuisse video. Bur M.

v. 374. Pauor] Maluerat, labor Heinfius, forte recte, ita lib. 1v. 704.

Heu quis datus ifte deorum

Sorte labor nobis.

ita apud Lucan. VI. 492. Quis laber bic superis, in MSS. reperi quatuor, pauer. Pius pauerem explicat torporem, segnitiem. malim, quod pauerent viterius iter per Pontum ad gentes barbaras. B.

v. 374. An sibi nessunt Cordo mores | Scribe, fibi. an, inquit, corda nostra timent spontanea pavore muliebri ac inutili. Ptus. Sibi Ald. quod Vossus & Heinsius probarunt: prior reposuit. H.

v. 375. Cur immemores] Cur imm immemores ante Carrionem editiones prificae. forte, cur saus, vt legisse quosdam ex Pii notis potest colligi, qui corrigit, cur iam, pro cur sam. Bur M. cum iam immem. ex. Bonon. Harl.

v. 378.

Angimur? aut pariet quemnam haec ignauia

Dicam, ait, ac penitus caussas labemque docebo, Moplus; & aftra tuens: Non si mortalia membra. Sortitusque breues, & parui tempora fati

380 Perpetimur, socius superi quondain ignis Olympi;

Fas ideo miscere neces: ferroque morantes Exigere hine animas, redituraque femina coelo. Quippe nec in ventos, nec in vitima soluimur ossa:

v. 378. Mopfus & aftra tuend] In Octauii Mirandulae viridacio Hlustriam poetarum pag. 195. video citari, Mopfus ad oftra suens. BURMANN.

v. 379: Sorsieusque breues] Brevis, & perpetitur castigat Pius. non fequor. HEINS. Stat. #11. Theb. 555.

Hominum, incly'e Thefen; Sanguis erant, omnes codemque in fidera, eosdem .

Sorsitus animarum, alimentaque, vestra creasi. Burm.

v. 380. Socius Superi Ignis Olympi] Haec omnia fere Virgilio deberi, ex lib. v1.730. [íqq. vbi vide interpr.] recte notat Maierius: es enim sapientum opinio, animam diuini ignis particulam, vigorem omnem ex coelesti semine & origine trahere, & deinde corpore solutam eo, vnde demissa erat, redire. plena funt Poetarum. volumina huius sententiae. vid. Ouid. 1. Met. 81. Minil. lib. 1. 756. & Iv. 882. Sil. xv. 71. Rutil. Einsdem haerescos effe videtur Itiner. pr. Senec. Suafor.111. Vell. 11. 123. plura vid. spud Column. ad Enn. p. 164. Meurs. Spicil. Theocrit. p. 138. Weitzium adh. eloquentissimus Aonius Palearius, 1. Barth. ad Stat. 11. Theb. 63.vr. rationibus ex intima Philosophia 882. & VIII. 324. Pius feruata petitis. CARRION. Haec fuffu-

lectione perpetimur, subintelligie est. male; perpetimur socius ignis, dictum vt, eamus cinitas, & fimilia. de quibus vid. ad Quid. v. Met. 343. Burn.

v. 382. Exigere binc animas] Has animas Coki codex. vid. ad lib. 1.675. de verbo vero exigere inf. lib.vi. 572. BURM. eft Graccorum igáyer. HARL.

.v. 383. Quippe net in ventos] Haec ita dicta funt a Poeta, vt elegantius & maiori cum pietate dici nequiverint, diverfum fane fentit Lucrerius lib. 111. de rerum nat-

Ergo dissolui fic conuenis omnem animai

Naturam, ceu fumas in altas aeris auras.

Item alibi.

Morsalem samen banc animam fateare necesse est.

Net refert, verum pereas disparsa per auras,

An contracta suis e partibus obbrutescas.

Plinius lib. vi. cap. 11. De animarum autem immortalitate dodiffime scripsit, ac nostra aetate ratus

Ira manet, duratque dolor: cum deinde tremendi 385 Ad folium venere Iouis, questuque nefandam

Edocuere necem; patet ollis ianua leti; Atque iterum remeare licet : comes vna sororum Additur, & pariter terras atque aequora lustrant. Quisque suos sontes, inimicaque pectora poenis

390 Inplicat; & varia meritos formidine pulsant. At quibus inuito madnerunt fanguine dextrae, Si fors saeva tulit miseros, si proxima culpae,

nis cur offa vocet, quaerst quis. ego puto, quae cremato corpori, & in ventos vel auras dispersae animae, superfunt, & vrnae inclusa reliquias hominis ostendunt. BURMANO.

v. 384. Tremendi Ad folium venere louis] loui, vt regi, folium tribui vidimus ad Petron, cap.LI. & de loue Fulger. CxIV. Hic tamen an cum quibusdam, ve notat Pius, Stygium louem intelligere debeamus, videndum; an superum, ad quem anima, coelo quondum demiffa, redit, querens necem insultum. fed prius malo, quia ianua lethi, qua ad inferos venerunt vmbrae, iterum patet, & vna Sororum, id est Furiarum, quibus sedes sunt inferi, illis comes additur. ianna letbi etiam infra occurit lib. iv. 231. Bun.

v. 387. Sororum] Id est, Furiarum. vid. Heinf. ad Ovid. Iv. Met. 470. & infr. v1. 667. BURM.

V. 389. Suos fontes] Sontes, qui illos laeserunt, vel occiderunt. & hoc ex Virgiliano lib.vi. 743. Quisque suos patimur manes. quae verba diuersis modis interpretaneur. sed rectius Lutatius ad Stat. VIII. Theb. 84. quisque poenas

ratus Maserio Carrion fuit: vlei- rias, fecit antiquitas exactrices, quie funt flimuli conscientize. & hanc interpretationem firmat imitatio Paullini, qui Poemate v. 55.

Tactum fi poenites, aleague sensus.

Formido excrucios, tormentaque Sera Kebennae

Ansicipat, patiturque suos mens Saucia manes.

Pius hic multa inepte congerit, vt probet, quemque suum habere daemonem adtignatum, qui plectat sontes, & adducat ad iudicium dei, ex Platonicis accommodans quaedam ad purgatorium iudicium. Burm.

v. 390. Pulfant] Pulfat legitur a Pio. Hains. Petron. fragm. rumoribus oppida pulsat. vbi vide. B.

v. 392. Si fors faeua sulis miseros sed proxima culpa Haec valde mendosa sunt. nec iuuant libri veteres. nisi quod in iis fors. corrigatur meo periculo,

Si fors laeua tulit miseros, 🕃 proxima culpae.

v. ad Ouid. 1. Art. Am. 395. Phaedrus lib. 1. Fab. 10. Negabat illa se effe culpae proximam. vbi vide Scheffer. Emenda Tacitum Hift. 1. c. 67. Caecina belli avidus proximum quemque sulpae, antequam patimur fibi debitas, quarum Fu- poeniteret, vitum ibar. fic lege. nunc

Hos variis mens ipsa modis agit: & sua carpunt Facta viros resides: & iam nil amplius ausi, 395 In lacrimas, humilesque metus, aegramque fatiscunt

Segnitiem: quos ecce vides. sed nostra requiret
Cura

mune 'circumfertur , proximam quanque culpau. Apuleius Apologia; cuius magnisudo vel minimam reprebensionem proximam crimini espernatur. ibidem. res neque culpae neque crimini confinis. HEINS. In notiro codice erat, fi sors sama enlie miseros, si proxima culpae. multo elegantius repetita particula B, quae idem notat quod five. vr Caro de R. R. 129. f Deus, f Dea, Ouid. x. Ep. 91, fs mare, fs serras, porrectaque litera vidi. & 11. Met. 298. fi fresa, **fi terrae pereunt,** fi regia coeli. vid. ad III. Amor. IX. I. lacks tamen potest retineri, id est infelix fors, quum non sponte in caedes, sed fato & forte quis fertur, quae non quidem culpa, fed proxima culpae est. sed & fuena, quae in mileros & inuitos quafi saeuit. emendatio in Taciti loco non placet I. Gronouio, vt nulla fere ab Heinsio profecta. Bunn. Calpae iam emendarunt Balbus ac Voffius. Si fors facua tulit miferes vel proxima culpa legitur ac fignis parentheseos includitur in ex. Bonon. vbi vel lectionem cod. Burmana. fe firmat, quod prior lectio interpretamentum posterioris verae quae si, quod facile in fed mutari poterat, esse videtur. Iseus est a coniectura Heinfii, faevero constans, & vera librorum lectio, reposui itaque fors seens – fi proxima culpae. HARL.

v. 393. Agit & Vulgati, agitat. melior est altera lectio. CAR- RION. Reche: agare enim est verare, inquietare. sia furor agis.
y11. 36. terror 11. 361. lues v. 15.
sopor. v11. 143. Quinctil. Decl.
CCCXIV. agis aliquis deorum. Liu.
XXXIX. 15. Non illos (Deos) qui
prasis & enternis religionibus captas mentes, velut furialibus simulis ad omne stelus, & ad omnem
libidinem agerens. Quid. 11. Mot.
13. quae te Germane furentem
Mens agis in facinus. & XIV. 750.
quom iam Deus vitor agebas. vid.
ad 11. Att. Amat. 496. Burm.

v. 394. Falla viros refides] Male haec distingui & legi puto. quare ita constituo,

Hos variis mens ipfa modis agis & Jua carpuns

Facta viros: refides & iam nibil amplius aufi,&c.

Sua facta carpunt, & dolore & poenizentia confumunt viros. nifi quis fars malit. tardi deinde, nec feroces vt antea, fed nihil poftea aufi, lacrimis, metu & fegnitie marcefeunt & conficiuntur, Burmann.

v. 396. Quos ecce vides] Qualem ecce vides, puto. HEINS. Sed ques notat quades: indicat, vt reage properties and put forte illa facua illati in caedes erant, & qui, nifi expiarentur, in eo erant, vt in fegnitiam & metus lapfi, nihil pollea auderent, fed carperentur factis suis & conkientiae stimulis. BURM.

v. 397.

Cura viam, memori iam pridem cognita vate. Est procul, ad Stygiae deuexa silentia noctis, Cimmerium domus, & superis incognita tellus,

400

v. 397. Memori iampridem cognita vate] Scribendum vtique, memori vistae. hoc est augurio & praesigio nostro. similem locum castigavi libro iv. vs. 437. vbi vide. possis etiam, memori favo. Heinstus. Ex huic soco distinstioni subuenici potest,

Sed nostra requires
Cura viam. Memori iam pridem
cognisa vasi

Eft procul, Sc.

quid enim est, cara cognita vate? fed quia alias etiam sacra illa lustralia peregerat, hinc ipsi cognita illa domus Gimmerium & Celeneus, qui ipsi retexerat. Vari est in codice nostro, meminit ergo Mopsius huius viae, siue modi expiandi, 'qua antea vsius erat, Pius dicit, quosdam haec ad alium vatem memorem; id est, qui memoria illa tenebat, seferre.

v. 399. Eumenidum domus] Ita Vet. cod. an vero ea lectio, quam omnes vulgati libri habent, Cimmerium domus huic praeserri debeat, ignoro, certe mihi non seque ornata videtur. fi quis tamen eam malie, dicam de Cimmeriis quod in mentem venit. Ptolemaeus lib, 111. Cimmerios in Sarmatia Aliatica, & Cimmerium promontorium polt Tanias fluuii oftia, & Cimmerium einitatem in Taurica Cherfonefo ponit. Cimmeriis inquit Sextus Pompeius, funt populi occupatas frigoribus terras incolentes, quales fuerunt inter Baias & Cumas in regione, in qua conuallis iugo fatis eminenti circumdata est, quae neque vesper-

tino neque sole maturino contegitur. Strabo ex Ephoro feribit, eos in Italia fuiffe ad Baianum & Auernium finum, qui in subterraneis domicifiis habitantes & per cuniculus commeare foliti, toto die in illis delitescebant, modu tantum ad lattocinia egredi, cum victum alioqui ex metallorum effosione, mercede divinacionum & propentibus a rege delignatis quaerérent; apud illos ingens superffitio increbuit loci natura entribus fuffragente, ibi facra nemora culta sunt: fluminibus etiam & fontibus fuus honor fuis: fpeons praeteres tamon, & ad inferos aditus erant, quos intrace niñ prius Diis manibus facrificio placatis, religio erat : varia etiam habet Plinius lib. vt. cap. vttl. & haec illis fuffragantur, qui biclegunt, Cimmerium domis. ego alteram scripturam malo. CARR. Cimmerium domus & Superis integnita tellus audacter-referiph bee editionum verustiorum. Carrion e MS. edidit: Eumenidum domus &c. Quod & posteriores secuti funt. At nihil illo ineptius. Noli tamen intelligere Cimmerios Scythas, qui Valerii interpretes in errorem induxifie videorur: fed populos fabulofos, quos poetae in oceano constituunt. Helychius. Kippleisi Luidm, un Bio meel tor decerdr. ita lego, non. sai '(xv@. mie) rer acearer, Defereptionem corum habes apud Homerum x1. Odyff. [v.14. fqq. vbi v. Clark.] vnde fua expreffit Flaccus. Vossius. Cimmerium bene quoque ex. Bon. adde Virg. 111. Georg. 400 Caeruleo tenebrofa fitu: quo flammea numquam Sol iuga, sidereos nec mittit Iuppiter annos: Stant tacitae frondes; inmotaque filua comanti

Tibull. IV. I. 65. fqq. HARL. Sabinus ad Virgil, vr. Aeneid. 267. citat, Cimmerine domus. Ciofanus ad Ouid. x 1. Mer. 592. quem locum confer, Cimmerium, & defendit Iohannes Columbus in notis ad Incertum auftorem de erroribus Vlixie, cap. vr. p. 103. Chimerium Cod. Coki. Burn.

v. 400. Caeruleo tenebrofa situ? Id est, nigro, vt lib. 1. 652. & Virgil. 111. Aen. 64.

Caeruleis moestae vittis atraque cupre [[u.

vbi vide Seruium, & Noris. Disfert, 111. ad Cenot. Pif. cap. v. & egregie Huet. ad Manil. 1. 701. qualia obfernare leuioris laudis ne quis exultimet , deprehendimus ignoratione huius fignificationis Gorallum, illud Cymbalum, huius feculi, turpiter lapfum, cum apud Albinouan, in mortem Drust verf. 93. Caeruleam mortem, liuidam explicet, quae centies atra & ni. gra dicitur. situs vero ille caeruleus, est a perpetuis tenebris, & nebulis, quas fol numquam discutit. locum similem describit egregie Horat. I. od. 22.

Poneme, pigris vbi nulla campis Arbor aeslina recreatur aura: Quod latus mundi nebulac, malusque

Iuppiter veguet. BURMANN.

v. 401. Iuga] Id est, equosiugatos. Burm.

v. 401. Sidereos annos] Sidereos ignes reponi debere censco. Pius axes corrigi a nonnullis adfeuerat. Heins. Siderei ignes occur-

Georg. 357. fqq. ibique interpret. runt apud Ouid. xv. Met. 665. fed de stellie dicuntur. quare nihtl mutandum; miratur vero Bulaeus. non explicat haec verba. fiderei anni, funt feruentes, calentes sidere solis, vel caniculae. vtrumque enim fideris nomine Poetis notatur. Horat. 141. od. 1. torrentia sidera agros. vbi quidam Sirium intelligunt, qui saepe etiam Sol est. vid. ad Virgil. 1v. Georg. 425. & 111. Aeneid. 141. Seru. & Pierrum, qui omnia sidera reseix dici notat. adde & Iunii 1. Animad. 5. & nost. vr. 605. sic apud luftin. x111. 7. Solftitiales ortus sideris, vbi Sebisius legit Sirii. quo nihil opus est. vid. Bernec. notas. Horat, Epod. 111: 15.

Nec tantus umquam siderum in-Sedit vapor

Siticulosae Appuliae. cui conferatur nostri 1. 683. Calabri populator Sirius arui. & Amm. Marcel, xvIII. 7. vbi folis rodiis exarferat tempus in regionibus aestu ambustis, vapore sideris agitantur; & ita pastim alii. Amus autem dicitur saepe, pro parte anni, siue aestate, vel etiam proventu annuo, ita luftifer annus, inf. verf. 454. vide Barth. 1. Adu. 12. Tibull. 11. Eleg. 1. appolite,

Rara ferunt messes, calidi cum sideris aestu

Deponit flauas annua terra

vbi vide Broukhusii notas. Burm. v. 402. Stant tacitae frondes] Caecae noster codex, & Sabinus ad Virgilium. sed tacitae rectius, id eft, quae non aestiua aura recreantur, quae nullum motum edunt,

Horret verna iugo: specus vinbraruinque meatus Subter, & Oceani praeceps fragor; aruaque nigro 405 Vasta metu: & subitae post longa silentia voces. Ensifer hic, atraque sedens in veste Celeneus, Infontes

in quibus etiam aues nullae caneates audiuntur : vnde in amoenarum regionum descriptione mobiles siluae (de quibus vide ad Ouid, vII. 186.) & canorae saepe memorantur. Petron. Bell. Ciuili verf. 72.

Non verno dissona cantu Mollia difcordi strepitu virgulta loguuntur.

cum quo Petronii loco totus hic Flacci comparandus. sare autem verbum praeter quietem etiam horrorem indicat. vid.lib. 11. 360. & 1v. 639. BURM.

vet. cod. & omnes vulgati, excepto vnico Argentor, qui habet, immorataque filua, male. CARR.

v. 403. Silua comanti Horret verna ingo] Forte, Horret Auerna: vt apud Maronem lib. 111. 442. Auerna sonantia siluis. vbi videatur Seruius: & noster lib. VI. 158. Gaudet Auerna palus. HEINS. Ingeniosa quidem correctio, sed minime necessaria. explicandum enim est, situam illam vernam, id est etiam medio tempore veris, quo oinnia florent & rident sub miti coelo, illic horrere ac rigere, ac si esset media hiems. borrère proprie de frigore. vt borrifer axis lib. v. 518. Ouid. 1. Fast. 495.

Nec fera tempestas toto tamen berret in anno; Et tibi (crede mibi) tempora veris erunt.

vbi vid. Heins. & ad 11. Am. xvi. 19. BURM.

v. 403. Measus] Id est, ex quibus prodeunt, cum ex inferis emergunt & exitus datur, vt infr. ad vers. 450. videbimus. Pius descensus interpretatur. pro fubter Sabinus habet fubeus. Burm. Dorville ad Chariton. p. 687. primum de Cimmeriis populis, non illis veris, sed fictis iure intelligit; ita ve poeta ex Oceano Maeoris originem duxerit: tum vero lubentius emendare locum & legere velit fpecus VNDARUMque meatus fubter & Oceani &c. vt meatus, & laplus fragosi Occani sine aquarum v. 402. Immosaque filua] Ita & fub terris intelligantur. Plura vide apud illum. Ilart.

v. 404. Nigro vasta metu] Correxerat Heinfius, pigro. fed nihil opus. vide ad Petron. c. LXXXII. & hic Weitz. Pius ob nigra simulacra, quibus referta est, explicat: Daemonas nempe fuos cogitabat, de quibus hic passim multa infpergit, vt ridiculum praefertim ad vf. 425. de Daemonibus enses timentibus, quibus dividi & dissecari possunt, licet mox more aquae iterum coeant. o nugas aniles, & docto homine indignas! fed nihil aliud exspe-Ses ab illis, qui liberum a superstirione & Tyrannide aera non spirant. armaque nigro erat in Coki codice. Burm.

v. 405. Voces] quod maxime ominosum, vid. Buleng, de Prodig. lib. IV. cap. 19. & nos ad Ouid. vii. Ep. 95. Burm.

v. 406. Celeneus] ludex ante Aeacum Minoem & Rhadamanthum,

Infontes errore luit: culpamque remittens, Carmina turbatos voluit placantia manes. Ille mihi, quae danda forent lustramina caesis,

410 Prodidit: ille volens Erebum terrasque retexit.
Ergo vbi puniceas oriens adfcenderit vndas;
Tu socios adhibere sacris, armentaque magnis

thum, vt quidam scribunt. ego mere sidum nomen puto, quoniam Celenon Homerus nigrum, & in Epigrammatis, auctore Fulgentio ac Suida, quia Celeneus iste singitur inscolere loca damnata pruinis & caligini. ideo Valerius addidit, atraque sedens in veste. Pius. Celenus Ed. Maser. Bur M.

v. 407. Infontes errore luis] Errore leuse castigandum, simile mendum susulimus libro superiori, vs. 570. Heins. Immo luis est soluit, & lustrat, propria verbi significatione. vt reche Pius. B. v. 408. Carmina voluis] Ita &

loquitur lib. v 11. 463.

Carmina nunc totos volait, figis.

que per artus

Aefonidae.

Scilicet mutmure quodam magico & tumultu omnia in his facris fiebant. vid. ad lib. 1. verf. 736. hinc volabilitas verborum, de qua ad Petron. cap. cxxv. Burm.

v. 410. Terrasque resexis] Do-Rissimus & mihi amicissimus Gronouius, senebrasque, Observat, lib. 1v. cap. xxx. sed vulgata ledrio desendi potest ex illo Nasunis, quod Metam. v. vs. 357. occurrit.

Ne pateat latoque folum retegatur biatu. Heins.

v. 411. Puniceas oriens aissicaderis undas] Notum est, solem vespere undas & mare subire, mane inde surgere & oriri credigum.

quare vndas adscendere hic deberet capi, pro ex vndis adfcenderat. fed quis ita loqui folet? adscendere coelum dicitur saepe Poetis Sol, vt videre poteris in do-Bissimi Drakenb. notis ad Sil. 111. 671. cui persuasi iam olim, hic legendum effe, accenderat, quod pluribus ad lib. v. 370. illustrabimus. an Puniceas, an Phoeniceas legendum, multum disputat Maserius. vid. ad Ouid. x11. Met. 104. oriens est Sol. vid. ad Calpurn. Declam. 11. ita, Septimus binc oriens cum se demiserit undis. Ouid. I. Fast. 653. sic apud Caes. vis. Bell. Gall. 69. quae pars colli: ad orientem spellat. vbi nescio quare orientem folem velint alii, cum certe non minus frequenter Sol omitti soleat, quam adiici. BURMANN.

v. 412. Ta focios adbibeto facris] Sic Bon. ex. & al. sed adbibere, qui est sollemnis graecismus, probat Doruille ad Chariton. pag. 452. HARL. Adbibere primus, terrius & quartus Vaticanus cum Oxoniensi, pro adbibe, reste. idem in suis quoque codicibus exstare testatur Pius Baptista. Heins.

v. 412. Armentaque magnis Bina Deis] Duplicata vel bima duorum annorum ex folemni facrificandi ritu, vode bidentes dicuntur quafi biennes, Pius. Bima editiones Gryphii & Colinaci, quod
& Pius Baptista agnoscit. Hains.
Cc 2 Sed

C. VALERII FLACCI

Bina deis: me iam coetus accedere vestros Haud fas interea; donec lustralia pernox

415 Vota fero. mouet en gelidos Latonia currus.
Flecte gradum; placitis fileant, age, litora coeptis.
Iamque fopor mediis tellurem presserat horis,
Et circum tacito volitabant somnia mundo:
Cum vigil arcani speculatus tempora facri

420 Ampycides, petit aduersis Aesepia siluis

Flumina,

Sed bina rectius Maserius videtur tueri, quia numerus par inferis gratus. vid. Seru. ad Virgil. v. Eclog. 60. sed offendisse videtur log. foo. sed offendisse videtur log pro duodus animalibus. sed & Hygin. fab. 118. centum armenta dixit pro centum bodus. armenta vero hic xaraxxyssusse pro ouibus posuit, vt patet ex vers. 431. vbi bidentes. & vers. 438. vbi oues dict. notum vero est greges & armenta saepe commutati. Burm.

404

v.413. Coesus] Conuentus, concilium. Stat. Iv. Theb. 202. Dubium coesu folante simorem. Quem com male a viris docisis follicitatum, recte vindicat Barthius, quem & vide ad lib. v11. 91. B.

v. 415 Mones en gelidos Lasonia currus] Vide Heins, ad Ouid. x1. Epist. 46. bigam Lunae datam docent Column. ad Enn. pag. 266. & Broukh. ad Tibull. 11. Eleg. 1. 87. BURM.

v.416. Placitis fileant age litora coeptis] Forte, fe dent age litora coeptis, HELNS. Sileant non mutem, & cum Maserio litora explicarem, Argonautas in litora agentes, qui si voces tollerent, Echo eas referret, & ita turbarentur facta a Mopso peragenda, qui e noche & silentio debebant celebrari de silentio in facris omnia nota. vt hic litora, ita silentia monis inf. 604. & filentes domus lib. VII. 381. fic fupra ratem vidimus pro Argonautis, & fimilia. BURM. Sileant fine, cod. HARL.

v. 417. Mediis tellurem presserat oris] În media regione mundi. fi legimus boris, vt priscus codex habet, fignificat medio tempore no-Stis. funt qui defendunt, madidis alis, Prus. Bononientis imprestio habet, oris: malo boris legere, & fignatur media nox. Mas, In excerptis Graeuianis erat, gelidis boris. fed nihil mutem: Horas enim de quauis parte temporis dici, supra 11. 60. 111. 48. vidimus. sic media bora de meridie Ouid. I. Amor. v. I. vbi vide. sic medius Phoebus mox vers. 422. & similia pallim. presserat vero proptie de graui somno, qui incubat. vid. ad Ouid. vs. Ep. 96. fic lib. 1. 617. piceoque premit nox omnia coelo. II. 214. graniorque oculos iam luce propinqua umbra premit. nec inepta lectio, madidis alis. vid. Broukh. ad Tibull. 11. 1.89. BURM.

v. 419. Speculatus tempora facri) Debebant enim certo tempore fieri, de quo vide Broukh, ad Tibull. 1. 11. 61. Burn.

v. 420. Ampycides] [h. e. Moplus.] Vetus codex, Amphicides. in Apollonio tamen legitur Ampycides, nisi Valerius Flaccus LaFlumina, & aequoreas pariter decurrit ad vndas. Hic sale purpureo, vivaque nitentia lympha Membra nouat; seque horrificis adcommodat actis.

Tempora

tino more efferre voluerit. CARR. Amphiades noster codex, Amphisides Coki. qui inf. 460-Amphiades etiam exhibebit. BURM.

v. 420. Aesaepia siluis] Ita Lugd. & Argentur, Aelaepum certe Strabo hoc loco collocat. & Hermelaus Barbarus Homerum adducit, qui Acsaepum flumen ad vrbem Zeliam celebrat. Prolemacus vero hace conjungit, Cyzicus, Acfacpi amnis oftia, Parium colonia: vterque Parif. habet Aclapia, Niniuita & Maserius ex Strabone legunt, Aefepia. Aefapum fluuium Apollonius lib. 11. describit, & eius Hesiodus Theogonia meminit. Vet. cod. Asopia: Quod autem ad hunc locum attinet, primam lectionem malo. Strabo etiam Apaesum, inter Lamsacum & Parium, amnem & oppidum facit, nescio tamen legine ibi debeat, Asapius: videant doctiores. Asapos vero (ne vet. cod. scripturam omni praesidio destituere videamur) fuit Aeginae pater, fubmersus in Apidano; Strabo libro 1x. ait Asopum iuxta Thermophylas in mare exite, Phoenice recepto, qui latere Australi descendens illi iungitur, cognominis Nereo Phoenici, cuius & sepulcom iuxta eundem fluwium fuit; sed & plures Asopi fuerunt, de quibus vide Strabonem lib. v 111. alius est circa Phliuatem, & Nemeam, alius in Bocotia, alius în Acgina, et habet Didymus in scholiis Pindaricis; alius in Peloponeso, e monte Chronio Mediam praeterfluens, telle Volatorrano. CAR-

RION. Aefepia scribendum. "Arevro" enim hic amnis dicitur Apollonio, ac plerisque aliis. Potsis etiam legere, Aefapia. Quomodo eum nuncupat Florus lib. 111. cap. v. & Etymologus: Alii Aefapia, aut Aefapia. Quod male setinet Carrion. Voss. Aduersis Sefapia noster codex. Burm. Aefapia etiam ex. Bonon. Habt.

v. 422. Sale purpures] Album fal est, vnde mirum accidere posfet, hic purpureum vocari. posset fatis commode explicari, fi omnia pulchra, nitida & candida purpurea dici ostenderemus, post Lambin. & Torr. ad Horat. IV. od. I. quorum scrinia compilatit Gorallus ad Eleg. in obit. Maecenatis Ad candidam purpuverf. 60. ram etiam alludere Poetas, ita hac voce veentes, quidam putant; vt practer Pium Matius lib. III. Opinion, cap, vii. sed re-Qius cum Maserio hic marinam aquam intelligi puto, cui viuam lympham, quae ex fluuio perebatur perenni, addit. mare vero purpureum dici non opus est, vt probetur. Pius etiam capi pofie pro combusto, & consequenter rubenti, putat. Burm.

v. 423. Membra noust] Id est, exterget & mundat, & quasi nous facit. Sic barbam nouser, veteres dicebant pro radere & lacvigare, expolire & q. nousm facere. Hinc nousculum, instrumentum, que barba noustur &
raditur; & cutis expolitur. Cl.
Salmas. ad Lamprid. p. 196.
UNITZ. Vocas noster codex. sed
Cc 3 vide

Tempora tum vittis & supplice castus oliua

425 Inplicat, & stricto designat litora ferro:
Circum humiles aras, ignotaque nomina diuum
Instituit, siluaque super contristat opaca,
Vtque metum numenque loco, sacrainque
quietem

Addidit; ardenti nitidum iubar euocat alto. 430 Atque Argoa manus variis infignis in armis Ib

vide Heinf. ad Onid. IV. Heroid. 90. BURM.

v. 423. Seque borrificis accommodat actis] Horror pro religione. Virgil. lib. Aeneid. 1. 165, vr. 10. vii. 172. Inde borrifice pro venerando Lucretius etiam vius est in rebus facris lib. 11. 609. Horrifise fertur divinae matris imago. Noster hb. 11. v. 423. BULAEUS.

v. 424. Tum vittis] Cum vittis codex noster. Burn.

V. 424. Supplice cassus olius Supplices apud Graecos oleaginas virgas ore manuque praeferebant, lana candida circumdatas: vnde harágas nakádos apud Aeschylum supplices rami, & tasongias olivas ramum a supplicando Graeci nominant, quem espesishum cetenic, Hinc olius a Valerio supplex appellatur, vt scietisime de variis supplicandi modis apud diuersas genes observatis, differit eruditismus Hadrianus Innius lib. 11. cap. x1. Animaduersorum. Papinius Thebaidos vst. 491.

Mite nemus sirca, cultuque infigne verendo, Vittasae Laurus, & supplicis arbor Olivae.

Supplicem (inquit Lactantius grammaticus) vocas, per quam pan supplicando pesisur. Petron. Arbiter Satytico: Aogre enpugnanis guber-

nator, vt caducestoris more Triphona inducias faceret; data acceptaque ex pastrio more fide, protendis ramum oliuae, a tutela navigii rapsum. Garr.

v. 426. Humiles aras] Ita superis akaris, id est altiores aras, inferis aras, id est humiliores statuebant. vid. Seru. ad Virgil... v. Ecl. 66. licet non se perpetuumb. hinc foces vocat Stat. Iv. Theb. 455. quem cum Flacco comparasse inuabit. Burm.

v. 427. Consristas] Obumbrat. P1US.

v. 428. Vique mesum numenqua loco] Mesus pro religione. Noster superius lib. 11. vs. 440. farsique mesum feruenus opertis. Viegilius lib. vii. Aeneid. multosque mesu feruena per annes. Buz. Mesum sumenque noster codex.

v. 428. Quietem] Silentium. B.

v. 429. Inbar enocas] Proprium etiam in facris verbum. Maserius hec cum facto Heliae Prophetae componens, videtur intellexisse, quasi ignem arae accendendae elicucrit coelo, de quo nos late egimus de loue Fulger. cap. ix. quod est de loue Elicio. sed bic tantum precibus ad Solem factis eius ortum evocasse puto, vt mex iubet Argonautas ad Phoebi surgentis ortum manus ferre. Pius sociasse

Ibat, agens lectas aurata fronte bidentes.
Delius hic longe candenti veste sacerdos
Occurrit, ramoque vocat: iamque ipse recenti
Stat tumulo, placida transmittens agmina lauro:

435 Ducit & ad fluuios, ac vincula foluere monstrat
Prima pedum; glaucasque comis praetexere
frondes

Imperat. hine alte Phoebi furgentis ad orbem
Ferre

taffe stellam innui putat, 2 qua vita singulorum dependet. Burm.

v. 431. Aurata fronte bidentes]
Cornua victimarum inaurari folebant. Cuius rei testis est Homerus Odyst. 7. [382. [49.] Virgilius lib. 1x. [627.] Es flanuam
ante auras aurata fronte iuu encam.
Macrobius lib. 111. cap. v. Turnebus lib. xxix, cap. xv. Casaubonus ad Histor. Augustam p. 459.
BULAEUS.

v. 432. Delius bic] maluerat Heinfius, buic. scil. Argose manui. ego minori mutatione, bis. BURMANN.

v. 432. Candenti veste sacerdos Sacerdotes in factis veste vrebantur alba. Vide Festum, & bib Scaligerum. Bull. Malim, candenti in veste, vt passim. vid. I. \$40. & v. 349. Burm.

v. 433. Ramoque vecas] Scribendum, nouas, ad priftinum vigorem reducit. vel vocas, id est revocat ad solitum robur, & animositatem, quem ramum in caput transeuntium mittebat, eos singulatim vocando, ve subirent poenam, si non vecam, faltem imaginariam, ve perduellionis reus Horatius coacus est subire sororium tigillum. Prus. Ramoque nouas Carrionis codex & editiones nounulise. caeteri, [vti etiam

ex. Bonon.] ramoque vocas. Vtramque lectionem Pius etiam agnofeit. forte. ramoque rigas, vel, ramo irrorans, atquo ipfe recenti Stat tumulo. HEINS.

V. 434. Transmistens] Lambinus ad Lucret. 11. 326. hunc locum aduocat, vt probet, idem notare, quod transire. quafi vates ipfe flantes Argonautas transierit. fed hoc narrationi Poetae non conuenit, cum ad se vocaverit Mopsus illos, & iusserit, praeter se ire. sed eo sensu, transmissague puppi Lampsacus occurri supr. lib. 11. 623. pro puppis transmist, id est, transit Lampsacum. transites codex noster, vt Lambinus in Lucretianis codicibus repperit. Burm.

v. 436. Glaucasque comis] Sic exemplar calamo exaratum, [& Heinsti codd.] vulgata vero, glaucaque comas praesenere fronde. CARRION.

v. 437. Phoebi furgentis ad orbem ferre manus] De hoc more praeter Bulenger. Ecl. ad Arnob. 11. & Brissonium I. Formul. p. 39. quos laudat Weitzius, multis eggi Cerda ad Virgil. v111. 68. vid. &c infr. v. 333. alte ferre manus dixit, vt Horat. 111. od. 23. supinas coclo manus ferre. Burm. Ferre manus, totisque simul procumbere campis.
Tunc piceae mactantur oues; prosectaque partim
440 Pectora, per medios partim gerit obuius Idmon.
Ter tacitos egere gradus; ter tristia tangens
Arma simul vestesque virum, lustramina ponto
Pone iacit: rapidis adolentur cetera slammis.
Quin etiam truncas nemorum effigiesque vi-

Forum 445

v. 439. Profestaque partim pefora] In hoc primo membro, versum desiderari puto, nam duplex circa profecta actio indicatur. debuit enim pars arae imponi, pars geri in mare proiicienda. Heinfius in codice fuo valde circa vocem pellora aestuat, sed nihil expediit, aut in notas retulit. tentabat, prosectaque partim torret, vel fert ara, in medios; vel fert pyra, per medios; vel denique, aethere, vt Ouid. v1. Fast. 162. profecta fub aethere ponit. forte, reddit, quod proprium in hac re verbum, cum imponuntur aris. vid. Lutat. ad Stat. v. Theb. 652. &Seru. ad Virgil. 11. Georg. 194. vel porgit, pro porrigit, quo etiam verbo in his faccis vtebantur. cerre simile quid requiri existimo. & pestora esse Glossam adscriptam w prosecta. pro quo etiam vitiole, profetta Aldu**s. pro**feela noster codex. obvius Idmon, qui stabat aduersus Mopso, tamquam minister sacrorum. nam. & iple vates & augur erat. Burm. cod. bene succurrit, dum habet, pestora fert Mopfus. Hari.

v. 441. Ter secies egere gradus]
Scil. Argonautae circa tumulum
illum & aram. licet incommode
videatur, inter geris, & deinde
iacir, poni: sed ita solet saepe
noster verba ponere, non expres-

sis hominibus. iacie vero iterum ad Mopsum refero, quia sequentia, locae, orae, vocae, Mopso sunt tribuenda. agere vero gradus inostro familiaris locutio. vt 111.8. ipse agis Aesonides iuntios ad litora gressus. & vt11.331. praecipites agis ille gradus. tacitos gradus Heinsus reddidit Ouidio III. Fast. 393. ter autem circuiste docet & Stat. IV. Theb. 465. & ita in omni sustrice sacre. Burm.

v. 442. Lustramina] ld est, fordes, purgamina. Mas. Restius quam Pius, qui expiationes exponit. Burm.

V. 444. Quin etiam trancas nemorum &c.] Legendum rebar, truscos nemorum. Quae enim sunt alias truncae nemorum effigies? ZINZ. Nemorumque effigiesque pri. Vaticanus, veterum virorum tettius. Locus corruptus. Heins. Sollicitum hunc locum Heinfium habuisse, varize, quas orae libri fui adscripsit, arguunt coniectutae. excifasque fuorum, vel exusasque virorum. vel viduasque fuerum, vel immunesque, fed in nulla acquieuit. sennes, quod Zinzerlingius volebat, propter fequens quereus non potett recipinec ad truncos suspensas effigies fuille cum Pio intelligendum, nec de oscillis capiendum, vt ille & Maic445 Rite locat quercus; simulataque subligat arma. Huc Stygias transire minas, iramque seueri Sanguinis, his orat vigiles incumbere curas: Atque ita lustrifico cantu vocat: Ite peremti, Ac memores abolete animas; fintain vobis,

450 Sit Stygiae iam fedisamor. procul againe nostro, Et procul este mari: cunctisque absistite bellis. Vos ego necGraias vmquam contendere ad vrbes,

Maserius, cogitandum amplitus puto. Vulgata seruata, ita construenda verba: locat quercus nemorum cruncas, vt effigies effent vizorum, & ad quercus suspensia armis referrent viros occilos, vt in Tropaeis etiam fieri solebat. vid. Virg. xr. Aeneid. 83. & 173. truncat quercus, ramis & foliis ableilis. vt trunca pinus Vitg. 111. Aen. 655. est autem iv dia duoiv, quercus eruncae, & effigies, id oft, quercus truncae, quae erant effigies, vt, truncaeque louis simulacra columnae lib. vt. 91. effigies vocat, quia in his facris pro veris omnia erant fimulata, vt finulata arma; vt rede Maserius ex Virgil. IV. Aeneid. 509.

Super exunias ensemque reli-Elum, .

Effigiemque toro locat.

& post. vers. 512. latices fimulasos, vbi vide interpretes. Statius VIII. 341. & vari mortis fimulacra rependit. pro subligat erat in noftro codice, subigit. BURM. Cruhus legit, truncos nemorum effigieque. male. HARL.

v. 446. Iramque scueri Sanguinis] Agminis libens rescripserim, fed fequitur paullo postrapud Maronem Georg. 111. 37. amnemque fenerum Cocyti adfpicies. & libro VI. Aeneid. 374. annis seuerus li verbo veatur. Pius. lea vulga-

Eumenidum. Propertio IV. Eleg. vlt. Enmenidum intento turba fevera choro. HEIMS. Sanguinis, id elt, caeforum Cyzicenorum, quem seuerum vocat, quia vindictam poscebat ab interfectoribus, vt ita, observante Pio, Virgilius amnem dixit fenerum. Burm.

v. 447. His orat Huc orat noster codex. non male. nam incambere in aliquid dicitur faepius, B.

v. 448. Lustrifico] Lustifico codex noster. Burm.

v. 449. Ac memores abolete animas] malebam aliquando, minas. Nunc nihil muto. Memores animas dixit Flaccus, vt lib. 1. memerem umbram. Voss. Minas maluerim; nifi quod hoc paullo ante praecessit. animes corrigit Pius, HEINS.

v. 449. Sine otia vobis] Id est quiescatis. vt illud Virgilii Ecl. y. amas bonus osia Daphuis explicat Barth. ad Nemenan. 1. Eclog. 38. de hac precum formula & ipsa re latius egi ad Petron. cap. LXIV. BURM.

v. 451. Es proeul ite] Sic ex. Bonon. HARL. In prifcis exemplaribus scriptum est, absisis . mari per quod peregrinaturi sumus. mihi magis placet, effe, quoniam mox ait, obsistise, vt magis fimi-Cc 5

Nec triuiis viulare velim; pecorique satisque Nullae ideo pestes, nec luctifer ingruat annus: 455 Nec populi, nostriue luant ea sacta minores.

Dixerat:

ti. vet. & prol este. Virgilius, [Aen. vi. 258.]

Procul binc, procul este propha-

ni. CARR. Vid. ad Ouid: x111. Met. 466. & 11. Art. Am. 151. BURM.

v. 453. Velim] Bene notat Maferius, hoc verbo potestatem sacerdotis indicari. vid. Petron. c. 134. & ad Ouid. I. Amor. viii. 9. Remed. 253. vii. Met. 199. Prop. Iv. v. 9.

Illa velit, poterit magnes non ducere ferrum.

BURMANN.

v. 454. Nullae ideo pestes] Pestis pro quauis re noxia. Cicero de amicit: Sic babendum est, nullam in amicitiis pestem esse maiorem, quam adulationem, blanditiam, assentiationem. Bul. Scribe, adeo. paullo ante, & procul este marian scriptis. non ite, quod & Pius Baptista de suis monuit. Heins. Ideo non mouerem; ob caussam caedis Cyzicenorum, quorum vmbrae vitrices timebantur. in meo codice erat, nulla, ideo pestis: Burm. ideo reuocaui. Harl.

v. 455. Nec populis] Scribo, nec populi, &c. non ingruant morbi populatim calamitate bacchante. Prus. Si populis legitus, ordo eft, nullae peftes, & nullus annus ludifer ingruat pecori, fatis, nec populis. si populi, quod minus placet, nec populi, nec nostri Nepotes &c. pro luane alii codices habent, velens. lego, nostriue luane. nec tamen velim, legem effe Cretensem, sed monitionem. si quis autem peruicaciter ture-tur velens verbum, nihil impedie.

MAS. Noffriue luans vulgati & vet. cod. praeter Patif. qui habet, mufri veleus, cuius ferrentia mihi non liquet, tametti ea Maferio perbelle conflare videatur. CARRION. In Editione luntae, mufri velens. in codice nostro, sufri velens. fed luans rectum. vid. lib. I. 674. II. 570. & alibi. Bush. Noffri velens iam ed. Bonon. sed ab antiqua manu correctum est huans. HARL.

v. 455. Minores] Posteri. Lucretius lib. v. [v. 1196.] quas lacrimas peperere minoribu' nostris? Iuuenal. Sat. 11. v. 146. Paulique minoribus, i. e. posteris Pauli. Horatius ad August. [11. Epist. 1. v. 106.] Maiores audire, minori dicere. Liphus Epist. Quaest, lib. 1v. cap. xxv. Bul. Seruius ad viii. Aeneid. 268. notat minores dici trinepotes, vt maiores vltra Tritauum. Senec. Thyest. 135. Es maior placeas culpa minoribus. voi vid. Delr. & Gifan. Ind. Lucret. & Drakenb. ad Sil. xv1. 44. an Maserius nepotes legerit, an explicationis caussa ita scripserit nescio. certe nepotes saepe constat librarios pro minores supposuisse. fic apud Ouid. Iv. Fast. 59.

Neue secuturi possint nescire minores.

Ita MS. pro quo vulgatae editiones, **epotes. Eodem modo graffati funt apud Germanic, in Phaenom, verf. 126.

> O pasrum foboles, oblita priorum,

Degeneres semper, semperque babitura minores.

Ita

Dixerat: & summas frondentibus intulit aris. Libauitque dapes; placidi quas protinus angues, Vmbrarum famuli, linguis rapuere corufcis. Continuo puppim petere, & considere transfris 460 Imperat Ampycides; nec visum vertere terrae: Exciderint quae gesta manu, quae debita fatis. Illi alacres, pars arma locant, pars ardua celfis

> Insternunt tabulata foris: oriturque trementum Remo-

Ita refle codices, vulgo, nepotes. fed prieribus opponuntur mineres. BURM.

v. 456. Summas frondentibus intulit aris Libauitque dapes] Summas, quia supremae & vltimae quali manibus caeforum erant. Frendenses arae, funt curonatae frontibus & fertis. vt ita Heinfius florentes aras restituit Ouidio a11. Fast. 253. quem ibi vide. insulit proprie, quia inferiae crant, quas dabat manibus. vid. eumdem Heinstum ad Ouid, IV. Met. 469. BURM.

v.452. Famuli] Vid. infr. ad lib. iv. 520. Burm.

v. 160. Nec visum vertere terrae] Adversere castigetur. libro IV. Iam Mariandynis aduertit pup eis arenis. Plura congestimus ad Nasonem Metam. x1. vers. 54. HEINS.

v. 461. Exciderint quae gefta manu] Sunt, qui emendant, qua pro in qua, quam recte, videbis paulo post. hoc est, terram non aspicerent, vbi, vel in qua exciderunt gesta manu, id est per imprudentiam peccatum eft. Sunt qui interpolant, fic interpretantes, nec vifum vertere terrae. nec visum est vertere, id est, praevertere, hec est anteponere illi dicet thorum esse late sumtum. terrae Colchicae aliquid, quae legat quisque, quod censebit vti-

debita est illis Minyis, videlicet fatis, quae gesta gloriosa per torpotem exciderunt manu, hoc est: praeterfluserunt eis conniuentibus iniquissimis fatis, eos ab institute itinere auocantibus, si primam expolitionem fequimur, exciderine manu interpretare, euenerint eis ignaris, quid agerent. Sermo pene vernaculus. Prus. malo,

Exciderint quo gesta mann, cen debita fatis. nisi praefers, quod libro v. versi 84. videbatur,

Exciderint qua gesta manu, qua debita fath.

vbi multa ad rem. qua qua etiam Pius coniiciebat, sed alio significatu. HEINS. Sed potest vulgata retineri, vt sint verba Mopsi imperantis, vel vouentis, vt exciderint illa animo, quae manu gesta fuere, id est vi, & quae adscribi debent fatis, quae ita iufserant. Aldi editio sitem ex. Bonon.] habet, exciderunt. BURM.

v. 462. Tabulata thoris] malo foris legere, quam vel toris, vel sboris. Fores fiquidem dicimus fummes in nauibus, super quos naurae discurrunt. licet & tranftra dici possint. sed & sedem quis

factam, facile enim ex f, t ducitur. Sic insternant foris dico, pro Alii insuper, in foris sternunt. quibus thoris gratius est, exponent pro ablatiuo instrumentum referenti, quod non admitto, nec vi tamen iubeo delendum thoris. sed tamen moneo lectores, qui curlim locum hunc transegerunt, vt rem exactius rimati, quod eft convenientius, non abiiciant. MAS. Summis insternunt tabulata foris. Hanc lectionem Interpres mordicus ruetur, vet. Parif. cum vulgatis, summis insternunt tabulata toris: fic & vet. cod. nifi quod pro fummis; legit celfis: erroris autem.non obscura est origo; est enim ex affinitate s & f. unde etiam torus, non thorus fcribendum puto, cum ab herbis tortis dicarur. Varro de vita P. R. lib. I. Quad frontem lecticae strucbant, & ex ea berba torta torum appellabant, bot, quod mucitur, etiamnum toral dicitur, le-Eticamque, quae mualuebant, sege-Bria nominabant. Sic eum locum apud Nonium in vetust, exempl. scriptum offendi. CARR. Maserius aliique reponunt, foris. mihi vulgata lectio retinenda videtur. Fori enim in transfris erant. Magnaeque mollitiei erat argumentum non super transtra, sed in interiore naui cubare. de hoc virum maximum Isiacum Casaubonum ad Theophrast. # sel hveksutsesses in Characteribus, & ad Perfii Sat. v. Voss. Poris omnino reponendum, quod miror a Carrione damneri. Heins. Summuis - thoris ex. Bonon. sed foris rectius dedit codex collatus. H. Indubitata lectio foria. fori enim funt, in nauibus, in quibus namtae remigantes sedent, teste Charisio lib. 1. pag. 19. vide & Feflum & Seru. ad Virgil. ry. Aen.

lius. puto literae mutationem esse 605. qui tantum masculini gefactam. sacile enim ex f, t ducitur. Sic insternunt foris dico, pro
im foris sternunt. Alii insuper, qui tamen Gellium fora dixise
quibus shoris gratius est, exponent pro ablatiuo instrumentum
referenti, quod non admitto, nec
vi tamen iubeo delendum thoris.

605. qui tantum masculini generis & plurati numero dici putat. ita & Charif. lib. I. p. 55.

qui tamen Gellium fora dixisse
notat. in singulari dixis Sallustius, teste Nonio in Forum. illum
referenti, quod non admitto, nec
vi tamen iubeo delendum thoris.

gustin. in Catal. Pithoei p. 337.

Non forus out prarae, non linten deinde procellos

Ferre valent.

Toris tuetur Cafaub, ad Perf. v. 147. quali in his toris formund cepissent, cum mollitiei argumentum esset, cubare in interiore naui, non super transtra & tabulata. & in ora codicis sui, quì est in Leidensi Bibliotheca, notauit, insternuns soris, id elf, ad tores, quia in subdiali dormitabant. sed quis credat Heroas prima parte diei iam somno indulliffe, vbi remigandum effet. nam ante meridiem haec alta pater ex vers. 481. & tum debuilfet dicere, insternunt tabulatis tores. sed & in nostra lectione impedita illa locutio viderur, & inde tabulata a foris diuerfa, iisque instructa effe, quis efficeret. sed ita construenda verba puro. pars insternunt tabulata, ardua cellis foris. inflernunt absolute, pro veste aut tegumento quodam sternunt tabulata, quibus remigantes infiderent, cabulata autem erant ardua foris, id est, ea pars tabulati, qua sedebant remigantes, foris (id est sedilibus & tabulis) quibusdam erat ardus, alta, & super reliquam partera exstabat. Jummi in editionibus priscis & nostro, & Coki codice. sed sequitur, fumme Cerannie BURM. adde Doru, ad Chariton. pag. 673. HARL.

Remorum soms, & lactae concordia vocis.

465 Iuppiter vrguentem ceu fumma Ceraunia nubem Cum pepulit, mouitque iugis; fulsere repente Et nemora & scopuli, nitidusque reducitur aether. Sic animi rediere viris: iamque iple magister Nutat ab arce ratis, remisque obsistere tendit.

470 Instaurant primi certamina, liber amictu Eurytus, & dictis Talai non territus Idas: Inde alii increpitant; atque aequora pectore tollunt.

> Par gemitu pulsuque labor: versumque vicissim Mittitur in puppim remo mare. laetus & ipse

475 Alcides: Quisnam hos vocat in certamina fluctus? Dixit; &, intortis adfurgens arduus vndis, Percussit subito deceptum fragmine pectus:

Atque

v. 464. Laesae concordia vocis] Intelligit hortatoris Orphei #6-Asvens, cui concordabat pulsus remorum. vid. supra lib. 1. 470. BURM.

v. 46;. Ceraunia] Sunt montes Epiri, qui crebro fulminibus imperuntur, vnde & nomen habent. BULARUS.

v. 469. Nutat ab arce ratis] In codice nostro erat, nittat, quod est pro nistas, de quo egimus ad Ouid. 111. Met. 461. nihil tamen muto, quia a puppi, quae est arx nauis, nutu figna dat. Bunm.

v. 471. Dietis Talai | Aemulis vocibus. quamuis Talaus Idam verbis tumidioribus quaereret absterrere ab impulsu remorum, fallis accinctus, Idas verba non curabat, funt, qui interpretantur aliter; ad praescita Talai reserentes, qui Idam moriturum dixit in Colchis. quae somnia sunt ae-

Talaus fauebat Euryto, tamen hoc fauore non est Idas cohibitus a studio remigii. hoc confirmat versus sequens, Inde alii increpitant. Pius.

v. 472. Tokunt] Vid. lib. 1. 340. Burm.

v. 474. Mare] Id oft aqua 182rina, sed magna indicatur copia. vid. infr. ad lib. IV. 666. BURM. Mittimur ex. Bonon. sed correct. a docta manu, missisur. HARL.

v. 176. Es intortis] Et e tortis codex nother. Bunm.

v. 477. Fragmine pellus] Hetculem remum fregiste etiam Apollonius testatur; funt qui dicant eum artis remigandi ignarum, nimioque manuum robore remos faepe confringentem, ab Argo'nautis relictum, vnde Herodotus loco nomen factum aperas scribit, alii tamen, putant Herculem cum aquatum iuiffet, & relieus ab lagri veteris, nullo auctore fulta. sone, eiusque sociis effet, loco nomen

Atque in terga ruens, Talaum, fortemque Eribotem .

Et longe tantae securum Amphiona molis 480 Obruit; inque tuo posuit caput, Iphite, transfro. Iam fummas coeli Phoebus candentior arces

Vicerat,

nomen fecisse. CARR. Pro Decepeum fragmine polius; Sanguine codex, quem contuli: sed male. vid. Apoll. I. 1167. Stat. Iv. Silu. VI. 42.

Hoc pedore preffus Vastator Nemees, bacc exitiale pressife canit, ferebans

Robur, & Argoos frangebant brachia remos.

Fragmen vero pro fragmento crebrum effe Statio, docet Barth. ad Stat. Theb. vii. 57. & 431. deceprum pettus eleganter, de quo vide ad Petron. Cxv. Burm. Nimirum decipi dicuntur, quos vota & spes fallunt. HARL.

v. 478. Talaum] Talaon Regius. HEINS.

· v. 479. Molis] Ouid. xv. Met. 230. vt rede constituit Heinstus Illos, qui fuerant solidorum mole tororum

Herculeis similes, fluidos pendere lacertos.

Stat. Theb. vr. 833.

Lenat ardua contra Membra Cleoneae Stirpis iastator Agylleus, Herculea non mole miner. sic gran-

dibus alto Insurgens bumeris, bominem super improbus exit. Certe non sensife Flaccus noster

videtur cum illis, qui humili ftatura, etsi toris & lacertis validum, finxerunt Herculem, (vid. Barth. ad Stat. d. l. & Delr. ad Senec. Herc. Fur. vers. 624) in-

gentis enim molis fuiffe debuite qui caput in tectium vel quartum post se transfrum reposuerit. Stat. etiam eius molem indicat lib.vi. 311. vbi currum eius pondere pressum, orbitam alte terrae im-

Nec minor in terris bella Euryfiben gerensem.

Amphitryoniaden also per gra-· mina sulco

Duxcras.

Quod vero ex Pindaro rv. 18th.68. adducunt, qui dicit Herculem fuille, μόςφαν βραχύν, ψυχάν ? Examerios, rede Scholiastes explicat, ita capi debere, si cum Antaco Gigante, immani corpore, vt fingitur, comparetur. quo modo vulgaris illa de pufilla Dauidis statura opinio inualuit, vt humili corpore etiam pingatur, cum procerae & Sauli starurae fere parem fuisse ex eo colligi possit, quod Rex ipsi contra Goliathum in certamen processuro, fuum obtulerit thoraca: quod ridiculum fuisset, nisi ille eius cotpori habilis fuisser, sed cum Goliatho comparatus humilior fuit vifus. Burm. Obruit etiam cod. obtulit Bon. ex. HARL.

V. 481. Arces Vicerat | Vincerat primus Vaticanus, Stringeres forte. Herns. Nihil hic nousndum; est enim elegans descriptio meridiei, quo sol altissimus est. vincere vero millies, pro peruenire, tangere, vt & Superare, dicitur, sed cum aliquo labore & diffiVicerat, & longas medius reuocauerat vinbras.

Tardior hinc cessante viro, quae proxima Tiphys

Litora,

difficultate, vnde Ouidius de Sole II. Met. 63. ardua prima via eft, quia Sol scandere debet, sed vitima prone via est. sic victum oequor ab Argonautis infr. lib. v. 512. quod primi magno labore penetrarunt, vt superare dixit lib.i. 74. Iustinus lib. xxiv. 4. de Gallis. Quae gens prima post Herculem, cui ea res admirationem & immortalitatis fidem dedit, Alpium inuicla iuga, & frigore intractabilia loca transcendit. vbi nihil opus est correctione virorum Do-Storum, qui inuis reponunt. nam fi inuiffa dici nequeunt, quae iam Hercules transcendit, neque etiam inuia, per quae Hercules viam fecit, dici possent, innicta ergo post Herculem adhue manferunt iuga, quia nemo aufus fuit clausas quasi iterum niuibus & frigore Alpes denuo reserare, nisi Galli, adde adulatoris Panegyrici Mamert. in Genethel. cap. 1x. simile de suis imperatoribus praeconium, quos toties iam vi-Stas Alpes aperuiffe iastat. Stat. lib. vrr. 682.

Arma fluunt, longisque crepat fingultibus aurum, Eruptusque finus vicit cruor.

vbi Scholiast. Barth. exsuperat, euagatur, exscendit. Martial. v. 33.

Alta suburbani vincenda est semita cliui.

¥1. 41.

Cedentes oneri ramos, siluamque fluentem Vicit.

Sic apud Statium 11. Achil. 424.

Nunc doces ingenti falsu me vincere fossas.

quod Silius VIII. 552. eransmittere fossas vocat. iungere fossas. ego non capio quid sit. Claud. 111. Cons. Hon. 44. Asscensia proteremontes. Ita vincere stumina proterenare Ouid. 11. Art. 181. & ita euincere, Ouid. x1v. Met. 75.

Hanc vbi Troianae remis auidamque Charybdim

Enicere rates.

& xv. 706. Euincisque fresum. & de Sole lib. xiv. 769.

Qualis vbi oppositas nitidisima solis imago

Euicit nubes.
Sed haec iam nimia. Burm.

v. 482. Medius renocaneras vmbras] Eleganter, pro quas antea emiferat, & extenderat quais, nunc reuocat & contrahit. medius vero pro qui medium coeli spatium tenet, quo tempore medius dies, siue meridies est. ita & medio fole dixit Phaedr. lib. III. fab. 19. vbi vide. medius feruor Silio I. 258. Virg. Iv. Georg. 401. Medios cum Sol accenderir aessus & 426. Coelo & medium Sol igneus serbem Hauserat. Stat. Iv. Theb. 680.

Tempus erat, medii cum folem in culmina mundi

Tollit anbela dies.

Quae conferre Poetices studiosis non inutile erit. Burm.

v. 483. Cessante viro] Hercule morante & a remigio desistente, propter fractum remum. Prus. Euro legere placet, non viro. nec dubito, quin gratius sit suturum viris, Litora, quosque dabat densos trabe Mysia montes,

485 Aduehitur. petit excelsas Tirynthius ornos: Haeret Hylas lateri, passusque moratur iniquos. Illum

viris, auribus non hispidis. forsan reperit maleferiatus quispiam vero, quod legendum fuerat prioribus literis transpositis. sed quod nihili erat pendendum, adulterinumque redolens perperam subiun tum est. sensus autem est. Tiphys aduectus est in Macham lentius nauigans, quum Eurus cessasset. Erunt fortaffe qui vire, vt verum partum, praeligentes hunc fenfum dabunt. Tiphys tardius aduectus est in Mysiam, quum ceffaffet Hercules, cuius remus erat fractus. sed nobis repugnent, tamen erunt, qui mallent accedere. MAS. Heinsius quoque vel Euro vel aura reponendum putat. Schottus vero malit vire, arque sic ex. Bonon. & ego verum effe puto. HARL. Eadem variatio vocum Euri & viri est inf. lib. 1v. 643. hic dubito, quid praeserendum: nam in prioribus nullum est indicium Eurum spirasse: sed fuisse tranquillitatem, quare tanto certamine in remos infurrexerant Argonautae, & navem ita propulere, vt ipse ro-Stor nutaret, qui ideo conabatur impetum remigantium reprimere. fi vero ventus flaffet vehementior nihil opus fuillet remis, & tanto certamine. vid. lib. 111. 34. si vero cessanse viro legas, fenfus apertissimus, Hercule cessante tardiorem fuille curlum, quod auget admirationem roboris Herculis, cuius vnius cessatio statim ex tarditate nauis poterat adverti, Virum vero & viros, noster centies dicit, vbi agit de illis, quorum antes mentio, vid, inf. 513. 606. & pailim, Burm.

v. 484. Dabat] Vid. lib. 1. 468. Burm.

v. 484. Denfos trabe] Ita omnes vulgati. Vetus codex, denfa trabe. CARRION. Denfos verumelt. licet Aldina editio etiam derse habeat. ita lib. vr. 76.

Densior band vsquam, nec celsior extulit allis

Silua trabes. Et lib. v. 640. nec illas Adstiteris impune trabes. Onid x 1 v. Met. 360. densum trabibus nemus, ponitut autem trabs pro arbore audaciori translatione: quia erabes non dicuntur, nisi iam caesae tint arbores & depositae, notante Seruio ad Virg.1x. Aen. 87. ita tamen solent abuti Poet. vid. inf. v.163. 641. & v11. 395. 565. & alibi. fed verecundius vium hac metaphora Vitgilium puto, quia ille agit de atboribus nauibus faciendis destinatis, noster & alii etiam sine hoc respectu, omnes ita arbores vocant, pro telo faope vtitur Statius. vide Barth. ad 111. Theb. 149. 1x. 124. & alibi. Burm.

v. 486. Haeret Hylas] Fuit is, teste Propertio, qui Callimachum & Apollonium sequirur, Thiodomantis filius, puer formolissimus, quem patri raptum (quomodo autem rapuerit scribit Apollonius) miro amore profecurus est Hercules. funt qui Hylam (inter quos Socrates ad Idotheum)dicant amatum, non ab Hercule, sed a Polyphemo, qui cum Argonautis nauigauit, & Herculis fororem Leono-

Illum vbi Iuno, poli fummo de vertice, puppim Deseruisse videt; tempus rata diua nocendi: Pallada consortem curis cursusquo regentem

490 (Ne qua inde inceptis fieret mora) fallere prima Molitur; caroque dolis auertere fratri. Tunc fic adloquitur: Procerum vi pulfus iniqua, Germanique manu (repetis, quo crimine) Perfes

Laononem vxorem duxit, qui ea feuitate fuifie dicitur, vt fuper vadas curreter, nec pedes aquis tingeret. Apud Philostratum vero vinitor Nestorem magis amatum fuifie ab Hercule tradit, quam vel Hylam vel Abderum: hos enim admodum pueros fuifie Nestoris tempore, Nestorem autem natu maiorem. Idem autor est, Nestorem primum fuisie, qui Herculis nomen in iuramentum & religionem iuduxerit. CARR.

v. 486. Passine moratur iniques of Non placuit Heinsto hace ledio, quia mox vi iniqua sequitur. itaque corrigebat olim, amices, sed Virgitium lib. st. 724. expresse recte notat Maserius.

Sequieurque patrem non passibus acquis.

Cortigebat etiam, passu iniquo, quod tolerabilius videtur, nam non aequo incedens Hylas passu, cogebat Herculem tardius ire, quod sirmat Statius v. Theb. 440.

Ardes iser, magnique sequens ve-

Ardes iser, magnique Jequens vefligia musas Herculis, & carda quamuis se

mole ferebat,

Vix curfu tener acquas Hylas.
Sed & idem fensus ex vulgata
emergit, vt maiores Herculis passus, & ita non acquales passus
Hylae, moraretur puer. si iniqui
passus maiores, nimii essent, vt
Stat. 11. Achil. 389. gradu maiore

irabens. sic iniquum merum sup. vecs. 66. Iniquas congressus vi. 322. 8c ita cape illa Ouidii x. Metam. 375. Sederas Hippomanes cursus spetiator iniqui. Quia nemo poterat aequare Atalantam cursumale crudelem cursum interprenantur. sic contra aequis pedibus Ouid. Iv. ex Pont. v. 3. 8c iii. Fast. 365. vbi vide. Burm.

v. 490. Fallere prima Primam praestucrit. HEINS. Primo edit. Aldi.

v. 491. Anertere frasri] Egimus de hoc verbo ad Petron. cap.
Cx. & Cxxiv. infr. vi. 17. quinam binc animos anerteris error.
cum praepolitione vius Salluft.
Iug. 89. parsim vi, alia mesu, aus
praemia offentando anertere ab boflibus. Burm.

v.493. Repetit quotrimine Perfes] Neutrum est, vt appeto apud Gellium, id ferme temporis, vt appetat Messis. nisi quis malit legere, repetis. quod etiam frequentius iuncum cum memoris ponitur. Mas. Repetito crimine, quamvis ex fola Aldina editione, restituere non dubiraui. Sensus autem ell, Persen non oblitum fuisse iniuriae ac criminis fraterni, sed eo repetito & ad animum reuocato. mouitie opes barbaricas. Vulgo fine fenfu legitur, repetit quo crimine Perfes: quod qui retinent sensu communi carent. Voss. Re-D d petito Barbaricas iam mouit opes Hyrcanaque figna:

Aeetes contra thalamis & virgine pacta
Conciliat reges Scythicos: primusque coacta
Aduehit Albana Styrus gener agmina porta.
Bellum ingens: atque iple citis Gradiuus habenis
Fundit equos. viden' Arctoo de carcere quanta
Tollat se nubes, atque aequore pendeat atro?
Corripe

petito crimine Aldus, sic insta v. 718. Iohannes Columbus, repetite discrimina. videtur versus vnus arque alter excidisse. HEINS. Mihi repetit cum Maserio placet. quod optimum facit sensum: probe meministi, quo crimine, id est, sub cuius salsi criminis praetextu, Perses vi & manu Germani pulsus mouit opes barbaricas. mallem vero per parenthesin ita legere,

Procerum vi pulsus iniqua, Germanique manu (repetis quo crimine,) Perses

Barbaricas , &c.

de verbo repetere vid. Heins. ad Ouid. v. Epist. 113. veitur & inf. 1v. 59. noster alio sensu, vt videbimus. Burm. Rapido molimine Perses coniecit Markland in Epistual critica p. 29. sqq. laudarque ipsum Flaccum v. 272. vi. 33. de eadem re aliosque testes: a ute quidem, sed malim sequi Burmannum. Harl.

v. 497. Albana porta] Respicit Pylas Albaniae, quas Ptolemaeus ponit ad Caucasum. Burm.

v. 497. Gener] Non, qui erat, fed sperabat, se surum. Virgil. 11. Aen. 444. de Coraebo,

Es gener auxilium Priumo Phrygibusque ferebat.

vbi Sernius. Gener dicitur & qui est, & qui esse vult, vt bic indi-

eas locus, vel certe fecundum spom illius. vbi & docet ita Marisas dici pto sponsa. & ad Ecl. v111. 18.
Comiugis indigno Nisae deceptus amore. Non quae erat, sed quae fore sperabatur. Vide Broukhus. ad Tibul. 111. 1v. 31. Ouid. v. Metam. 10. En, air, en adsum prarestae coniugis vitor. ita & socrette fest. ita lib. 1v. 58. bospita moenia, quae sperabat hospita. Burm.

v. 499. Fundit equos] Incitat, immittit: vt ita fundere babonas lib. vt. 391. & permissis babonis fundere vela Iv. 679. BURM.

v. 499. Viden'] Reste Maserius observat, vitimam in hac contracta voce esse corripiendam. vid. inf. v. 595. Burm.

v. 499. Vid.n' Artioo de carcere quanta] Fotte, Artioo de cardine; quomodo apud Claudianum, Eoo de cardine crimina surgunt. HEINS.

v. 500. Aequore pendent airo] Insolentior videri potest locutio, si capienda sit pro impendeat aequori, ita sere lib. 1v. 725.

Illic umbrosae semper stant acquare nubes.

Non placebat tamen Francio, qui, nethere pendent atro legebat. cette aequor & uether centies a librariis permutața fateor. & ita lib. II. 517. piceum coelum dixit, & plura ad manum funt huic lectioni flabilien-

Corripe prima vias; finem cum Phasidis alti Transierit Perses, aciemque admouerit vrbi, Coepta refer; paullumque nesas & soedera necte, Consiliis atque arte tua. sponde, adsore reges 505 Dis genitos, quis arma volens, quis agmina iungat.

At virgo, quamquam insidias aestusque nouercae Sentiat, & blandos quaerentem singere vultus,

Obsequi-

stabiliendae. sed & vulgata intelligi potest, vt aequor sumatur pro specie, similitudine aequoris, vt nubes tantam aquae vim conclufam oftentent, quae totum cocium atro acquore operiat, id cft, vna & continua caligine, quae aquas & imbres minetur. & hoc videtur sensisse Pius, qui explicat, aquam piceame procella imminentem, sic de magna copia aquae Ouid. x1. Met. 488. nequorque effundit in aequor. vid. inf. 1v. 666. & Supra vers. 474. per nubem vero metaphorice multitudinem exercitus intelligi, rece notat Maserius, & hoc obuium, vide ad lib. tr. \$21. Burm.

v. 502. Facienque admonerir vebi] Bononiensis codex habet, aciem. sicque malim legi, vt imitatio six Virgiliana, [Aen. x11. 555.]

Iret, ve ad mures vrbique ad-

Et in XI. quum Aeneas duceret exercitum ad moenia, dicitur, Castra Aeneas aciemque monebas, neque tamen procsus abiicio, faciem. MAS. Omnino loquitur luno de obsessa vibe a Persa. Zinzerl. Aciemque scribatur, asque ita editio vecterrima Bononiensis, v. ad Ouid. Metam. 1v. 463. HEINS. Indubia correctio, ita ad-

mouere exercisum Vell. Paterc. 11. 110. & alii faepe. Burm.

v. 503. Paullumque nefas] Att. tantumque nefas. Heins. coniecerat & idem, panidumque, vel vafrumque. ego haec non capio. coepta refer est, ipsi ob oculos pone, quid incipiat, vel potius coepta Argonautarum; fed paullum nefas quid fit non intelligo. fi legere liceret, paullumque meras & foedera nelle, res effet aperta. fed contra libros nihil tale audeo. cogitabam &, coepta refer Peliaeque nefas, qui lasonem huc extrufit. Burm. nisi paullumque nefas in parentheli ponas atque intelligas, parumper potes nefarie iniusteque loqui & agere; Burmanni conieduram Peliaeque nefas probem. HARL.

v. 504. Sponde) Vid. ad vr. 117. Burm.

v. 505. Jungar] Junger nofter codex. Bunm.

v. 506. Aestusque] Ita & vetus codex & omnes vulgati, excepto Lugdunenti, qui habet, assusque; placeret, si vetustate niteretur. GARR. Assusque Bon. Ald. Colin. Gryph. & probat Balb. sed aestusque Bulaeus arque e scriptis suis libris Heinitus iure deligunt, ne bis idem dicat. HARL.

Dd 2 v. 508.

Obsequitur tamen, & iussa petit ocius oras. Ingemuit Iuno, tandemque filentia rumpit:

510 En labor; en odiis caput insuperabile nostris.

Quam Nemeen tot sessa minis, quae proelia

Lernae

Experiar? Phrygiis vitro concurrere monstris Nempe virum, & pulchro reserantem Pergama ponto

Vidi-

v. 508. Obsequisur] Insequitur Cod. Coki. Burm.

v. 511. Quam Nemeam] Sic omnes vulgati. vet. cod. quam Nemeen: codem vtrumque recidit. CARRION. Nemeen ex scriptis. Heins. Nemean noster codex. quae Nemeae Ald. Bukm. quem Nemeen cod. HARL.

v. 511. Fessa minis Sic legendum est, non nimis, vt codex Bonon. ostendit. M.S. Ouidius 11. Art. Am. 217. Ille facigatae perimendo monstra nouercae. Burm. minis codex. HARL.

V. 511. Quae bellua Lernae]
Quae Nemeae sos fessa minis. quae
proclia Lernae Experiar. Ita in
Gruteri MS. inuenit Gebhardus.
Nec aliter in Aldina editione excusum. Nesas itaque duxi ineptissimam vulgatorum codicum leetionem diutius tolerare, quae est,

Quam Nemeam tot fessa minis, quae bellua Lernue

Experier.

Eth eam his verbis explicare conatus est Maserius, Bellua: odio fernens, furore surbasa. Scilicet nihil tam insulsum est, quin & assertores suos inueniat. Voss.

Quae procha Lernae cum Aldino codice, vii Zinzerlingo quoque placuit, & Gronouio Obleruat.

lib. 1. cap. xv. possis &, quaene

auia. quae bellane Ioh. Columbus. HEINS. An, quae fulmina Lernus, vt fupr. lib. 11. 496. Burm. bellus ex. Bon. fed quem corr. a do-da manu. HARL.

v. 513. Nempe] Inseruit eleganter Ironiae. vid. Ouid. x111. Met. 93. & 338. sic & quippe Virgil.

1. Aen. 39. Quippe vetor fatis.

v. 513'. Pulchro referantem Peryama ponto] Aut puife ponte cotrigendum, id est fugato, aut Tencro ponto. sic campi Tencri apud Statium. & apud Horatium, Tentro puluere. victo, vel, pulfo loh. Columbus. HEINS. Maserius explicat pulchrum pontum, qui antea Troianis tristitiam attulerate tot expositarum belluae corporibus confumptis, nunc caefo mon-Aro pulchrum, Pius similiter, nunc pulchro, non amplius obsesso. vel perpetuum effe epitheton dicit, vt Homero pulchriftuus, quod cui placere possit non video, nec Tenero, nec pulso pouto placet. magis placeret Columbi palfo, fi pro ponto legatur, monstro. sed fortalle scripserit: pukbre referantem Pergama coepto. vid. 1.41. & 498. vbi pulcherrima coepea. Bunn. & placide adscriptum fuit margini ed. Bon. num e cod. an ex coniectura sit, pescio. HARL.

Vidimus.en ego nunc regum foror: & mihi gentis 515 Vllus honos? iam tum indecores, iustaeque dolorum

> Primitiae, & tenero superati protinus angues. Debueram nullos iuuent iam quaerere casus, Victa nec ad tales forsan descendere pugnas: Verum animis insiste tuis; astumque per omnem

> > 520

Ai Ald. Gentis autem non Agri- per impluuium immiffos ad eum colce, fed, ve recte Pius, gene- strangulandum. Es puer in cunis ris & originis dinalis, vt ait, vn- iom fone dignus eras. Pius. Inde orta luno nobilitatem suam, faeque opinor, iustas doloris sui iactar, quam nihil profuisse que- primitias argute luno serpentes ritur. sic gentem apud Romanos so- vocat a se inmissos, & ab Herculi Patricii habere dicebantur, infr., le in cunis superatos, videtur Meleager verl. 668. nec parna mi- etiam debere scribi, ut tenero subi fiducia gentis, quod paullo ante perati, pro &. iam tum indecovers. 630. dixerat, nec minus in res & iustae dolorum mihi primisefe generis. Nullus bener codex tiae, vt angues ab illo in cunis noster. Burm.

v. 515. Iam tum indeceres] Ita vetus codex. [& cod. noster collacused alii . indecorae. inepte. eius enim tertia. syllaba produci-Indecores vero, etiam apud Virgilium legitur lib. v11. 231. & x11. 25, vbi Seruius Honoratus ait, aut systole est, aut certe dicimus eius nominatiuum non-imuoniri, qued fit in multis nominibus; alibi etiam dicit compolitum elle a nomine decer, & penultimam obliquorum naturaliter produci, licet Virgilius sit aliter vsus: ego. a decas componi credo: Acciua Athamante. Cuius fit vita indecoris mortem fugere surpem bandsonvenie : citat Nonius Marcellus, addens, apud antiques fuiffe in vfm nominandi cafum indecoris & indecore. CARRION.

v. 515. Iuffaeque dolorum Primitiae] Scribo, cassae, vanae videlicet & inefficaces, irtitae, quo-

v. § P4. Et mibi gentis] En mi- niam infans geminos eliut angues sunt superati. 🔁 🗗 potest tolli, vt sit adpositio, quales multae apud Valerium, quod & Columbo placebat. Pius legebat, caffaeque dolorum Primiriae, missaeque Columbus. pro vilus baner, tres scripti, Nullus. gentis honos, Argolicae, vbi luno colebatur, & vnde maternum genus Herculi. forte, en mibi gensis Qualis bonos. Heins. Caffaeque cod. & cum Pio probo. idem cod. v. \$17. pro for fan habet softbae, forte melius. HARL.

v. 519. Animis] Non legatur, aunis. & hace omnia furentem arguunt: nam modo fe ipfam alloquitur, modo alios, primasque in secundas personas vertit. Mas.

v.519. Actumque monebo] Actum agam. prouerbium priscum. incassum videlicet laborabo. Prus. Vterque Paris, [item Bon.] actumque monebo Tende pudor mox & furias, ditem quoque verto. Lugd. Dd ₹

Tende pudor: mox & Furias Ditemque mouebo.

Haec ait; & pariter laeui iuga pinea montis.

Respicit ac pulchro venantes agmine Nymphas,

Vndarum nemorumque decus. leuis omnibus
arcus,

Et manicae virides, & stricta myrtus habena;

& Argentor. astumque monebo, Tende pudor mox & furias Disemque ciebo. ex hac varietate fatis appaset versum ab aliquo esse depravatum. vet. cod. astumque per omnem Tende pudor, mox & furias Disemque monebo: optime. sic Virgilius,

Flettere si neques superos, Athe-

CARRION.

Assumque corrigendum, per omnes dolos, sic supra,

Ar virgo quamquam insidias
assusque nouercae

Sentiat.

mox cum priscis editionibus primus Vaticanus, Ditemque ciebo. Forte,

- noctem & Furias Disemque moueto.

HEINS. Noster codex, Disemque monebis, etiam non male: Disemque quoque verbo luntin. pro verso, ve est in Aldin. & Maserii. Pius refripsit vel, Disemque ciebo, vel verso interpretatur, conuerto me ad Plutonem, si non proderit luque mouebo Tende pudor: mox & Furias Disem quemodo verbo. B.

v. 521. Laeui] Laeuis codex nofter. leui Argent, Colin, & Gryph, Burm.

V. 524. Es manicae virides & frida myrsus babena] lta edd. Bon. Ald. aliacque ante Carrionem, ac Gebhard. ex MS. Gru-

teri dedit, probante Vossio. Ausna aliae. deinde pro myrtus cod. habet pinus. HARL. Phibena corrigebat Rutgerlius in Venulinis lectionibus, quae penes me ex-Stant ineditae, & scuticam intelligit. Pollux libro vr. cap. 111. Prety 38 RUTHYETE, XITHY SUTERNICA κα) σευτάλης: & libro x. cap. xxxI. TE SE RUPHY OTH THE UN ALVE . SERTOR. βόπαλα, σαυτάλω, ξύλα. Βαθεπαπ autem pro scutica Heratius pofuit. mesuens pendentis babenae. babense etiam priscae editiones ante Carrionem, nostri codices scripei . berens, babenam Pius amontum, h. e. corium, quo lanceolae nectabantur, vt emissae retraherentur ad mittentem, interpretatur, de auena negat in scriptis codicibus exítare. habes & pastoralem myrtum apud Maronem, subfinem Aeneid VII.

- Lyciam us geras ipsa pharetram

Es pastoralem praesixa cuspide myrsum.

In scriptis pletisque, stritta bareme. Heins. Auena Coki Cod. sed
quocumque modo legas, ebscurier esit sensus. qui enim esi,
myrtus stritta auena? an baculus
myrteus, qui in modum auenae,
tenuis est se stricta, detracto cortice. vt ita virgas ex quacumque
materia, auenas, calamos, arandines vocasse docet Salmass. de Cruce pag. 286. sed hoc non placet.
an myrtus stricta babena est myrtes

5.25 Summo palla genu; tenui vagus innatat vnda Crinis,

tea scutica? vel potius virga myrtea, ex qua lorum, quod proprie scuticam facit, dependet, & quod stringunt Nymphae, id est fublatum gerunt, & ictum eo gestu minantur. quod tolerabilius. ita Stat. x1. Theb. 513.

It praeceps sonipes, strictae contemtor babenae.

Quo sensu & mox strittas setas idem dicit vf. 531. & ita friffi vugues, manus &c. de quibus ad Ouid. I. Am. vi. 14. Myrtea autem ex decoro virga Nymphis venantibus datur, quia Myrtus erat valido ligno (vid. ad 11. Georg. 447.) & Dianae sacra: vt Cerda ad Virgilii locum ab Heinsie, & iam ante a Pio, laudatum docuit. de baculis Myrteis, qui viatorihus inseruirent, & de pastorali Myrto multa habet Barthius ad Stat. IV. Theb. 301. BURM.

v. 525. Vagus innatat umbra] Vmbella, reticulo, redimiculo. Paragium dicit Apuleius: funt qui legunt, innasat unda, vt tanquam vndis, id est flexibus, gradibusque discurrat. repugnant prisci codices. Pius. Vnda omnes vutgati. vetus codez innatat ombra: optime. CARR. Hoc scholion Carrion in prima sua editione omifit, & in textu dedit unda. Ex. Bonon, habet ombra. HARL. Vnconstanter habent omnes edi-Vads crinium probe ditiones. Sum. fic undam inbae Martialis appellat lib. VIII. 55. de Leone. ZINZERL. Vmbre Gronouius cum prifcis editionibus Obseru. IV. xvIII. quod Catrion son debuit mutaffe: nam & embre in scriptis mostris. HEINS. Vmbram dici de

disciplinae peritus, sed huic loco inconvenientem lectionem puto, & rectius ve innatat respondere undam, vt etiam tā vagus. & ita antiquae editiones. in Argent. demum, Colinei, Gryphii, Carrionis secunda & sequentibus vmbra legitur, sic & infra legendum puto lib. v1. 618.

Tunc & terrificis undantem crinibas Hebrum

Et Geticum Priona ferit. Vid. ad Ouid. 111. Art. 142. & hoc exigit Virgilii imitatio, qui in simili habitu Veneris lib. 1. 319. dederat coman diffundere ventis. & Claud. 11. de Rapt. 31. de Diana, indociles errare comas. Sic & veftis fluens & vagans undare & fluttuare pathm dicitur; cum a vento diffunditur, vel cum laza in rugas fluctuat. Stat. Iv. 266.

Vndanzemque sinum nodis irrugat Hiberis.

Seu plures tolerare moras. Verum quidem est moueri omnes flatus, fed & Aeolii nimis vagum videri potest, & saepe illi vehementiores funt, quam vt Viam fuadeant. quare mosis sumo, pro qui surgunt & incipiunt, ita lib. 1v. 128. neque ego banc motis auertere ventis Tentaui senuine ratem. id est, excitatis, ve ibi Carrionis Stat. x. Theb. 888. liber. lib. v 111. 391.

An bos nobis magico nunc carmine ventos

losa monet? Horat. 111. Od. xxvif. 22.

Sentiant motus orientis Austri.

Sic moueri aftra, cum furgunt, dicuntur. vt Inpiter Pliada mouet lib. 11. 357. & v. 306. vid. Heins. ad Ouid. x1. Epist. 42. & mouere de aliis rebus pro incipere passim dicitur, vt saepe ad Ouidium Heinsius notauit. BURM.

v. 627. Temporis acti] Acque Regius. forte, ecce. HEINS. Et quae noster codex. Burm.

v. 628. Studiis freta innentus] Factionibus: nam in duas partes discellife Argonautas apparet. quarum vna, quae pergere volebat, nunc orat lasonem inire vias. Altera Telamoni fanens verl. 645. obfore tanto coetui. inepte. Bolasonem in suas partes tentat deducere. egregia Poetae 'Ossempla, obfore.] & Florent. tanto adfore s'

qui auctoritatem Ducis firmat, & tandem, cum egregium virtuti Herculis tellimonium edidiffet, & monuisset, quantopere Herculem desiderarent, concedit factioni violentiori & fatis, quae trahebant. fludin hic, ve frepe, factiones notant, vt lib. v. 625. Quae findiis, ren magne, quies? Virg. 11. Aen. 39.

Scinditur incertum fludia in contraria vulgus.

Sil. 1. 185.

Hinc studia accendit patriae virtutis imago.

Iamque louem circa studiis dinerso fremebant.

Argolici.

Claudian, Laud. Seren. 207.

Artemque pavore Confessio finem fludiis fecere procellae.

vbi vide Barth. fic & onesas Graecis vsurpari docuit doctissimus Perizon. ad Aeliani Var. 111.8. malim etiam, dixerat. at fludiis. repetere virimam Syllabam ve dixerat neglexerat librarius, & inde & prouenit fulciendo sensul. BURM.

v. 629. Obfbre coeta] Datiuus, vt probat Gellius in rv. 16. cuius patrius casus est in vs. potestque obfore poni eo modo, quo apud Papin. adfore, de quo sate. MAS. Verumque Parif. tante obfore coesu: & intelligit Maferius, vnum non. [meum ex. Bonon. habet idque 630 Nec minus in sele generis, dextrasque potentes. Esse ferunt, tali mentem pars maxima slatu Erigit, & vana gliscunt praecordia lingua. Saltibus vt mediis tum demum laeta reducit Cerua gregem; tum gestit aper, reboatque superbis

635 Comminus vrsa lupis; cum sese Martia tigris Abstulit, aut curuo tacitus leo condidit antro.

۸t

idque co, quod in vet. scriptum inuenerunt, afore, quod & aliis erroribus occasionem dedit, vt alibi ostendam. Hoc autem verbum cum primus omnium in Valerio Flacco obseruassem, alii in aliis etiam auctoribus inueniri aunotarunt, vt in Horatio lib. 1. Sat. 4. vitium procul afore chartis: sic enimibi legendum est. CARR. Afore primus Vaticanus cum Carrionis libro. & in Virgilianis codicibus non semel exaratum offendi. HEINS. Vide Barth. ad Stat. v111. Theb. 229. Gifan. Ind. Lucret. in fernatus. obfore Maser. Junt. & Ald. Edit. Burm. vide ad Plin. 2, 11.24. H.

v. 630. Dextraeque potentes]

Nec minus in sese generis dextraeque potentis. HRINS. Vtrumque facile desen-

di potest. Virgil. vii. 234.

Fata per Aenese iuro, dextramque potentem.

Horat. Carm. Secul. vers. 53.

Iam mari terraque manus potentes

Medus, Albanasque times secures. Burm. dextrasque Bonon. HARL.

v. 631. Flatu] Arroganti ia Ba- Stat. x. The tione. inf. verf. 699. Non hi sunc re, adferre & flatus, non illa superbia diffis. Vid. Guietus ad Bath. ad Stat. I. Theb. 321. & BURMANN.

111. 192. & ad Claud. 11. in Eutr. 431. & 11. Laud. Stil. 157. & Heinf. ad Ouid. 1. Art. 17. de vecto erigere vid. ad lib. viii. 20. BURM. Crufius haud necessario corrigit fastu. HARL.

v. 632. Glifcunt] Vid. ad lib.

11. 277. BURM.

v.633. Saltibus ve mediis] Coniecerat Heinfus, Medis, & mos, Caspia Tigris, vt saepe Poetae animalia haec a regionibus, in quibus frequentes sunt, denominant. Seneca Herc. Oct. 145.

Te fera Caspia.

Quae virgata sibi praebuit viera.

Claudian. 111. de Rapt. 105.

Es me non Caspia Tigris Ediditfed ipse non tribuit multum bis coniecturis: nam neque in notas descripsit, & ipse Silium lib.vii. 717. dixifie Maritum lupum notavit. cui adde Virg. 1x. Aen. 566. Caspiam Tigrim etiam Statius x. Theb. 282. dixit. Burm.

v. 634. Cerus gregem] In meo codice erat, Cerus granem, quod me acutior forte intelliget, & indealiquid exsculpet probabile. B.

v. 636. Abfulir] Eleganter, pro ex oculis rapuit. vid. Barth. ad Stat. x. Theb. 149. & ita fe force, afferre & auferre dici docuit Guierus ad Terent. And. v. 6. BURMANN.

v.636.

At pius ingenti Telamon iam fluctuat ita Cum fremitu, saenisque furens in iurgia dictis Insequitur, magnoque inplorat numina questu. 640 Idem orans prenfatque viros, demissaque supplex

maxime vindicabat ab intempe-Riua Heinsti correctione Silium lib. vt. 143. vbi pro, curuoque im- nus omissa voce media. Heins. manis in antro, reponebat, furue, Cl. Drakenborchius, quem vide. BURM.

v. 637. At pius ingenti Telamon. com fluctuas ira] Pius in amicum Vnde & eodem epi-Herculem. theto ornatur a Papinie 1x. Thebaidos 68.

lam Telemona pium, iam Thefea fama tocebat.

Fallitur ergo Lutatius, qui ita ad hunc locum notat: bic Meleagrum mice dilenis; ve Thefeus Perishoum. Quod etiam Bernattius fecutus. Inepte. Nam pro Meleagro Herculem debebant dicere. Voss.

v.628. Ferens fera iurgia] Sic Bon. HARL. Codices antiqui, ferens in inrgia, concitans le in maledicta. PIUS. Furens in inrgia vet. cod. alii, ferens fera iurgia; minus bene. CARR. Furens in iurgia. MS. Carrion, aliae editiones, ferens fera iurgia dictis. edidit, faenisque ferens fera iurgia dictis. inegia screre probiffima phralis. & nos hoc verbi diversis vna cum Valerio retticuimus in promuliide nostra cap. 20. quae omnia huc transcribi non debent. ZINZERL. Tun fremitu corrigendum. fluduat ira Tum fremitu. Aldus & cum illo Zinzerlingus, [Balbus ac Vossius.]

– saeuisque serens fora iurgia dictis.

furens in iurgia cum Carrionis libro videtur praestare, quia fe-

v. 636. Curuo antro] Hoc loco rae gentes paullo post sequuntur. ferens in iurgia codices Papt. Pii. ferens iurgia dictis primus Vatica-Fremens in iurgia Coki liber. Carrionis codici noster consentit, & praeferendam etiam illam lectionem puto, ne duo illa epitheta faeua, & fera inconcinne cumulentur. faeua vero dicta etiam Terentius habet Phor. 1. 1v. 36. Ouid. Rem. Am. 664.

Horrebant sueuis omnia verba minis.

Apollonius vero lib. 1. 1289. Telamonem non acriter tantum, sed indecore & plebeiis conuitiis ipsum lasona adgressum inducit: politius & elegantius noster duci reuerentiam fummam habitam narrat. Burm.

v. 639. Implorat | Implorant meus codex. Burm.

v. 640. Idem orans] Ita omnes vulgati vet. cod. dememorans, quod quid fit nescio: & verbum hoc nusquam inueni: nec illud, idem orans, satis hic conuenit. CARR. Dememorans ex veteri libro delicium Musarum (Gifanius (in degerere) quem frastra toties sugillat superbus Carrion. Bur. Inepta lectio. Emendo,

Demum orans prensutque viros &c.

Telamon primo iurgiis agere: demum, vbi ita nihil proficeret, focios orare coepit, ne Herculem vellent relinquere. Veriffima est haec coniectura. Voss. Petlimo exemplo Carrion ex membranis ſuis.

Haeret ad ora ducis; nil fe fuper Hercule fari, Sed focio quocumque gemens: quamquam afpera fama

Iam

fuis, Dememorans. ait Telamonem primo Deos, deinde & focios multa prece obreflatum ese. Heins. Vide quid faciat non recte intelleda vocis vis, haeserunt ad illud Idem librarii, & Carrion, sed idem ille Telamon, modo furens, fremens & deos implorans, nuncorat, prensat & supplicat. vid. ad lib. 11. 104. vbi fatisfactum credimus intelligentibus. Burm.

v. 640. Demissa eras Prae pudore recte explicat Maserius. vide Barth. ad Stat. x. Theb. 63. caus eimore Iasona oculos demussie credas, quod indignum duce. Burn.

v. 642. Sed socio quocumque] Artificiosa oratio, ne Herculem nimis defiderando, lasoni & eius prudentiae & virtuti diffidere videretur; ideo fidem non Herculi, principi Argonautarum, modo, sed & vitimo ex sociis esse praestandam infinuat. haec enim vis +8 quocumque, quam recte cepit Pius: est enim idem quod, vel vilissimo, & quo facile etiam carere possent. sic inf. IV. 120. V. 491. 684. v1. 333. Virgil. 111. Aeneid. 601. quascumque abducite terras. & 654. mocumque absumi-te leto. Sueton Cael. LXVI. vezustissima naue impositos, quocumcumque vento, in quascumque terras inbebo anchi, id est etiam adverso vento, & in solas terras. vt Propert. 1. Eleg. 8.

Et sine me vento quolibet ire paras.

Idem Sueton. Aug. LXXVII. in proximo cuiuscumque domessicorum coenaculo manebat, id est, etiam vilissimi, ve coenaculum indicat:

& ita forte capienda illa Horat.

111. Od. 21. quocumque lectum nomine Massicum. in quo valde aestuan interpretes explicando, sed sensum puto, Massicum certe, licet forte non optimi generis, sed quocumque nomine vocetur, nam & diuersa erant eiusdem tractus vinerum nomina: eadem vis in quilibet, vt vidimus ad Ouid. Ep. x11. 110. Burmann. Cotte notarat loca Lucani 1. 375. 387. x. 375. Harl.

v. 642. Quanquan aspera fama] Habent aliqui, aspera famae, iple lego, fama. legitur infuper, gensis ferse, tuncque fenfus effe pol-Let, quamquam fama est per loca aspera, & lutora barbara gentis ferae alium contra Herculem dari non poste, vaque adeo cognita erat Herculis virtus & potentia, in Codice Bononiae imprefio, feras gentis inueni, cuihaereo, nec alienus erit sensus. non gemo super Hercule, cuius absentiam indigne debemus ferres cum auxilio nobis esse posset, & opus erit, vbi periculum instabit. fama namque est haec loca esse aspera, & gentes feras proxima incolere litora, nec timendum nobis putabimus, cui nemo conferri potest. Mas. Vide, vt sudet Maserius, reliqui vero interpretes taceant. & certe est fenfus intricatitimus, quia & hic, vt suepe, verbo est deficitur oratio, vt modo ví. 626. vidimus, & alibi. sensum puro, quamquam fama est, loca aipera esfe, & feras iam adelle gentes, ad quas accedimus, non putem tamen aliquem ibi

447

Iam loca, iamque feras per barbara litora gentes;
Non alium contra Alciden, non pectora tanta
645 Posse dari. rursum instimulat, ducitque fauentes
Magnanimus Calydone satus; potioribus ille
Deteriora fouens, semperque inuersa tueri
Durus, & haud vllis vmquam superabilis aequis,
Rectorumue memor: Non Herculis, inquit,
ademti,

650

ibi diri, id est, repetiti, oftendi posse nobis, qui cum Hercule confistere auderet, sed nobiscum, multo Hercule inferioribus, audaet & prompte manus conferre audebunt, vel fi contra aduerbialiter sumi, & alium Herculem coniungi placet, legerem: namque afpera fama Iam loca, &c. id est, fama est, iam propingua esse loca aspera & feras gentes, neque nobis amisso Hercule puto dari inter Argonautas alium, qui Herculis robur & pectora aequet. fic lib. IV. 62. In quem alium Alciden &c. differs. VII. 92. Alium bic Pelian, alia aequora cerno. Ouid. Remed. 282. non alius Rhefus. vide Heinf. ad lib. 1. 646. BURM.

v. 645. Rursum instimulat] Forsitan placebit, cursum instimulat. sed nihil muto, cum rursum possit iuxta Laurentii sententiam pro e contrario exponi. MAs. Ego fequor Vallam, qui 11. Eleg. 58. docet rursum pro contra sumi. sic apud Virgil. 111. Georg. 138. notante Phylargyrio,

Rursus cura patrum cadere, & succedere matrum

Incipit.
Vide viros doctos ad Tacit, x111.
Annal. 14. & mirare, quas turbas
vna particula, non bene intellecta, dare potuerit. Bugu.

v. 645. Ducitque fauentes] Id est, ducem factioni oppositae Telamoni se praebet; praeit: que sensu Petron. cap. 124.

Primumque Dione
Caesaris acta sui ducis. Burn.
v. 647. Inversa tueri Durus]
Immani errore lunta edidit, vniversa. inversa funt, interpretatione in deteriorem pattem traca,
quae pertinaciter desendebat. vt
Hotat. 1. Sat. 111.55. at nos virsuses ipsa inversimus. & idem inversos mores dixit 111. Od. v. 7.
Burnann.

v. 649. Rectorumue memor 1d est, reuerens, curans, vt lib. r. 48. Nil nostri diuumque memor. sic & cogitare apud luftin, lib, xix, 2. ve boc meru, ita in bello împeria togitarent, vt domi indicia legesque respicerent. vbi nihil mutandum. Tacit. lib. x11. 11. addidit praecepta, vt non dominationem & feruos, fed rectorem & cines cogitarent. Vulcatius in Cassic, cap. x. non enim pius est Imperator, qui non cogisas vxorem & filios. dubium vero hoc loco, virum recterum a rectum, an a rector lit deriuandum, cum verumque habeat aptum fenfum. fed praecedens aequis suadet, vt prius credamus, ita pallim aequum & bonum itmgitur. vt recti bonique praeceptor Senatus Petronio c. LXXXVIII, recte deerra650 Sed tuus in feros haec nostra filentia questus Traxit honor; dum iura dares, dum tempora fandi.

> Septimus hic celsis descendit montibus auster, Iamque ratem Scythicis forsan statuisset in oris; Nos patriae inmemores, maneant ceu nulla revectos

655 Gaudia, sed duro saeuae sub rege Mycenae,

deerrare Paterc. II. 3. &, a rectis ad vitia peruenire II. 10. fic influm lib. 1.534. & v. 499. Burm.

v. 649. Nan Herculis] Contumeliota haec Meleagri oratio, sed & illa offcurior; cuius sensum hunc fere esse video. Cunctatos esse Minyas septem dies, non propter Herculem ademtum, quo facile carere posse Meleager socios. iactabat, & prima luce fibi iam abeundi sententiam sedisse; fed siluisse & a querelis abstinuisse, reuerentia scilicet lasonis, qui non ante focios in consilium mifisser, & ita cius culpa elapsos esse septem dies, intra quos, si statim vela dedissent, iam Scythiam potuissent attingere. Exprobrat itaque acerbe lasoni imperiosam & Regiam superbiam, qui non consultis Minyis tot dies elabi patfus effet, & nunc demum ad eos refert, an pergendum, an manendum sit consultius. Bunm.

v. 651. Traxit} Produzit. nos tui honoris causta silentium tenuimus, & nunc demum in hos seros questus imus lib. 1v. 460. Trabitur victu crudelis egestas. & lib. v. 549. Acribus ast illas curis mora sue tanta post bonor; & reliqua continuanda deinde, & construenda, dum tu nobis ius & tempus sententiam dicendi dares, elapsus

est septimus dies, qui, si statim focios consuluisses, nos forsican iam in Scythicis oris statusset. BURMANN.

v. 652. Defcendis] Ita lib.1. 688. Ecce ausem molli Zepbyros defcendero lapfu

Adspiciunt.

& v11. 25. Grataque iam fessis descendunt stamina terris. Burn. Ventorum in montibus frequent est apud poetas mentio. v. insta 1v. 20. & Markland in Epistola critica pag. 56. Harl.

v. 653. Stasuises Non modo appuliset, sed tuta in statione collocasset, omnibus periculis defunctam. sic statuere & consistence nauem, omissa remigatione, certo loco sistere notare, docuit mimus Gronouius ad Liu. xxvi. 16. sic signum statuere post agmenductum Valer. Max. I. v. ext. 1. BURMANN.

v. 655. Sed duro facuae sub rege] Euristheum intelligit, de quo multa primo libro: vrumque Paris. duro sub lege, quod Latini sermonis puritas repudat. CARR. Vitio operarum in Maserii edicione legitur lege. sed ipse optime de Eurystheo explicat. quin ideo cuncarentur Argonautae, no si cito desuncti essent hoc labore, a Pelia, vt altero Eurystheo, extruderentur ad nouam militiam;

Ad medium cunctamur iter. si finibus vilis Has tolerare moras, & inania tempora possem; Regna hodie, & dulcem sceptris Calydona tonerem,

Laetus opum pacisque meae: tutusque manerem, 660 Quis genitor materque, locis, quid defide terra Haeremus? vacuos cur lassant aequora visus? Tun' comitem Alciden ad Phasidis amplius arua Adfore.

eum Hercules reditum non curet, quia redux ab Eurystheo nouum laborem metueret. Burm.

w. 656. Finibus vilis] Heinfius malebat, illis. & ita erat in Co-dice Coki, qui & cuntissur. B.

v. 657. Inania tempora] Virgilianum est ex lib. iv. Aen. 433. Tempus inane peto, requiem spa-

tinmque furori.
vbi Seruius videndus. inania enim
sempora, quibus nihil agitur. B.

v. 658. Sceperis Calydona senerem Id est, imperio: sed vulgatior est locutio scepera senere Calydonis, vt Ouid. xvi. Epist.175. & noster lib. 11. 592. & v. 685. simili fere modo Virgil. 1. Aeneid. 621. disione senere. est vero senere verbum regium. vt Horat. 111. Od. 14. senente Caefare terras. & Od. 26. O quae beatam diva senes Cyprum Regina. & passim. dalcem proprie, vt de patria. ita Stat. 11. Achil. 342. dulce Pelion. & passim. Burm.

v. 659. Laesus opum Sic & Silius x111. 32. de Agrippa, Laesus opum, fed clauda fides. Sic Virgilius x1. 73. laesa laborus vid. Heinf. inf. v1. 266. Gron. ad Senec. Conf. ad Helu. 6. & comm. ad Sil. v111. 548. Bur M.

v. 660. Quid deside terra] An, deside cura? Heine. Sed deses serra posset explicari, quae nul-

lam materiem virtuti nostrae praebet. vbi nulla belli occasio. ita desidio Columella 11. 18. de agro, qui diu inaratus suit. dese annas Stat. III. Sil. 1. 2. quo nihil actum fuit. Maserius explicat, nos desides terra haeremus, vt & Pius. non male, & Poetis familiari mose, Vt deses misra, v. 149. Burm.

v. 661. Lassans aequera le tret. cod, bene; dicit enim oculos soli mari videndo intentos lassari. vulgares omnes, laxans aequera. Carr. Ita iam Maserius in notis. & confirmat similis locus lib. 707. Visu lassari inani. Omnis eques. & 1v. 639. Nec fessa recedum Lumina. Stat. v. Theb. 483. Prosequimur visu, donec lassanis

Euntes Lux oculos.

Vid. inf. vr. 174. eleganter vero aequora lassante eculos, quia si diu spectemus, vt hic per septem dies, eadem facies maris semper recurrit, & nihil noui & grati offertur, quo oculi recreentur, nam vt Ouidius 11. Am, 11.

Non illic orbes, non su mirabere filuas,

Vna est iniusti caerula forma maris. Burm.

laffant iam ex. Bon. habet. HARL.
v. 652. Tum comisem] Scribe,
Tun' pro sune. Plus. Tum lunt.
Tu [Bon.] Ald. & Codex Coki. B.
Ff v. 664.

Adfore, tu socias vltra tibi rere pharetras? Non ea fax odiis; oblitaque numine fesso

665. Iuno sui. noua Tartareo, fors, semine monstra; Atque iterum Inachiis iam nuntius vrguet ab Argis.

Non datur haec magni proles Iouis ; at tibi Pollux Stirpe

v. 664. Non ed fan odiis] Legunt alii, [e.g. Bon.] nostra ea, quod minus placet. sensus est, non est oblita numinis sui luno, ea face odiorum & ardore irarum in Herculem aestuat, ita vt nonque pro neque dictum putes. ea fan odiis per parenthesin. Maser. Omnino pan scribendum, quidquid obnituntur veteres libri. sed & oblitane in scriptis. HeINS. Coniecturae Heinsanae sirmandae facere posset Seneca, Herc. Fur. 27. vbi luno,

Non sic abibunt odia, viuaces

aget Violensus iras animus, & facuus dolor

Acterna bella pace fublata geret. Sed quid opus nouare contra scriptos & editos? cum ca fax eleganter notet, non ita lauguida est, non talis, quae tam facile exstinguatur, sed contra actiter inflammet in odia. reste Pius, non ita parua explicat; ita desendimus apud Ouid. vii. Met. 43. vulgatam lectionem,

Sed non is vultus in illo, Non ea nobilitas animo est, ea gratia formae.

ybi plura dixi. Quidius 111. Trist.

Nonita sum positus, nec sunt ea tempora nobis,

Aduentu possim loetus vt esse tuo. Burm.

v. 664. Es fax ediis] Fax tralate feruorem inconditum quemvis, adfectum efferum animo subiicientem adsignat. Barth. lib. xLv11. cap. x. & lib. xx1v. cap. x. Fax irae, apud Lucret. lib. ut. Odio ardere, dixit Cicero. Odio flagrare, Agell. v1. cap. x. & Ouid. Iv. Trist. 1x. Prudent. Hamartig. vers. 118. Arste enim scintilla odii de somite Zeli. WEITZ.

v. 664. Oblicaque sui] Et hoc Virgilio deberi, notauit Maserius ex lib. 111. Aeneid. 629.

Oblitusque sui est Ithacus discri-

Vid. adv. 584. Burm.

v. 665. Tarsareo] Heins. in notis ad lib. I. 478. citat Taenario, nescio an vicio memoriae, an sponte, quia Tarsarus & Taenarus sacpe consus, vid. ad Ouid. 1v. Fast. 614. Burm.

v. 666. Argis] aruis cod. quod placeret, nifi paullo ante v. 662. praecessisses arua. HARL.

v. 667. Non datur baec magni proles Iouis] Cum louis proles promittebatur tecum nauigatura, non Hercules, sed Castor & Pollux. MASER. Si ita explicare liceat, datur debet capi vt lib. tv. 704. datus forte labor. & vt fase datum sappa apud Ouidium & alios. sed si hoc voluisset, certe data, vel dabasur dicere debuisset, ego haec verba ita capio. quasi Meleager singat lasonem sibi oggerentem, si Herculem relinquimus, non erit nobiscum ille louis magni

Stirpe pares Castorque manent, at cetera diuum Progenies: nec parua mihi fiducia gentis.

6 70 Ast egomet quocumque voces, qua tegmina ferro Plura

gni filius, in quo fumma erat fiducia, & qui primus aduolauit ad hanc expeditionem. hunc ferupulum flatim tollit, At Caffor & Pollux, aeque louis filii &c. affunt. hoc exigit particula illa ergeminata, & fubintelligi debet effo. vt in gemino loco Virgilius vii. Aen. 313.

Non dabisur regnis, esto, probibere Latinis,

Atque immota manet fatis Lauinia coniux.

At trabere, atque moras tantis licet addere rebus.

As lices amborum populos exfcindere regum.

Heinfius malebat bic. fod base proles, cum contemtu, hic Hercules. Burn.

v. 669. Fiducia geneis] Et hoc ex Marone expressum, qui lib. r. 132.

Tantane vos generis tennit fiducia vestri.

vbi Seruius fiduciam pro confidentia dictum docet. Ouid. Ep. x v 11.

Non est tanta mibi siducia corporis, ve me

Maxima, sefte dea, dona fuiffe putem. Vid. ad Epist. eamdem vers. 19. de

geners fignificatione vidimus supr. ad vers. \$14. Burm.

v. 670. Qua segmina ferre Plura mesam] Yuto,

--- quaque agmina ferro Plura meras.

ve apud Silium libro ev. mesie emine settus. Coelefii elipeo, libro x111. --- ruis obuis in arma Scipio, & oblatum metis insatiabilis agmen.

pro Ast egomes pri. Vatic. Es ego &. alii, ego &. forte, En egomes. [& sic, en egomes bene, habet codex coll. HARL.] HEINS. Locus sine dubio corruptus. primum vellem, Asso, vel Assum egomes, quocumque voces. sic adesse passim. vt lib. I. 181. IV. 748. VII. 443. deinde malo,

Quaeque agmina ferro
Plara metas, tibi dilla manus.
ne ita duplex ille ablatiuus impediat fenfum. mea mands, quae
plura, ipfo Hercule (ita magniloquentem decet) agmina sternat
& iugulet. agmina vero recte Heinfum coniecise puto, quia non
infrequens harum vocum confufio, ita apud Virgil. x. 888. vbi
vulgo legitur,

Immanem aerato circumfert teg-

MS. Gudii habebat, agmine. Pius regmina explicat thoricatos homines, dura admodum interpretatione. metere vero Poetis viitatissimum in hac re verbum. vide Drakenborch. ad Sil. x. 147. & veterum Poetarum satis felix pro tempore, quo scripsit, imitator lof. Iscan. Bell. Troi. lib. v. 380. Ense metens medios. restituit hoc verbum Suet. Galig. 33. Guietus, legens, tam bona ceruix fimal ac instero demeterar, cum nunc nullo cum fale legatur, demetur; fed alterum faeuam monstruosi Tyranni atrocitatem efficacius exprimit. simile in Apuleio sustulit victum Heins. ad Ouid. v. Ff2 Met.

Plura metam; tibi dicta manus, tibi quidquid in ipfo

Sanguine erit: iamque hinc, operum quae mamaxima, posco.

Scilicet in solis profugi stetit Herculis armis Nostra salus? nempe ora aeque mortalia cuncii

675 Ecce gerunt: ibunt aequo nempe ordine remi.
Ille, vel infano iam dudum turbidus aestu,
Vel parta iam laude tumens, consortia samse
Despicit, ac nostris ferri comes abnuit actis.
Vos, quibus & virtus, & spes in limine primo,

680 Tendite; dum rerum patiens calor, & rude

Robur inest: nec enim solis dare funera Colchis

Met. 104. (ad quem locum etiam plura de hoc verbo) vbi naturam demetere, non demere, legendum effe ex Horatio lib. 1. Sat. II. 46. quem imitatur, patet, qui caudam falacem demetere dixit. apud Q. Cicer. de Petit. Cons. cap. 2. quoque legendum, Galli tunc Tisiniorum Esc. capita demetebant. vulgo, demebant. a Graecis hoc vero sumprum. Apollon. 111. 415.

Tue o avet satem. Keiem ihi ind duel neglendor avriburrne.

vbi Schol. Keigu, ureivu. Sophocl. Aiac. 55.

'ΕνΩ' είσπεσων έκειξε πολυκέξων Φενών

Kladų jazičus.

vbi Schol. Avr? 75 násouv åniss. Thucydides lib. I. 64. násouv viv yëv dixit pro populati terram, & varie his verbis víi Graeci & Latini, Burm.

v. 671. Tibi quidquid in ipfo Sanguine erit] In iflo fanguine praestiterit. Libro v11. 71.

--- ac, fi quid in isto est Roberc, praedicti venies in iura laboris.

In ipfo Sanguine enim pri. Vatic. H.

v. 672. lanque binc] Codex nofter, bic. sed binc pro abbinc, ab hoc tempore, vel ex omni illa turba operum posco, quae maxima erunt. BURM.

v. 673. Scilices] haec vox, & addita nempe, acerbiffimae Ironise inferuiunt, vt recte notant Piut & Maferius. vid. supr. vs. §13. B.

v. 675. Ibunt] Ibant in codicibus nostris. HEINS. Necessrio id tempus exigitur, nam vim Herculeam acerbe perstringit; talie nim impetu remigabat Hercules, vt turbaret ordinem, nec acquo ordine propelleret nauem. Buz ».

v. 678. Ferri comes] Portari in Colchos. sunt, qui fieri scribunt, priscis exemplaribus repugnantibus. Prus.

v. 679. In limine] Vid. lib. L. 223. BURM.

v. 632.

Sit fatis, & tota pelagus lustrasse iuuenta.

Spes mihi, quae tali potuit longissima casu
Esse, fuit: quiscumque virum perquirere siluis
685 Egit amor: loca vociferans non vlla reliqui.
Nunc quoque, dum vario nutat sententia motu,
Cernere deuexis redeuntem montibus opto.
Sat lacrimis comitique datum; quem sortibus

Crede.

v. 682. Lustrasse] Lustrare codex noster. Burm.

v. 683. Spes mibi, quae sali] In sodice nostro, spesque mibi salis. male: sensus est, spes, quae in sali casa diaristime potuit nos alere, illa iaun fuir, id est, abiti, enanuis. ita longam spen dixit Horat. I. Od. IV. longissma cura infra v. 364. Burm.

v. 684. Perquirere] Percurrere, & musas fensensia codex noster. quicumque exiam Cod.Coki.Bunu.

v. 685. Reliqui] Et ego Herculem quaerendo tandem laffus refiqui loca montana longo clamore circumfirepita. vel reliqui, fregi: vt illud Virgilianum viii, 216. & coles clamore relinqui. Lucretius vius est in hac lignificantia, vt nostris in eum Poetam commentariis disseruimus; quos magnos austores sequurus est Epigrammararius Poeta his lib. xi. 50.

Nunc ploras speculo fallax ancilla relicto.

Lingua vernacula aliquam Samii vańs vel virri partem esse relicam dicis, cum signisscare vult vas esse fractum. huc aliqui referent id Satyrici Poetae Iuu. xvi. 12.

Asque oculos medico nil promittente relictos,

Pros. hace omnia nihil hue facere mihi videntur; cum feafus

fit, non reliqui vlla loca, quae non perquisiuerim & percucurrerim, in quibus suspicio erat, posse Herculem inueniri. Non multum distimili sensu de alia re Terent. Adel. prol. eum Planeus locum reliquis integrum, id est, non attigit. & ita millies. fic wibil eft relictum Liu. 111. c. 9. pro negle-Qum. & relictis rebus omnibus faepe Terentius & alii. locus Martialis huc non spectat. sed infr. lib. vr. 237. de eo videbimus. Virgilianum illud colles clamore relingui, explico boues tam vehementer clamantes, vt viterius extendant mugitum, quam colles porrigebantur, ita vt & clamor ad Caci speluncam, vitra colles fitam, perueniret, ita clamor superabat colles, vt post se eos relinqueret, vt fere Horat, Art. Poet. 418. mibi surpe relinqui est. BURM. reliquis, n. amor, ex. Bon. sed praestat reliqui legere &, vti Burman, fecit, interpretari. H.

v. 688. Sortibus deni] Maluerim vtique, quem forse vel aeui. HEINS. Possit explicari, vt supr. vs. 379. Sortibus breues. Singularie locutio etiam est, in fanguine pugnae rapsus. forte, pulnere pugnae; de quo ad lib. 1. vers. 13. & ita 11. 419. mediae in pulnere pugnae, quod Homericum est vide lliad. F. 55. vbi Schol. usua Ff 3

Crede, vel in mediae raptum tibi fanguine pugnae.

600 Talibus Oenides vrguet. simul incita dictis Heroum manus. ante omnes Argoa iubebat Vincla rapi Calais. furias miratur ouantum Aeacides: multusque viri cunctantia corda

Fert

Theyer The Mayer of makeios. vel tionem notat. Vt lib. IV. 31. Iam fanguinem & vulnus commutate folent, cum nullum fit fine fan- gur. Burm. guine vulnus, posset legi,

Et in media raptum tibi vuluere pugna.

he apud Stat. 11. Theb. 124. Vudanti perfundit vulnere so-

MS. Behotii & Heinsii habent, fanguine. apud Lucanum quoque lib. IV. 274.

Non vilo constet mibi sanguine bellum.

Grotii & septem Heinsii habent, quinere, vid. & ad Ouid. v. Fast. 228. & VIII. Met. 518. & alibi. fed tutius forte nihil mutare, nam & lib. vi. 23. dixit, abstineans alienae a sanguine pugnoc. Burm. Sorribus aeui, hoc est, fatis immutalibus. similis locus est apud Lucan. 11.82. vbi vide Micyllum & Oudendorp. debet multas bic legibus acui, ante fuam, mortes.

v.600. Oenides] Aesonides codex nofter of forte pro, Aefoniden. Oconides codex Coki. Burn.

v: 691. Argoa] Argina Edit. [Bonon.] Pii, Maserii, luntae, Argent. Colin. & Gryphii. sed perperam. Argia videbar noster cod. sed agitur de funibus, quibus Argo nauis religata erat, vt reste Pius, ex suo codice explicat. ra-

quia passim apud Poetas librarii focii laetis rapuerunt vincula ventis. vbi male ruperunt Zinzerlin-

v. 692. Vincla rapi Calais] Apollonius scribit eos, cum iam navigarent in Myliam, redituros fuifse, ve Herculem quaererent, nist Zetes & Calais inhibuissent, & propterea eas, ab Hercule in Teno infula stratos, ibique in corum sepulcro duas esse erectas columnas, alia ab aliis necis caussa affertur. Ainelidemus, quod Herculem hespitio exceptum occidere voluerint; Stefimbrotus, quod in contentionem cum Hercule venerint, de datis muneribus comitibus ab Issone: Nicander. quod Herculem diuersantem in Coeo infula Boreas, eorum pater, tempestate deiecerit. Sunt qui per Calaim & Zetem Boreae filios Septentrionales Scythas accipiant, qui se Argonautis adiunxerunt, quique ob velocitatem alati dicuntur, CARRION,

v. 692. Ouantum] Id est inconditum clamorem tollentium, quia compotes votorum, diuerfae fa-Cionis viros vicerant. ita Ouatus Barbarici vi. 187. & alibi. vid. lib. 11. 507. Burm.

v. 693. Aencides] Maserius Telamona, ego Peleum intelligo. CARR. Ita & Pius. dubium tamen est, nam Telamon Herculi maxime fauens semper inducitur. pere vero vincle summam feilina- vid. lib. u. 511. & b. l. vs. 637. quare

Digitized by Google

Fert dolor; an sese comitem tam tristibus actis
695 Abneget, & celsi moerens petat ardua montis.
Non tamen & gemitus, & inanes desinit iras
Fundere: Quis terris, pro Iuppiter, inquit,
Achaeis

Iste dies! sacui capient quae gaudia Colchi! Non hi tum slatus, non ista superbia dictis,

700 Litore cum patrio, iam vela petentibus austris, Cunctus ad Alciden versus fauor. ipse iuuaret, Ipse ducis curas, meritosque subiret honores. Iamne animis, iam gente pares, atque inclita vulgi

Dextera?

quare Telamona puto magis intelligi, praecipue fi probari posset, quod Maserius adsirmat, ab illo Didymaona esse intersecum. saepe ambiguum est apud nostrum, verum per Anxiden intelligat Pelea, en Telamonem. Certe Valerium nostrum numquam legisto videtur Iohannes Gideon Gellius, qui tomo 1x. Miscell, Lipsens. Obseru. 183. 6.8. Achillem hic mobis intelligi debere adsirmat. Burmann.

v.693. Cunflantia corda Fers dolor] Eß dolor opinor. vt apud Maronem libro xII. Nec te tansus edas tacitam dolor. Statius Thebaid. II. exedere animum dolor iraque demens. Horatius libro I. Epist. II.

Quae lacdunt oculum, festinas demere: se quid

Est animum, differs curandi tempus in annum.

HEINS. Vid. infr. v. 365. sed fers est incitat, stimulat, huc & illuc rapit, vt Pius exponit. B.

v. 700. Vela perentibus auffris] Didum, vt supra vocantes Zepbyres dixit lib. It. 372. vid. & lib.

III. 341. ita contra accipere dizit Ouid. x1. Met. 474. Moraque malo

Carbafa deducit, venientesque accipit auras.

BURM. Ferencibus austris malit Crusius. HARL.

v.703. Atque inclyta vulgi Vulgo funt qui scribunt, non vulgi. Codicis antiqui literae sunt adeo vetullaris vitio exolefcentes, vt percipi non possint. sensus est, passim virtus omnium ac robur nune apparet, vt vulgo cuique dextra est inclyta: id est, quilibet, etiam vilis, rei militaris fepraedicat scientissimum. dextram pro virtute bellica ponimus. Silius minor laus in duce dextrae. Prus. Er hoc mendosum, scribe, aeque inclyta vulgi dextra. comparationem enim inter Herculem & focios inflituit Aeacides. & hoc verum effe, ex praecedentibus liquet, Voss. Vultu Vaticani nothri. forte, multum. Pius legi a nonnullis monet oulge. Heins. Coniecerat & Heinfius, neque inclyra, vt respondent versui 674. Francius repotebat, ismne inclyta. Ff 4

Dextera? mulla fides, nulli super Hercule sletus?
705 Nunc Parthaonides, nunc dux mihi Thracia
proles,

Aspera nunc pauidos contra ruit agna leones?

Hanc ego magnanimi spolium Didymaonis hastam,

Quae

pro vulgi in nostro codice erat, merique. quod quid velit nescio. sed ego vulgi non mutem. intelligit enim reliquos Argonautas, quos ve milites gregarios, si cum Hercule comparentur, habendos esse vult. Latini poetae ita saepe milites vocant, exprimentes Homericum Ausv. Stat. v. Theb. 731.

Tunc prius Oeclides, vs prima filentia vulgi

Mollier ira dedis.

noster supr. vers. 267. Nepos Alcib. vII. Ascibiades ad Asbenienfum venis exercitum, ibique praefense valgo copis agere. & mox iterum. vid. Vorst. ad lustin. xII. 15. eodem modo & Plebs pro militibus Stat. vII. 271.

Ecce autem clamore runns Neptunia plebes

Onchesti.

nifi ibi cum aliis codicibus malis, pubes. vid. Barth. ad lib.Iv. Theb. 763. polt dexters vero diftinguendum: fequiture enim grauis exclamatio, quae ad omnes Argonauras verticur, ex follemni formula, nulla fides! fic inf.viii.430.

Nulla fides, nullis ego digna pe-

Stat.vi. Theb.456. pax nulla fidesque. vid. Comm. ad illa Virg. Iv. 373. nusquam susa fides. BURM. v.705. Nunc Parebaonides | Cor-

rupte luntina editio, Porsboanides: Porsboonides Cod. Coki. [& ex. Bonon, quam scribendi rationem praefert Verheyk ad Antonini Liberal. Metam. cap. 2. p. 12. vbi Meleagri fata enarrantur. H.] Pius & Maserius Meleagrum intelligunt. Heinf. ad Ouid. viii. Met. 541. Tydea. sed Meleagrum tangit Telamon. vt egregie probat Pius. vis autem in illa particula nune, quae acerbam exprobrationem continet. nunc, cum Hercules ablit, dux nobis sit Meleager, illi nempe par. Propert. 111. Eleg. x. Nunc fis iure superba licet. Id eft, cum nulla fit, quae tecum forma certare poffit. vide ibi Passeratium, praeterea Telamon irridet fastum Meleagri, qui cum Argonautis nauigans primae iuuentutis annos vix ingreffus erat, ita vt ipfi Laocoon Patruus eius rector effet sidditus. Talis ergo nunc dux crit nobis? deinde etiam Calain perstringens vocat eum Thraciam prolem, quia Thraces Graecis vilissimi habebantur, vid. Heinf. ad Ouid. Ep. XIX. 100. BURM.

v. 707. Didimaonis] Hanc vocem a Virgilio desumste, qui lib. v. Aeneid. 359. Didimaovem quendam egregium armorum artificem nominat, vbi camen multi vulgati libri, Didimaconis legunt, sed male. hoc monendum putaui. CARRION.

v. 707. Hastam tester] Vid. supr. 11.512. Apollon. 1. 466.

150

Quae neque iam frondes, virides nec proferes vmbras,

Vt femel est euulsa iugis, ac matre peremta

710

The sus been befor , The magica-

Adde quae contulit diligentia Barthii ad Stat. lib. x11. v. 552. B.

v. 709. Auulfa iugis] Vet. cod. Excussa iugis. Hanc comparationem ab Homero [11.4, 234.sqq.] mutuatus est Virgilius, a Virgiliu veto Valerius Flaccus. Virgilii vetsus ex lib. x11. Aeneid. 206. adscribam.

Vs sceperum bot (dextra sceptrum nam forte gerebat)

Nunquam fronde leui fundet virgulata, nec umbras.

Cum semel in siluis ima de stirpe recisum,

Masre cares, posuisque comas & brachia ferro,
Olim arbos, nunc arrificis manus

Inclusit, patribusque dedit gestare Latinis.

sere decoro

& in obscaenis carminibus, quae vrinam non magna ex parte, verunque aliere fentiat Politianus, fint Virgifii, cum in plerisque fint versus aut paraphraftice reddat, aut in compendium contrahat, ve hoc loco:

Hoc sceperum quod ab arbors ve recisum est,

Nulla lam poterit virere fron-

& in eo carmine, quod Muretus & Victorius Catullo tribuunt, mihi vero Virgilii esse omnino persussum est:

Meis capella delicata pascuis, In orbem adulta latte partas obera:

Meisque pinguis aguns ex ouilibus Gravem domum remittis aere denteram.

Quos elegantissime in Bucolicis expressit: versus quia omnibus in promtu sunt, parcam adponere, Sed baec extra rem. Carrio, Edge, excisa. Voss. Enussa sequartus Vaticani, aenussa quartus Vaticani, aenussa. Carrionis liber, excussa. Puto, excisa. Heins. Ex Homero haec & Virgilio Flaccum sunsisse nota-verat iam Maserius.

v.709. Matre peremia] Qui legunt, Marte peremta, exponent pro diminuta. Sed hoc non placet. ideo dixero rectius, matre peremta, id est, arbore vnde producta est, virore animaque, vt dicitur, vegetatiua sposiata. At dicent maleuoli matrem male fumi pro arbore, quibus satisfacier Horatius Carm. 1. 14. dicens de naue, trabe, seu arbore filia arboris, Quamuis pontica pinus Silnae filia nobilis. Mas. Mater de arbore vsurpatur, propter ramos, qui ex ea succrescunt. Virgil. 11. Georg. 18.

— Esiam Parnassia laurus Parna sub ingenei maeris se subiicis vmbra.

Ibid. 23, & 55. libr. x11.Aen.206. Seneca Troade 540.

Quae senera caeso virga de srut-

Par ipfa matri tempore exiguo

Vmbrasque terris reddit, & coe-

Rutgerf. Iv. Var. Lett. c. xvI. Robbig. lib. v. Cod. Crit. cap. XIX.
Ff S WEITZ.

710 Fida ministeria, & duras obit horrida pugnas, Testor: & hoc omni, ductor, tibi numine firmo: Saepe metu, saepe in tenui discrimine rerum, Herculeas iam serus opes, spretique vocabis Arma viri: nec nos tunida haec tum dicta invebunt.

715

WEITZ. Rede Maserius. vid. Rutgers. Venus. Led. cap. xs. Bur x.

v. 712. Tenui discrimine rerum] Vulgata haec locutio, vt ex notis Heinsii ad Ouid. v11. Met. 426. apparet. vnde fere induceter, vt & hic tenui discrimine leti legerem. sed stet vulgata, tenue discrimen rerum, id est bellorum & pugnarum, dicitur, quia parum a morte distant bellantes, aliter etiam de parua dissimilitudine yruntur. vt Stat. 1. Achil. 337. Tenuique latens discrimine sexus. fic nullo discrimine, dicuatur res pares & fimiles, vt docet contra Stephanum Petrus Faber in Ciceron. Academic. p. 70. Burm.

v. 713. Herculens inm ferus opes] Herculeae opis, vel opem Herculeam puto, nist per Herculeas opes Herculis arma denotauit, atque ita nihil fit mutandum. Herns. Haec nata ex falfa perfuafione, quam Grammatici induxerunt, quafi opes in plurali numero pro auxilio non liceret vsurpare, sic Seruius ad Virgil. I. Aen. 601. opes numero tantum plurali dinitias fignificant, vt, Troisnas vt opes, unmero vero tantum fingulari auxilium. Terentius, Inno Lucina fer open. & hoc faepe librarios mouit, vt corrumperent loea veterum scriptorum, qui hacc dictata non sequebantur, se Horat. 111. Od. 111.

Nec Prismi donus
Perisma pugnaces Achines
Hectoreis opibus refringet,
vbi Acro recte interpretatur, auxiliis. Idem lib. 1. Ep. x. 35. de
Equo,

Donec minor in cereamine longo Impleranis opes bominis, frenum-

que recepir.

vbi Torrentius male potentiam
intelligit, cum aperte pro auxilio opes ponantur. Virgilius lib.

VIII. 171. coniungit vtraque,

Auxilio lactos dimistam, opibusque innabo.

Statius lib. Iv. Theb. 124.

Denter Iacebo
Collis, at Aetnaeae Cereri megas
ania Dyme.

Mittit opes, densasque Pylos Neleia turmas.

Ita Aldus, Genarius & alii ediderunt. perperam nonnullae editiones, opem. lib. v111. 482.

Nunc tumidaeCalydonis opes,ums torna Pylenes

Agmina, nunc moestae fundens
Pleuronis alumnos.
& noster supr. v.494.

Barbaricas iam monis opes, Hyr-

& lib. 1v. 125. apibusque ofera me crede pmernis. nibil ergo mutandum. Burm. adde Perizonii Animaduerf. hiftor. p. 251. fqq. ed. Alreaburg. HARL.

v.714. Nec nos] Ad inuidiam declinandam, & ne ducem offen715 Talibus Acacides focios terroribus vrguens Inlacrimat; multaque comas deformat harena. Fata trahunt: raptusque virum certamine ductor Ibat, & obtenta mulcebat lumina palla.) Hic vero ingenti repetuntur pectora luctu:

720 Vt socii sedere locis, nullacque leonis Exuuiae; tantique vacant vestigia transfri: Flet pius Aeacides moerent Paeantia corda: Ingemit & dulci frater cum Castore Pollux. Omnis adhuc vocat Alciden, fugiente carina,

725 Omnis Hylan, medio pereuntia nomina ponto. Dat procul interea toto pater aequore fignum Phorcys; & inmanes intorto murice phocas

Contrabit

deret, se etiam inseruit. dam legunt vos. prisca exemplaria repugnant, Pivs.

v.715. Sermonibus orgens? Terroribus urgens omnes veteres editiones. Carrion ex MS. edidit fermonibus vrgens. Nos prius, vt mongramoregov, praetulimus. Voss. ita quoque sentit Heins. HARL.

v. 716. Deformat] Deturpat, MAS. Rede. ita Flor. 11. 2. deformasa maiestas. Quid. 1. Art. 517.

Nec male deformet rigidos tonsura capillos.

Et Suet. Caes. 45. & Calig. 18. deformis caluisie. Burm.

V.718. Ibar] Coniecerat Heinlius, flebat & obsenta celabas lumina palla, fed postes mutasse sententiam videtur, de verbo obrensa vid. Heins. ad Claud. II. de Rapt. 226. & Gigantom. 92. B.

v. 719. Repetuntur | Badem vis in hoc verbo, quam supra ad v. 596. in reclamare notauimus. reperere eft iterum iterumque turbare hustu. aliquando etiam plangere & verberare, ve Onid. vill. to Phorcum Sardinine regem fuif-

Qui- 769. repetitaque robora caedunt. BURMANN.

> v. 720. Sedere locis Et hic olim foris malebat Heintius, fed locis, eft vnicuique allignatis. fationem vocat Lucan. III. 524. Burm.

v. 722. Flet pins] Duos hos verfus suspectos habuit Heinsius. quafi a mala manu intrusos. B.

v. 726. Toto pater acquore] Moto aequore libens rescripserim. Herns. Nihil muta. vid. 1. 306. v. 439. viii. 542. Burm.

v. 727. Phoreys] Vet. cod. Forcus, néc sat scio an omnino deprauate. Pontus (teste Hesiodo Theogonia) commistus terrae genuit Phorcum; alii dicunt eum Neptuni Thoofaeque filium effe, qui tres filias habuit, vt Graeci Poetze fabulantur, Medulam. Sthenonen, & Enryalen, de quibus vide Pindarum Pythiis. Sérvius Nepruni & Thefeae nymphae prolem esse tradit, si modo vvigatì libri mendo vacant, & non potius Thoefae legendum fit: VarContrahit antra petens: simul & Massylus, & vns Lychius, & Calabris redit armentarius aruis.

730 Ilicet extremi nox litore Solis Hiberas Condidit alta domos, & sidera sustulit astris. Flamina conticuere; iacet fine fluctibus aequor. Amphitryoniades, nec quae noua lustra requirat, Nec quo tentet iter, comitis nec fata peremti

735

se dicit, & ab Athlante magna conticuere praecessit, quae duze vocum copiarum parte nauali bello ces in eodem versu non postunt deletum, tantum populis sui de- ferri. Heins. Nescio an facile fiderium reliquisse, vt inter maris Deos referretur. plura Herodotus. Virg. v. 240. Nereidum Phoreique manus. CARR.

v.731. Sidera sustulit Aris] Emendant audaculi quidam, arvis. Ego prisci codicis auctoritate persuasus nihil ausim immutare: sidera ostendi dicuntur aris, quando apparent expuncto & deeidente sole, de aris Herculis Flaccus intelligit. Pius. Aftris vetus codex. alii, fidera fuffulit eris, vna littera omissa. CARR. Aftris edidit Carrion. antea legebatur, aris. vera omnino le-Qio Fratris mei Isaaci, & fidera fuftulit axis. Nisi ita scripserie, frustra te omnino in horum verborum explicatione torqueas. Vossius. Regius, alis. corrige, fidera fuftulit axis. HEINS. Aris editio Maserii, Iuntae, Colin. Gryph, aruis [Bonon.] Aldina, arcis codex noster. Burm.

v. 732. Flamina] Vetus codex, Flomina consicuere, inces fine flasibus acquor. omnes vulgati, Flumina conticuere, iacet cum flatibus sequer. prius malo. CARR. Hic dengo Carrionis librum audimus. vulgati, cum flatibus. seribe, sine stuctions: [vti Vostius quoque veluerat;] nam Flamina damnanda lectio, tacet cum flatibus sequor. vt fimul cum ventis etiam mare fueric pacatum, neque etiam damno aliam lectionem. Lucan. I. v. 260.

Rura selent mediusque iacet fine murmure pontus. lib. 111. 523.

Et posto Boren, pacemque tenentibus Austris,

Sernatum bello iacuit mare. Plura vide apud Heinf, ad Sil. Ital. v. 583. posset & eleganti repetitione legi, flamina consicutre, tacet cum flatibus aequar. nam & in Lucani priori loco saces in codicibus Grotii & aliis est. sic & Stat. x11. Theb. 729.

Infanique tacent sine litore fluctus. 1. Achil. 230.

Ad placidas deportat aquas, & iu∏a tacere

Litora.

& iterum in descriptione sedis Somni; vbi amnis Saus inter scopulosque saces, & ibi iaces MS. Tt patim confunduntur, vid. ad Ou. xv. Met. 189. & ad Quin &. 1. Deck CAD. 9. BURM.

v. 734. Nec quo tentes iter] Tendat iter malucrim, quomedo optimae Latinitatis auctores patim loquantur. Inpra 1.717. Heins.

V. 714.

735 Quae referat, videt, aut socios qua mente reuisat. Vrit amor, solisque negat decedere siluis.

Non aliter gemitu quondam lea prolis ademtae

v. 734. Parenti] Theodamanti historiam. diximus superius Herculem Theodamantem interfeciffe, nunc videtur contrarium fengire. quare, mili parenti matri exponamus, scribendum erit, peremsi, hoc est, amissi Hylae & in filuis interfecti. sic enim purabat Hercules. Prus. Hoc Seneca in Medea notat, dicens,

Quod crimen sener expianit, Herculi magnapuer interemptus. vbi tamen legunt alii, irrepertus, nec minus docte. Alii codices habent hoc in loco, parenti, non peremei. tumque mater effet intelligenda. nam Theodamas Hylae pater ab Hercule iam caesus fuerat. MAS. Retineri potest peremei, vt ad Herculis opinionem referatur, qui interiisse Hylam suspicabatur, sed mallem legere, comitis nec fata peromti Quo referat, id est, ad quem au-Rorem referat, cui adscribat. B.

v. 736. Sulis filmis] Virgil. v. Aeneid. Sola sceretae Troades acta. Noster sequenti libro vs. 5. Solisque furit Tirynthius oris. Bul.

v. 737. Non aliter] Servius illos erroris accusat, qui comparationem in fine ponunt, quem si audiamus, Flaccus huic errori affinis est, sed potius Seruius accufandus, qui non satis vidit Virgilium fine Georgicon comparatione vti: Vs cum carceribus, &c. Etfi tralationem, non comparationem effe dicat, pace tamen tanti viri dixerim, comparatio fine similitudo in fine decentishma

eft, quod Fabins lib. vrrr. 3. patri Hylae. sequitur diversam oftendit. In omni (inquit) perobole aut praecedit similitudo & res fequitur, aut praecedit res & simiditudo sequitur, sed interdum libera & feparata eft, interdam, qued longa est optimum, cum re, cuius oft imago, connectitur, collatione innicent respondente, quad facit reddito contrarie, quod antapodefis dicitur. praecedit bic fimilitude illas cuius mentionem feci. Inde luni cen raptores, &c. sequitur vero prime Georgie. post longum de bellis civilibus & externis conquestionens. Vt cum carceribus, &c. Sed bace funt, quae fine autapodofi, verum redditio illa rem vtramque comparet, & velut oculis subilait, cur ins apud Virgilium reperio enempla. sed erasoriis potius bac veendum, Hace Baptifta Pius, vt & ca quas fequuntur. CARR.

v. 737. Les prolis ademtae] Cum super hoc poeta Herculem Strozam rogarem, quanam ratione Valerium tutaretur, qui iubam leae dedit, respondit, non lea, fed leo legendum effe. cumque, dixissem Plinium non leoni, fed leae fubolis amorem tribuere, & subdidissem haec Pliniana verba; Cum pro catulis fresa dimicat, oculorum aciem traditur defigere in terram, ne venabula expavescat. Respondit, haec non demere curam mari, quam leae Plinius dat, neque ex hoc colligi posse leonem proprios foetus fastidire: verisimile namque esse ambos prolem curare, quando, ve ait Euripides, paerum filii June anima, quem verliculum prorulit *Terga dedit; sedet inde viis: inclusaque longo *Peruigi-

lit Tyanaeus Apollonius, cum videret Echydnam filios fuos lingua lambentem: tic & Valerius noster pro subole decertantem leonem facit lib. vr. Hadenus Pius, in quibus recenfendis prolixior fui, quod non decreuerim idem fequentibus libris facere, neque enim studiorum meorum ranio permittit, sed sufficere existimo. si variantes lectiones, & castigationes afferam. CARRION. omnes codices. Non defunt tamen; qui les malint legere. Nimirum, quia iubam mon illi teibuat Valerius, qua leaenae carent, vt ex Aristotele, Plinio & aliis constat. Vix tamen iis accedere possum. Omnino arbitror Valerium hic aliquid humanitus passum. Nec enim verilimile sit librarios pro nota adeo vece raeiorem substituisse. Praeterea cum de amore prolis loquatur Flactus, leaenam potius, quam leonem intellexise videtur. Quod vero alii ex gemino loco Homeri leonum erga catulos amorem probatum erant, sane falluntur, cum ille de lesenis loquatur. Non lubet eius versus adscribere, quod alterum eorum postea afferemus, & vtrumque iam adduxerit Agellius lib. XIII. cap. VII. vbi & haec de suo praemisit : Homerus leones (sic enim foeminas quoque virili genere appellat, quod Grammatici enixouver vocant) plures gignere atque educare catulos dicis. Sed de bec paucula ad lib. vr. notamus. Vossius. Haec valde corrupta funt. lego nihilominus minima mutatione.

Non aliser gemisum quondam lea prolis ademtae Aegra dedit. Aegra prolis ademsae, aegra ob prolem ademtam. Arufianus Meffius Elocutionum libello nondum edito, aeger ilius. Sallafius 1v. Historiarum, Confilii aeger. aegillo. idem bello Cassilin. pedibus aeger. Aegre mibi est. Terentius Heyr. nequid aegre esse mibi. Aeger, maesus, petito. Regit autem ea vox frequenter casum setundum. Lucanus de Caesare libro septimo,

Aeger quippe morne, flagrensque

Coeperat exiguo tradu cinifia bella Ve lentum damnare nefas.

Statio Thebaid. xt. Aeger confili curisque nouissima voluens. & al. fic aeger animi Liuio non semel restituit Gronousus ad Librum vi. cap. x. Silius libro x111. v. §1.

Sed postquam Oenotris fundanit finibus wrbem

Aeger delitti.

libro xv. verf. 134.

Sed quamquam instinctis sacitus, tamen aegra pericli Pettora subrepit terror.

sic partim ex vetustis membranis, partim ex coniectura rescribimus, instinctis periclis libri veteres exhibebant. Florus lib, 1st. cap. xv11. Drusus aeger rerum renere mosarum. olim legebam, genitus Tesqua replet. HEINS. quem etiam vide ad 1. 147. Nullus in vulga-

Non aliter gemitus quondan Lea prolis adentae

Orba dedis.

tis fenfus, forte,

an Lea, an Leo legendum, pluribus disputat Pius hic & Annot, postcap. 102. quae huc transferre non libet. vid. inf. vi. 247. Burm.

v.738. Seder in deniis] Scribe, fedet inde viis. Inde, hoc est, post amissam

*Peruigilant cassella metu: dolor attrahit orbes 740 Interea, & misero manat iuba sordida luctu.

amissam prolem Leo sedet in viis publicis iniuriam illatam viturus ab hominibus, & veluti vias obfidet. Plus. Sedet vnica dictio. in deniis habet codex Ioh. Bapt. Pii. tuncque sensus effet, quod Les rapto catilo ledet in locis a recta via deflexis, insidians quo posser transcuntes tutius aggredi. fed tunc effet Synaeresis admittenda, quidumis legent, synaeresim declinabunt, ego tamen legam, inde viis. MAs. Aldus edidit, in triniis. altera Veneta, sedet in deviis, peccans in legem Pediam. Quod indubie ab illo profectum, qui magis intelligebat, quid essent deuia, quam quid triuia. ex quo post alii, vnde claudicanti versui succurrerent, fecerunt fedet inde viis. Zinz. Alii, fedet in deviis. Forte, cedunique viis. vel, ceffere viis. in biuiis alii. lege, fedet in biniis. indeniuis vetus feriptura. 7) de temere repetitum ex superioribus, vhi bis occurrit in fedet & dedit. poffet & legi, fedet in tefquis. HEINS. Sed & deniis Cod. Coki. Burm.

v. 738. Inclusaque castella] Intelligir pastores, qui greges castellis, id est septis, circumdans, k iam leone irsto & vaganre, ve inclus & obsess, vigilant contra hostis incursum. Stat. 1x. Th. 189.

Sie vbi Maura diu populatum rura Leonem, Quem propter clausique greges, vigilanique magistri, Pastorum lassa debellauere cobortes.

Et Ir. Achil. 33. de lupis gregi insidiantibus,

Dissimulant, bumilesque meant, ne nuntiet bostes

Cura canum, & crapidos moneac vigilare magistros. Bun m.

. V. 739. Dolor attrabit vrbes Scribendum, orbes, caus oculorum, foramina oculorum, hic pro oculis capitur, intra caput prae moerore funt oculi retradi, & reducti in secessum, fame, paedore, illuuie, tabe oculi leonis sunt intra caput adacti. figna morituri apud Lucret. lib. vr. v. 1191. inter quae, cauari oculis Pius. Vrbes omnes vulgati. vet. cod., astrabit orbes , melius. CARRION. Lege, dolor atterituorbans. attrabis vrbes editiones priscae. lege &, dolor atterit orbus. fic viduus dolor, pro manat luctu maluerim, fleru, deinde pro luttu, malim, fluctu, vt vii. 572.

- atque atro voluens incendia fluttu.

HEINS. Arius etiam coniecerat Heinfius, vt lib. vii. 369. totos tunc contrabit artus Monte dolor. fed orbes vnice verum. laffus tandem ipfo dolore in fomnum labietti. orbes pro oculis vidimus fupra verf. 178. fic & infr. iv. 235. & alibi. Burmann.



C VALERII FLACCI SETINI BALBI ARGONAUTICON

LIBER QUARTUS.

tque ea non oculis diuum pater amplius
aequis
Suffinuit: natique pios miseratus amores,

Iuno-

v. I. Arque ea] Omnes vulgati, orque ea: male: vet. cod. Atque ea, tale est principium lib. Ix. Aeneid.

Atque ea dinersa penitus dum

CARR. Atque erat etiam in Maferii editione, in Exemplo vero Virgilii, dum additur. quod idem est quod veque, hic simpliciter inferuit transitioni, vt saepe sieri solere docet Gismius in Indice Lucretian. imitatur vero & alium Virgilii locum ex lib.vv. Aen.372.

Nec Saturnius bace oculis pater adspicit aequis.

fed noster suffines dicit. quod vel, pro potes videre vel aspitere po-

nitur, elliptice, vt lib. v111. 81. plene suffinet dare. vel simpliciter, non diutius potest path quin auxilium daret laboranti Herculi. vid. ad Petron. cap. CXVI. & Phaedr. 111. 8. Burm.

v. 2. Pios amores] Socraticus erat amor Herculis in Hylan, Ptvs. hoc quod poeta pios amores dixit, commentator exponens, ait, pios, ergo boneflos. dicant samen Hylan ab Hercule ad delistar, voluptatemque raptum, fed forfan non impios fenfit Inppiter, rapto Ganymedis bonore. hacc ille. nescio an omnibus nostra sit placitura sententia, at ego certe existimo, Valerium pios dixisse amores, quia secun-

Tunonem ardenti trepidam gravis increpat irat Vt noua nunc tacito sub pectore gaudia tollunt! 5 Hae-

plures Theodamantis filium fuif- referarur, non ad iram. vero Euphemi, eius, qui a Ne-Hellanicus, ptuno amatus est. Theomenetis. Strabo libro duoffecimo Geographiae, unum ex mia aquatum egreffus effet, nec granis vero hic est, vt apud Tecomparuisset, creditus est a Nym- rent. Adelph. 1. 11. 60. graniter phis raprus; eique instituta funt dicere. & iraeus graniter. Hecyr. sesta quacdam apud Prusienses, in Iv. Iv. 2. Stat. I. Theb. 284. quibus per montes vagi Hylan de eodem loue Junonem increvocant, quasi in silvas ad illum pante, inquirendum egrediantur. fere refert Solinus dicens, in Bithynia lacum effe nomine Hylen, in quem Hylan Herculis delitias recidifio credunt, in cuius me- qui locus est mendosus, sed de moriam folemni tripudiatione pupulus lacum circumit, Hylen voce clamans. Hunc Apollonius ab vina tantum Nympha raptum tradif, quemadmodum & Flaccus hanc supra ad lib. 111. 190. iam noster. Theocritus a tribus, quas his appellat nominibus, Rôvvia maj Maxic, Tag 6' beforen Nuxsia. Nicander ab omnibus Nymphis ra- legere, se. Nunc tamen cum o-Onalus primo ชมิง Aμαζανικών ve-

Acundum aliquos non ab Hercu- ptum scilicet a Nymphis, sed in le amatus, sed eius filius fuit, fonte submersum. Anticlides auquod testarur Socrates Graecus tem in Deliacis, non Hylam icriauthor, qui etiam in eo libro, bit aquatum egressum, sed Hyquem ad Idotheum scripsit, ait, lum, ac postea non comparuisse. Hylan non ab Hercule, qui pater Fuerunt autem multi Herculi etat, turpiter amatum, sed a Po- amasii, Hylas, Philostetes, Dion liphemo, mira de eo, & non mi- mus, Perithoss, & Phryx, a quo mus ridicula, quam quae de Ni- vrbs Lybiae. Nec illud omieobes filiorum numero refertur tendum est, mox trepidam, non ab Aulo Gellio, est inter scri- trepida legendum effe, ve ad ptores Graecos varietas, siquidem Iunonem deam epitheron illud se volunt, inter quos sunt Apol- enim effet insulsius, quam illonius, & Muaseas, Euphorion lud, ardenei erepida ira? BAL-BVS.

v. 3. Ardenti trepidam] Ita ex Bonon. H. ita vet. cod. cum Lugdunens. & Argentor. vterque ve-Argonautis, Herculisque focium ro Paris. cum reliquis vulgatis. fuiffe fcribit, qui cum in Bithy- ardenti trepida: male. CARRION.

> As non illegranis dictis, quana quam aspera motu Reddidit bacc.

quo nune non vacat disquirere. Вv**дц.**

v. 4. Ve nona nunc eacieo sub pettore gandia tollunt] Lectionem. afferuimus. Perperam ex suo codice ediderat Carrion 10, pro sub. Vnde aliquando placebar prum scribit, similiter & Orpheus mnes antiquae editiones sub agnoscant, non dubitaui id in contexriorcen narrat historiam, non ra- tum recipere. Voss. Ita vete-Gg 14 5

Haeret inops, solisque furit Tirinthius orie. At comite inmemores Minyae facilesque relicto.

res editiones. Carrionis prima, re gaudia tollunt. HEINS. Codet us nona se sacito sub pelfore. Se- etiam noster, (item ex Bonon.) cunda, ve noua nunc tacito te pe- moeret quod licet cum Maserio ki, voluunt cod. quoque noster ris & impotentiam summam notat. collarus. H.] Heinfius, ut noua fe et licer gloria rerum cum lasone tacito fub pelfore gaudia tollunt gerendarum eum vreret & inflita-Nos veterem sequimur lectionem, ret, ad expeditionem peragendame quia in particula nunc vis est; tamen Hylae sui desiderio avelli & postquam scilicet vidisti laboran- siluis & terris illis nequeat. Ita sugem' Herculem, quem non po- pralib. 111.661. quid defide terre quisti tot laboribus fatigare. tol- Haeremus? Horat. 11. Sat. 111.261. Iunt, autem ponitur absolute, pro tolluntur, vel pro tollunt fe. alterutrum etiam Pius volchat. (& ita in alia re. 1. 222., 629. 111. 500. & alibi. vid. Barth. ad Claud. I. in Rufin. 22.) vel potius intellecto, te. dicitur vero & sollere gandia pro clamore testari gaudia, vt lib. viii. 295. clamorem inimicaque solluns Gaudia. & Phaedrus alio modo dixit lib. IV. fab. 16. Nimiaque nausas bilaritate extollere. Sub petfore autem non debet mutari; notat enim distimulationem Iunonis, de quo plenius lib. vr. 603. posset & legi, Te nona nunc tacito sub pectore gaudio tollunt. BVRM.

v. 5. Moeres inops] Hercules moeret, & Iuno lactitia adficitur maxima, in quo exprimirur invidiae labes, quae numquam rifum affert, nist quem vitt fecere dolores alieni. alii legunt, Haeres. dubitat, quid facturus sit. Ma-Moeres reclius videtur, quod et Maserius in suis codicibus inuenerar, nisi mauis, Erras inops. ve apud Nasonem Ep. Erret inops, exfees, caede ernenta fua. ví. 4. lege, fepelto- firo collato egoque hanc probo le-

Ve nous nune encitos sub explicari possit, mihi tamen baepelfore gaudia voluunt codex Co- ret magis attidet; nam vim amos & baeres Innifus foribus. & de amore hoc verbum pallim vlurpari docuit Passeratius ad Prop. 11. Eleg. 111, 2. & nos ad Quin&. Detl. CCCLVI. & ad Ouidium saepius. posset aliquis malle, quaeris ineps, vt locurus est lib. 111. 609. sed nos baeret feruamus. BVRMAN.

v. 5. Furit] Impotenter amata similis furioso amatum Hylam quaerit. lib. vII. vf. 154. extreme parere furori, id est, amori. Ibid. v. 315. quem propter furit. Vitg. IV. Acn. v. 68.

Vritur infelix Dido, totaque vagatur

Vrbe fürens. ---Hinc furor eidem pro amoribus ipsis Eclog. x.

Certe Sine mibi Phyll's, fine effet Amyntas,

Seu quicumque furor -Id oft, alia puella quam amaress. BULAEUS. Fugit noster codex. By RM. folis h.e. defertis. videDrakenb. ad Sil. Ital. 111. 429. vbi eriam fermo est de Hercule errante! et Drakenb. locum Valerii noftrum laudans scripsit folisque furit Tyr. aruis. & aruis oft in cod. noalionem.

Alta tenent: sic Iuno ducem fouet anxia curis Acionium, fic arma, viros, fociosque ministrat. Iam, quibus incertam bellis, Scythicaeque paventem

10. Gen_

Rionem, alterique eris praeseren dam duco. conf. infra v. 54.HARL.

v. 6. At comite immemores | Inmemores vetus codex, CARRION. Sanus locus, modo recte tractetur. Haec ergo Syntaxis: At Minyae immemores facilesque, (hoc est, parum soliciti de Hyla & Hercule) comite relicto alta renent. Alta hoc est, maria, Libro 11, 2. BYLAEVS. Rede quidem Bulaeus constituit locum. sed eo faciles male explicat, parum follicitos de Hercule & Hyla. cum notet mobiles & leues, qui studiis & factionibus facile auferebantur & Meleagro, aliisque obsequebentur. vt vidimus supr. lib. 111. 628. & 645. ita pro credulis explicuisms lib. 1. 151. sic Ouid. 1. Art. Am. 357.

. Illarlegas sempus (medici quoque tempora sernant) Que facilis deminae mens sis & apta capi.

Translatio est a cera & similibus, quae manu artificis tractantur, & facile omnes figuras accipiunt. eleganter Servius ad illa Virgilii 1. Georg. 266.

. Nunc facilis rubeas texapur fifcina virga.

Facilis, de qua facile aliquid fiat, vnde faciles bomines, qui bac Villac eito ducuntur. Quid. lib. x v. Met. 169. Veque nonis facilis signatur cera

figuris.

Nec manet ut fuerat, nec formas fernas easdem. vbi nescio cur fragilis sit rescri- loco magis conueniens puto inbendum, alta tenere vero nautica

Interea medium Aeneas iom claf-Se tenebat.

Servius, nantice vius verbe, quent' & vide ad lib. 111. 283. noster infr. v11.129. Qui profuga for-San tenet alta carina. Lucan. 111. 2. Mediumque rates tenuere profundum. vbi alii codices, monere. de quo ad lib. v. 44. Byrnan.

v. 7. Sic Iune ducem fouet aunia caris] His caris opinor. deine

- fic' arms vire fociesque miniftrat.

nam vulgata scriptura, viros fociasque, minus concinna est, cumnon videam, quid inter viros & focios interfit. Herns. Ironice & cum farcafino capiendum, hoc modo agens Iuno, follicita scilicet est pro lasone, & cum fouet & iuuat, subducendo Herculema in quo spes summa huius expeditionis, fimilem vium +# fic notauimus ad Ouid. x11. Met. 285. quare nihil muto, Burm.

v. 9. lam quibus incersam] Etla sensus posset elici, repono tamen, infertam, id est, implicitam & involutam, nostraeque accedet sententiae, qui volet, neminem impello. MASER. Infertam omnino, quod & Maserio venerat in mentem, apud Nasonem Met. 111. 117. ne te civilibus infere bellis. HEINE. Eleganter quidem inferta bellis dici potest (de quo verbo plura Barthins ad Stat. 21. Theb. 208.) fed huig . ceream: non enim inseritur bellig eft locutio. ita ad Virgil. v. Aen. I. Juno, fed. sufnicium fium das. Gga. 1

C. VALER'II PEACCE

Gentis opes, quanta trepidam formidine cernam! Tum precibus, tum me lacrimis, et supplice dextra

Attentare veto, rerum mihi firma potestas. I, Furias Veneremque moue: dabit inpia poenas Virgo, nec Acciae gemitus patiemur inultos.

Dixit, et arcano redolentem nectare rorem, Quem penes alta quies, liquidique potentia fomni,

Detu-

Jasoni, & Impieer se funonem vifurum incertam de euenta bello- ta. Virgil. I. Georg. vs. 130. rum dicit; absente Hercule, praecipuo robore Argonautarum. & hoc Th pauentem, condenit. fic lib. v. 303. incerta lasoni mens. BURNAN. interim cod. Carr. edd. Bonon, al. probantque Carrion ac Vossius. HARL.

.v. 12. Mibi firma potestas] Summe codex nofter. quod explicari codex. Burm. posser, ego pro arbitrio meo res re, aut mutare, quidquid agas, videtur. HARL.

Contius in v. Thebaid. 66. air mus. Burm. Furias Veneri coniungi. nihil nam-

I. Am. II. de Cupidine, Blandisiae comites tibi erunt, Errorque, Parerque, a enas.

Sublimi Angello

Tange Chloen Semet arrogantem. Vid. supr. lib. 11, 106. BVAM.

v. 13. Veneremque mone] Exci-

Praedarique Iupos insit, pontumque moneri.

Idem. v11. Aen. 312.

Flessere fi nequeo superos, Achtronta monebo. BVLAEVS.

v. 13. Impia] Impreba notter

v. 15. Arcano nectare] Omnia, illas ordinabo, neque me exora- quae vim facram & diuinam quamdam habere credebantur, Poetis poteris: Beares enim lupiter, ve arcana dici solent, quia in vulnotum. Byrm. Sed famma cor- gus nota non funt, & eadem rectio aut interpretamentum effe quae duoibera, & upurra, vid. D. . Heins. ad Sil. lib. 11. 427. & quae v. 13. Furias Veneremque] La- nos infr. ad lib. v1. 477. dice-

v. 16. Liquidique potentia fom-" que est Veneris voluptas, prae- ni] Liquidus saepe a Poetis Soter insaniem. Maser. Quidius mnus dicitur, quod quidem capiunt, quia est quasi liquida & pura quies & voluptas, quae nullis curis interrumpitur. vt ita Lucret. Adfidue parces surba fecue III. 40. dixit volupeacem liquidam & puram. & Cicer. I. de fin. 18, & hanc ob caussam forte Horati- liquidam & liberam. Plaut. Epidic. us Venerem flagello armat, quod 'v. I. 36. dnimo liquido & cranquilproprium Furiis. lib. 111. Od. 26. lo es, tace. & liquere & turbari opponi egregie docer Turneb. lib. xvr. Adv. 10. quomodo & noster surbat soper dixit lib. v11. 143.

Detulit, inque vagi libauit tempora nati-Ille graues oculos, et Hylan resonantia semper Ora verens, vt nulla deum superare potestas, Procumbit, tandem fessis pax reddita silvis:

F lumi-

liquorem quemdam Somnus fin-Stat. VI. Theb. 27. fic a pictoribus fimulatur, vt liquidum fomniatur effundere. fic Emins, cum fefe enfuat somno perfusa iunentus. uid. Cl. Drakenb. ad Sil. v111. \$21. & x. 356. sic supposititius ille Pindarus Thebanus vs. 122. Devolas in shalamos Agamemno-

nis, ille fopore Carpus inundatum leni prostra-

sus babebat.

Quod affectatiunculae nomine eraducit Barthius Aduers. LVIII. 14. & ita cape illa Pindari Graeci Od. 1. Pyth. 16.

O 99 KARAGARA

न्त्रेपकोप प्रवीतक केवल्डी In quo explicando fudane interpretes. Etym. magni Auctor. in Austriac Unver, quem dyelv interprotatur byede pae lebr Umree, &cc. & Galenus, mapl desirve often vosuccess lib. 11. cap. 55. dieit. barer dreament, to te arethe na The dropping satisfier. hinc & irriguus femnus dici solet, vt obseruat Pius ad Plaut. Epid. 1. 11. 18. & infr. lib. VIII, 72. vbi & de cornu illo Somni. vide etiam Barth. ad Stat. 11. Theb. 144. & & ad h. L. Weitzium. Burm. .

.v. 17. Detulit] Opinor, Depluit. de quo verbo copiose egi ad Nasonis Metamorphoseos librum primum, vf. 572. Heine.

143. fed reclius tamen puto re- illis, quae ex also feruntur, de spici ad cornu, quo diffundere mox vs. 80. Virg. Iv. 358. Ix. 19. & ita Venus detulit Dichagitur in dormientes. Lutat. ad mnum nato suo lib. x11. 417. Bvrm. Depluit tamen Crusius omnino scribendum putat, et lauum ex corna super dormionses vide- dat Broukhus, ad Propert. 11. d. 16. 7. HABL.

v. 19. Vt nulla deum Gc. Postquam non poterat amplius refistere obrepenti deo, hoc est Somno. Hunc enim inter decenumerant Poetae. Statius, nisi fallor, non enim est ad manus: placidissime Somne deorum. By L. Eft Ovid. x1. Met. 627. simile tamen est apud Stat. Iv. Silu. Iv. I. Maserius per Deum Somnum intelligit. sollicitum habuit hic locus Heinsium, qui varie tentabat, Dees reponendo, vel, ius nulla Deum, vel, vim nulla Deum, vel, or mulla adeo superare, vel denique vulgatum Deum explicando per Iunonem; vt Virgilius dixit lib. 11. Aeneid. 632. ducente deo. Pius Iouem, qui medicamentum dederat, intelligit. Cartion Dewn pro Deorum ediditi ego Maserii explicationem sequor. ita Deum Stat. x. 140. & 296. vbi Barth. nec Deum modo, sed "Ачихти дейч пичтич т' кчдойway vocat Orpheus vers. 1002. vt vero superare, ita enincere fo-Cl. Drakenb. ad Sil. witt. 121. mnos dixit Ouid. 1. Met. 685. BURM.

v. 20. Fessis pax reddita siluis] Quas Hercules clamore, quem per Echo reddebant, fatigauerat. nam rantus clamor fuerat, vt aud Sed deferre proprium verbum de ras & ventos obrueret, quem Vix Gg 3

Fluminaque, et vacuis auditae montibus aurae. Ecce, puer summa se tollere visus ab vnda Frondibus in croceis, et iniquae munere Nymphae:

Stansque super carum tales caput edere voces: Quid, pater, in vanos ablumis tempora questus? Hoc neinus, haec fatis mihi iam domus: inproba quo me

Vix Echo nequare poterat. mox achum, vt ostenderet se iam Deum werl. 66. fessague cum siluis orant inga. vid. Heinf. ad Claudian. Conf. Olybr. 168. & its fatigare filuas, & alia loca, saepe apud Poetas occurrit. pax vero est quies, quam Poetae solent rebus inenimatis tribuere. Stat. VII. 87.

Debellasasque relinquis Enrus aquas, pax ipfa sumet. Lucan. 111. 523.

Pacemque tenentibus Austris Servatum bello iacuit mare. & IV. 473. pacemque babuere tenebrae. ita Virgilius, Quidius & alii.

BURM. v. 21. Et vacuis] Eque cauis coniiciebat Heinsius. sed vacua loca faepe Poetae vocant fola, in quibus nemo oberrar. infr. 248.

Es vacnos moesto lustraruns lumine montes.

ficlib. III. 222. vacuos agros dizit. vid. ad Ovid. IV. Met. 341. hic vero malim cum Bulaeo vaeues a clamore & voce Herculis, quae omnes filuas ita impleuerat, ita vt nec aurae exaudiri possent, explicare Burm. vide ad III. **652.** Harl.

v. 22. Puer] Hylzs. Vitgil. 111. Georg. Cui non dictus Hylas guer? Bvl.

v. 23. In croceis] Id est, redimitus, vt *in basta. in iaculo*, & fimilibus, de quibus iam saepe verust. cod.

fluuii, & a Nympha accepisse vestem & habitum tali numine conuenientem. coeruleas vestes Moplus vaticinans 1. 220. ipli iam dederat. Byrm.

v. 23. Talis | Legendum, saleis, nempe voces, ne talis setiffe putes. ByL.

v. 25. Pater] Pater nomen honorie, nec semper ad grandiorem actatem refertur. Ita Homerus Odyff. O. Hins ware. By L. confer. Opuscula mea varii argumenti p. 393. H.

v. 26. Demus | Nidus, quod superius (lib. 11. 74.) notaui. Its

45. larem eodem modo: Cum rapis Alcyanis miferes for-. tumque laremque.

ByL.

v. 26. Improbs que me } Hacc in vulgatis omnibus pessime interpuncta funt, (vti quoque in ex. Bon, vbi tantummodo post rapia est colon, & post emnes punctum. Sed interpunctio in illa editione nec constant est nec adcuratz, sed pluries vitiosa: hinc hac de re nihil ymquem monui. Habl.)

Haet fatis mibi iem domus improba; qua me

Nympho rapit focuse menitu Innonis in amnes,

Nunc Ionis acceffus esiam.

Hou

Nympha rapit, facuse monitu Iunonis: inanes Nunc Iouis accessus; & ism mihi limina coeli

! Bact fatis mibi iam domus; improba quo me Nympha rapit saquee monitu lunonis; inanes

Nunc Ionis accessus, & iam mibi, Ec. optime. CARR. - impreba que me Nympha rapit saeuse monien Innonis in ammes, ita ex antiquioribus editionibus restitui, nisi quod distinctionem mutauerim. fic enim in its extat:

proba: quo me

Nympha rapit, &cc. Quod vere ridiculum est; eth nec interprete Maserio caruerit. Per somes autem Afcanium incellige, ve & lib. praecedenti verf. 557.

Grates anidus procumbis ad amnes.

Carrionis correctio ex MS. perperam fille eft. Our enim louis accessus immes dicantur? an Hylas eos inanes vocat, quod cum Hercule malit effe? Frinolum hoc omnino est, & altera lectio multo verior. Vossivs. In amnes supposititia sunt, & frivola pror-Nec multo melius liber Carrionis, immes. quomodo & vir doctus castigarat in ora Venesae editionis. Forte, faeune memisu Iunonis & arte. vel & affu. Superiori libro vers. 518. luno,

- aftumque per antipens Tende pudor.

pro eo, quod praecessit proxime, Moc nemus, baec facis mibi iam domus;

videtur corrigendum esfe,

Hac nemus, bi fontes mibi iam domus. HRINS. Heinfianam emendationem bi fontes elegantem ese dicit Doruille ad Chariton. pag. 436. quia vero longius abir,

malit: Hec nemus beu! fasis mibi iam domus, idemque monet notam P. Bugmanni vitiole locatam esse, quae spectat ad v. 48. ne & hoc typicum erratum viro dolifsimo ab aliquo imputaretur. Burm. vero ad v. 48. de fignificarione voc. domn's agit. HARL. Improbe fine dubio Nymphe, non domus debet intelligi. ita Petron. cap. LXXXIII. Illine candidus Hy-Haec fatis mibi iam domas im- las repellebas imprebam Naida, vbi vide, quae adnotauimus, prò in amnes lacuna erat in codice, nostro, quod indicium est, suisse vocem non intellectam librario, qui maluit vacuum locum religquere. Pius in amnes in cubilia intima explicat, & quod Hylam maritum suum secerat. ego jnanes non temere repudiarem: nam ita accessus louis vocare potuit Hylas, qui nihil iuuabant iflum, quia malebat cum Hercule vixisse, cums comitatum praeserebat coeli liminibus. sic inane purpurae decus Horat. Epod. v. 7. qued Scholiastes explicat, quia nihil proficeret ad misericordiam. & 11. Od. 20. inane funus supervacui & nihil profuttiri honores funebres. & fimilia. By RM.

Sidera. V. 28: Lumina coeli } funt qui timina scribunt pro domo coelesti, abludunt prisca exemplaria. Prvs. Sed limina bene habent ex. Bonon. & Venet. vetus. HARL. Introitum coeli, vt possim admitti in numerum Deorum, idque dicit propter facra a Cio seu Polyphemo instituta, de quibus antea alii legunt, hemina. MASER. Es iam mibi lumina coeli Concilias Veristima le-Cio. Noli interpreses audire re-Gg 4

Conciliat; iungitque preces & fontis honores. O dolor! o dulces, quas gessimus ante, pharetrae!

Jam

ponentes, limina. Lumina coeli vocat Valerius lumen illud coelestium orbium, quod nullis nubilis impeditur. Id verum lumen propterea nuncupat Lucanus lib. 1x. vbi de Pompeio loquitur,

Illic postquam se lumine vero Implenit, stellasque vagas miratur & astra

Fixa polis, vidit quanta fub no-Ete iaceres

Noftra dies. Quae cum Lucanus scriberet, sino dubio in animo habuit illud Maronis Ecloga v. 56.

Candidus insuetum miratur lumen Olympi

Sub pedibusque videt nubes & fidera Daphnis.

Sic enim legunt antiqua exemplaria. Perperam vulgatae editiones exhibent, limen. Vossivs, Limina bene Zinzerlingus, qui plus ribus exemplis docuit, lumina & limina saepe confundi: nec aliter ante illum Maserius. Pius praetendens auctoritatem scriptorum exemplarium in contraria abit inmeritus. Forte,

Quin louis accessus etiam, & mibi limina coeli

Conciliat. Adi notata ad vI. Aeneid. Maronis vers. 255. vel quia praecessit, mibi iam donus, hic mallem, & amici limina coeli. Isic contra inf. vers. 152. Superum iniqua altari. HEINS. Vid. inf. v111. 334. limina etiam codex Coki quod vnice verum. quae vero Zinzerl. de lumine unico apud. JCnum L 6. f. S. de Offic. Praes. Fast. 176. & alibi. Bunn.

disputat, iam refutavimus ad Quincil. Inft. Orar. x. 3. Byrm.

v. 29. lungitque preces] lu vulgati. vet. cod. iungisque fuet. CARRION. Sed fui & fontis box nores mihi iidem effe videntur, preces explicat Pius, vt homines numina nostra precentur. sed forte melius posset explicari, postquam me inuirum, rapuir, iungit preces, & honores fontie, ve mitiget animum meum. Vt die dum sir, pro iungit precibus honores funtis, id est, numen. quo me ornare contendit, forte tamen scripferit, iungitque poros & fontis bonorer. per connubium enim Dei vel Desc ad immortalis tatem & numen aditus egat, we notum. Honorem codem mode dixit Virgil, x11. 140. de luturna. quae stupro louis Nympha fontie crat falla,

Bunc illi ven netheris alcun · bowerene

Inspiter arepea pro virginisan facrouis, &c.

Plus explicabat libationes & facrificia, quo senfu bonores cani certum est, & supra vidimus 1.678. fed huie loco incongrumm videtur. Burm.

v. 30. Pharetrae] les vems codex, vere: nam antea dixit, b. dolor. CARRION. Sed editiones omnes ante Carrionem & codices, Pheretras, quae lectio fatis defendi potelt: saepe enim ita Ovidius, vt dinersis locis a nobis adnotatum est. vid. 1. Art. 50. vi.

v. 31.

Lam socii laetis rapuerunt vinculo ventis: Hortator poliquam furiis & voce nefanda Inpulit Oenides. verum cum gente domoque Ista luet; saeuaeque aderunt tua numina matri.

35. Sur-

superant. sic certe Virgilius 111. immissum a tuo numine surorem Aen. 639. Sed fugite, o miferi, impie furit. & time aderunt el fugice acque a liture funem Rum- gameet pro instigabunt, incendent. pite. ZINZERL. To rapere cona- vt adeffe dii & deat dicuntur & rum festinantium egregie expri- in bonam & in malam partem. vr thit. quare perperam Zinzerlingus, Virgil. v1. Asneid: 90. superuns. 20 faesis votis? faesi venti, secundi ; sed oblatis ventis praefat. vr inf. 403. & 460. Heins, Vid. lib. 111. 692. vbi etiam vinela rapi. laeti venti dicuntur, ad lib. v. 69. laeti curfus.

v. 32. Horsasor] Hic in mafam partem debet capi, vt apud

Virgil. v. Aen. 529.

Comes additur vna Hortator scelerum Aeolides. Quem imitatur Quidius x111. Met. 43.

Nec comes bic Phrygias umquam venisset ad arces, Hortator scelerum.

Vid. Barth. ad Stat. v. Theb. 103. & x1. 50. BURMAN.

v. 34. Saeuaeque aderunt tua munina matri] Puto, sua numiwa, dirae virrices: sua onim numina funt fouentia sibi. fed & aderune fulpedum nam fequitur, coels mox aderis. Heins. Poffet vulgara lectio ita explicari; vbi Althaea, irata Meleagro ob occisos fraeres, fatalem stipitem igni imponet, & contabunda stabit, an retrahat, an cremet, tu, memor huius iniuriae, a Meleagro mihi tibique factae, incendes crudelem matrem, ac stimulos & faces surori subiicles; ne cogitet,

v. 31. Rapuerunt] Dubitabam se matrem, sed mam vicem in olim, a non rectius feribererur, fuo ipfine filio vicifcarur, dum

Nec Teueris addita Inno Vsquam aberis.

Senec. Thyest. 1110. Vindices aderant dii. Medea 13. adefte steleris vitrices dene. Tacit. xIV. ann. 38. Adeffe somen dees iuftse vindiffae. Ovidins I. Art. 640. Innocue vivite, numen adeft. & IV. Ep. 152.

Medene Meden forem. quod fo quid ab alto

Influs ades votis Iuppiser info meis.

Et Iv. Fast. 236. de Furiis, Jacpe Palaestinas iuras adesse deas. & IV. Trift. 1. 45. Ille nec irasos fentit adeffe deos. Stat. x. Theb. 276.

> Nec numen abest, armazaque Inno

Lunarem quasiens exfersa lambada dextra

Pandit iter. qui & simili modo lib. 1. 471.

Non baec incassum, divisque abfentibus acta;

Forfan S bas venturus amor praemiserit iras. noster infr. IV. 652.

> Stetimus tamen, & deus odfuit oufis.

Quin iterum idem aderit, credo, deus.

Gg 5 · quod 35 Surge, age, & in duris haud umquam defice; coelo

Mox aderis; teque astra ferent: to femper amoris:

Sis memor, & cari comitis ne abscedat imago. Talibus orantem dichis, visuque fruentem, Ille vitro petit; & vacuis amplexibus instat:

Languentisque movet frustra conamina dextrae. Corpus hebet fomno, refugaque eluditur umbra;

> Tum lacrimis, tum voce sequi; tum rumpere questus;

Cum

quod ex Virgil. v11. Aeneid. 498. vid. & lib. viii. verf. 367. nec abfimili sensu Florus III. 5. de Mithridate, Aderas, instabat, Sacvitia, quasi virtute vtebatur. & Cael. vII. de bell. Gall. 61. ipfe dux fuis aderat. Pius explicat. aderunt, fauebunt, & tua, Herculis numina, irata, quae maerem Meleagri impellent in facimus. recte hoc vitimum. nam tua sumines non hic tibi fauentia necesse est explicare, ve co sensu dixit Stat. viii. Theb. 191. sed Hercules, jam deus factus, aderis matri furenti. & ita Broukhusio persuasi hunc locum esse capiendum, cui etiam aliam, quae in mentem venerat, coniecturam proponebam, vt legeretur, aderunt tria numina matri. vt Furiae intelligantur. quas in hac fabula sriplices deas vocat Ovid. VIII. Met. 481. & Parcas 11. Met. 654. BURM. confer. Hygin. fab. 174. ibique Munker. & Anton. Liber. ad 111.705. laudarum HARL. to Heroi parum apre lachrymas v. 36. Tu semper amoris] Ma-

lim, nune semper donec in terris verteris. Bunn. Tu mihi for- Menclaus,

tius & exquisitius dictum; mmc vero frigere videtur HARL.

v. 38. Visuque frueneum] Elegantistime, nocturna illa imagine summopere delectatum. ita lib. VII. 122.

Tum comitum visu fruitur miferanda su**arum.**

Et ita noster saepe hoc verbo delectatur. vid. infr. 760. v. 381. v1. 485. & Quind. Decl. x. faepius hoc sensu vritur. vid. adnotata ad Declam. vii. I. & IO. Stat. xII. Theb. 45.

Amans miseri lamenta, malisque frauntur.

Flor. 11. 7. nec aliter illa confulari sententia, quam modulatifimo aliquo tibiarum aut fidium camzu fruebantur. Burm.

v. 40. Languentisque] Languentesque Aldina editio. sed tunc monent, legendum foret. praestat languentis legere. Burm.

v. 42. Tum lacrimis, tum voce fequi] Qui putant, Herculi tantribui, non meminere eius, quod apud Euripidem in Helena ait

Káľ

ARGONAUTICON LIB. IV.

Cum sopor, & vano spes moesta resoluitur actu.

Fluctus ab vndisoni ceu forte crepidine saxi Cum rapit Halcyones miserae foetumque laremque;

It super aegra parens: queriturque, tumentibus vndie.

Certa sequi, quocumque ferant; audetque, pavetque!

Ide

byevec

To Lundoquies dánes ha dândgur Bahali.

Hoc est interprete divino Grotio, Re tamen, ut aiunt, nobileut non dedecet

Eicere ab oculis lachrymam in magnis malis.

Sic haud indecore Vossius. Berunt heroes apud Homerum prae ira aut dolore, et supra 111. 722. Qui lacrimas heroibus inelignas putent, illi non cogitant, heroas fuifie homines, & lacrimas natura humana non procius alienas effe. Aliter tantum flet. vir constantis magnique animi; aliter infans & muliercula huius-Sed hic non locus que similis. est, de hec re disputandi, cuius controuerlia, ingenium ac diligentiam doctorum et corum, qui veceres maligne vicuperarunt, praeserrim Homerum, & corum, qui famam horum vindicarunt ab iniuria, bene exercuit. conf. Riccii differtatt. Homer. diff. x111. Sic Perses infra v1. 738. ardore nobili incensus galeam flem 'implet. HARL.

v. 43. Refoluitur affu] Heinfine coniecerat, aestu, forte illu, quia cangere frustra volchat vm-

Me res, Mysten, de nede ardede beam, & manus inclusione sopot foluebatur. Burman. emendaturus est, & veni spes aufus HARL.

v. 45. Halcyonis | Halcyones. HEINS. Alcyonis Cod. Coki (& ex Bonon.) cur rapit luntae editio. BURM. Gracce Admiss, conf. Hygini fabul. 65. ibique Munker. HARL.

v. 46. It [uper] Stat. malebat Francius. ego, si per codices licetet, nat. deinde pro queritur Heinfius, geritur vel quatitur coniecerat sed praeterquam quod queri proprie de suium querulo cantu dici, vel ex Horatii illis Epod. 2. queruntur in siluis aues, notifimum fit, sequentia, deleus vecens dedis, hoc verburn hie requiri oftendunt. tumensibus voro vadis in datiuo casu accipiendum, vt Quidius v. Fast. 233.

Ibac, us Oceano quereresur fa-&a marisi.

vid. Pafferat. ad Propert. 141, 5. pag. 437. Silius 1x. 426.

Quam Saepe querevis. Varro, deis, quad Sidonium defugeris ensem?

BURMAN. v. 47. Ferant] Ferunt codex nfter. BURMAN.

y. 48.

Icta fatiscit aquis donec domus, hanslaque fluctu est:

Illa dolens vocem dedit, & se sustulit alis.

Haud aliter somni moestus labor, exsilit amens Effusisque genas lacrimis rigat: Ibimus, inquit; Solos & hos montes desertaque lustra tenebis, Care puer? nec res vitra mirabere nostras?

Haer

stia Nasonis libro primo Eleg. 1x. 2. villa maluerim tamen. Laeia in Oxoniensi. HEINS. Dubia Sepe seriprura diuerlis veterum locis. & victae eleganter dicuntur naues a tempestatibus & vndis, vid. ad Ouid. xix. Epift. 183. I. Trist. 111. 114. & de aliis 111. Fast. 236. sed quia hic de mido Haleyones agitur, itta praeferendum; non enim ea vi maris opus eft, vt expugnet hanc domum, qua laboratas arte nauium moles. ita Plinius x. 32. de his Halcyonum nidis: Ferre intercidi won queunt. frangunter illu valido, ut frama maris. fed & de nauibus ipsis, quorum altera ferinntur ab vndis, & ita compagibus folutis merguntur, faepe hoc verbo veuntur. Ouid. #1. Met. 507-

Saepe das ingentem flustu latus ista fragorem.

Nee leuius pulfata fonat, Ge. Et vers. 556.

Pariserque & pondere & illa Mergis in ima rasem.

1. Trift 11. 47.

Nec leuius laterum tabulae feriuntur ab vadis

Quam grave ballistae moenia pulsat onus.

Sic aequora icta vento Lucan. II.

1 48. Ha fariscit aquis De 458. & litoris istus v. 551. & ita passimo loco nonnihil diximus ad Triflia Nasonis libro primo Eleg. 1x. passim, quare hic contra codices nihil moueo. cum & melius vis sepe seriprura diuertis veterum pullos mari submergit. dominus veterum naues a tempestatibus & vndis, yr passim Poetae. Stat. 1x. 360. yid. ad Onid. x1x. Epist. 183. 1.

Flustinagam fic faepe domnin, madidosque penates Halcyone defersa gemis, cum pignora faenus

Auster & algentes rapuit Thetis
invida nides.

& I. Achil. 212.

Qualis vicino volucris iam fedar la partu, Iamque timens qua fronde domam

fufpendat inanem.

vbi vide Barth. & quae diximus ad Phaedr. I. fab. 3. & ita vt domus pro nido, vicifim minum de domicilio hominum dici multis oftendir Gatakerus lib. 11. Aduerf. cap. 17. eleganter Cicero II. do Natur. Deor. 48. aquam datam effe, nasuraless

v. 48. Flutin eft] Eft deeft noftro codici. Burm.

domum anacibus ait. Burmi

v. 50. Ament] Vid. ad lib.

v. 93. Solus & bos] Crufius legit folus as bos. HARL.

V. 54.

Haec fatus relegitque vias, & vallibus exit, Incertus quid Iuno ferat, quas adparet iras. Nec minus & socios cernit procul aequore

Praecipites! tacitumque pudet potuisse relinqui. Iamque iter ad Teucros, atque hospita moenia Troise

Flexerat: Iliaci repetens promissa Tyranni: Cum moesto Latona simul Dianaque vultu Ante Iouem stetit; & supplex sic fatur Apollo: In quem alium Alciden, in quae iam tempora differs

> Caucafium, rex magne, fenem? nullumne malorum

> > Finem.

v. 54. Relegitque] Vid. Heins. ad Ouid. vrri. 173. male in Ma-Gerii notis, vetegisque. Burm.

v. 55. Adparet] Vid. ad lib.

111. 586. BURM.

v. 56. Procul] Simul nofter codex. Burn.

v. 57. Theiramque | Conjungi debet, non cum relinqui, fed pude. secum quasi agentem pudebat potuisse refinqui, ita Tacisus pudor 16. 11. 526. metus infr. vers. 20. 1. Mart, VI. 5.

Tacisum te diceré credo. vid. ad Ovid. x111. Epist. 69. & ica Pius pro tacite explicat; vel sacisum, non vocatum ab Argonámis, hoc male: nam fatis clamauerant. vid. lib. 111. 602. & vbi Ciofanus Flacci nostri memi-724. BURM.

v. 58. Hofpita] Scilicet, vt sperabar, sed ve euentu constitit, 111. 642. inhospita, vide, quae notauimus

lib. 111. 497. Burm.

pro memoria referens, vt saepe ad Claudian, IV. Cons. Honor. 385. apud Omidium & alios. Ied malo & II. de Laud. Stil. 454. & Laud.

hie pro repetiturus, cupiens reposcere, intelligere. sic lib. v. 157. morans pro moraturus. Virgil. I. Aeneid. 656.

Haet celerans iter ad names sewdebat Achates.

vbi Seruius, celeriter facere capiens. & 11. Aeneid. III. terrais Auster euntes. Servius, ire capientes. infr. lib. vII. 260.

Forse ratem primo fugientem litore cerno.

Id est, fugam molientem. Buzz. v. 61. Ante louem fletit | Quidiana imitatio, ex lib. v. Mer.

Ante louem passis stetit inniciosa capillis.

nit. Burm.

v. 62. Alium Alcidem] Vid. lib.

v.63. In quae iam tempora differs] In quaenam scribe. Heins. v. 59. Repetens] Potest capi, Illustrauit hanc locutionem Heins. Seren Finem adeo poenaeque dabis? te cuncha precantur

Gens hominum; atque ipsi iam te, pater optime, montes,

Fessaque cum siluis orant iuga, sat tibi surtum Ignis, & aetheriae defensa filentia mensae.

*Exit vbi e scopulis, media inter pabula diri Vultu-

Caufafeum Coki liber. Bunm .:

bominum | Vetus codex, precantur quo nimium homines oft comgens hominum. CARRION. Precantur Carrionis liber recte. vti fuific, Herculem vero, non eum, pluribus iam adserui ad Nasonem Met. ix. vf. 4:6. Heins. Pacnaeque dabit, te cuntta precatur codex Coki. Burm.

v. 66. Fessa Vide supra vs. 20. v. 67. Defensa silentia] Non placebat Heintio defensu, & vel depensa, vel deprensa malebat. sed defensa est vindicata, per poenam Promethei, ne quis vmquam posthac audeat arcana prodere. vid. lib. 1. 213. in codice nostro erat per compendium scri-

ptum, denfa. Burm.

v. 68. Dixit vbi] Sensus et ordo: vt cum primum dixit, id est, dicere coepit Prometheus, & prochamare inter roftra vulturis: & fatigat suo gemitu louem, congeminant amnes rupesque fragorem. dixit igitur vbi, id est, cum coepit dicere. Pius. Dicit eum a vulture cruciari, sed (vt habet Hesiodus Theogonia) ab aquila, idque ob furtum, & prodita hominibus dearum confilia,

Seren, I. differri vero non res vita Apollonii haec fere narrat. tantum, sed etiam homines vidi- Feruntur de Caucaso monte a mus ad Ouid. Remed. Amor. I. Barbaris fabulae, quas etiam de eodem Graeci fabulantur, Prov. 64. Te cuntta precatur Gens metheum scilicet ob amorem, plexus, in eo monte figarum qui Thebis natus est, id perferre non potuisse, & sagittis aquilam, quam Prometheus visceribus ale bat, confecifie: dicunt insuper, ligarum fuille antro, quod in Caucasi radicibus ostenditur, vbi duris refert vincula petris affixa conspici, quae nosse ex qua materie fint confecta, difficillimum est. alii aiunt in summo cacumine ligatum, & cum Caucafus fit biceps, fingulis monticulis fingulas manus alligatas praedicants cumque colliculi vaius stadii spatio distent, corporis proceritacem, Caucali praeteres inarguunt. colae aquilas habent inimicas, quarum nidos igniferis persequuntur fagittis, affidue propellunt, & laqueos tendunt, Prometheum & vicisci distitantes. vet. cod. exis vbi; vulgati omnes, dixit vbi, pellime, & fine vilo fenfu. CAR-RION. Dixie vbi, e scopulis media inter pakula diri Vulsuris. Ita scripsi sidem omnium editionum quodque in carnium distributione securus, quae eam Carrionis praeoffa loui, sibi vero pinguedinem cessere. Sensus autem tam faciproposuisset. Philostratus II. de lis est, vt pudeat interpretasi-Aic

Vulturis; ipsum etiam gemitu moessaque fatigat Voce Iouem, faeuis releuans ambusta pruinis 70 Lumina: congeminant amnes rupesque fra-

Caucasiae: stupet ipse dei clamoribus ales. Tunc ctiam superas Acheronte auditur ad arces l'apetus grauis: orantem procul arcet Erinnys, Respiciens celsi legem Iouis: ille, dearum Fletibus & magno Phoebi conmotus honore.

Velocem roseis demittit nubibus Irim:

I, Phry-

metheum etiam e scopulis inuocasse louem, postquam Apollo pro co intercesserar. ita ad eum locum notat; Vulgati

75

Fixus vbi e stopulis, media inter pabula diri

Valturis, ipsum esiam gemisa moestaque fatigat Voce Ionem, facuis relevans am-

busta pruinis 'Lumina; congeninans annos, &c.

Secundo veríu perperam vulgo circumfertur, ipfe etiem. figi fcopulis elegans. de quo ad Nasonis Ibin. noster infra libro v. de hoc iplo Prometheo,

- O grave Titan · Vociferans, fixos scopulis dum vellitur artus.

-wifi praestat, excitus e scopulis. VI. 8. excita tela. Iulius Obsequens. C. 129. in culmine pracvorii confedis aquila, inde circum-

All nimirum Flaccus: ipfum Pro- velantibus mineribus auibus, encies de conspettu abiit. Vellei. Paterc. 11. cap. 108. Gens Marcomanne-Carrion edidit, rum excite fedibus fuis. HEIMS. Exis vbi e scopulis, &c. Atque Sed fi fixus erat, ve vinclis firmislimis erat, non poterat exsist comes, Dinit vbi: pessime & fine dici, nec etiam exire. dixit & e ollo sensu. Sed quod Carrion de seopulis Coki liber. ego mallemo vulgata, id nos de Carrionis le- Dixie. At e fcopulis, Se. Bunne. Quone non veremur dicere. Vos- Dixie ibi -- Vulturis ipfe esiane stus. Regius. Dixis &. Locus — Genis retegens. ex Bon. mendoins. legettim videnur, forfan dixis idem. HARL.

v. 70. Ambusta] Eodem sensuquo nix & frigus vrere dicuntur. quae notistima. Burm.

v. 73. Acheronte auditur] Sic vet. cod. alii omnes, Acherouse auditus, CARRION. Auditus etiam noster codex & Coki. [& Bon. ex.] Burm.

v. 74. Gravis] Vide ad lib. 1. verf. 296. Burm.

V. 74. Orantem procul arces Ita vet. cod. [& cod. noster collatus,] elegantissime. vet. Paril. oras proclamas: alii omnes, orantem proclamat : acque abiurde. CARR. Orant, proclamat luntae editio. Bugu.

v. 75. Legem Ionis] Vid. a. lib. 1. 213. Burm.

V. 78

I. Phrygas Alcides, & Troiae differat arma! Nunc, ait, eripiat dirae Titana volucri.

'Diu**2**

v. 78. Phryeas Alciden & Troise differat arma | Lege Troia arma, we apud Maronem Aeneidos primo, [v. 249. xt. 778.] fed & pro Phrygas praestiterit, Dic Phrygus. HEIN'S. Nihil mutem. nam illud I decore hic ad him dicitur, & celeriter eundum effe indicat. ex praecepto vero Rhetorum & exemplo optimorum Poëtarum Iouis imperantis oratio breuis, & concisa est. Demetrius Phalereus. f. VII. vd durásven свотеров над врахо. & ita Homerus Iliad. A. 325. & Virgil. sv. Aeneid. 237.

Naniget. baec summa est, binc nostri nuntius esto. & hoc in Moysis historia creationis miratur & laudet Longinus cap. 1x. 5. 19. Tacitus 1. Hift. 18. Apud frequensem militum concionem imperatoria brevitate adoptari. a se Pisonem pronuntiat. Hoc decorum etiam seruauit Gaesar, cum candidatos scriptura breui commendaret apud Suet. cap. Kt.r. in' nostro codice mendose, I Phrygias Alcides & ve Troiac. Bun-MAN. Alcides & Bonon. or cod.

v. 79. Nunc, ait, eripiat] Scribo, Hunce ait, eripiat dirae Titana wolucri. vtlib. 11. 424. et v1. 735. HEINETUS. Si quis locus va dic, hic mallem quam priori versu, die, ait, eripiat, fed nihil opus. unne enim praeterquem quod summan festinationem notet, etiam hic potest its capi, vt lupipacibus velit, statim effici, quod antes differre diutius destinauc-

HARL.

quidem effe videtur. Forlan Hunc bodie aut aliud quiddam est substituendum. HARL.

v. 79. Eripias dirae Prometheum ab Hercule liberarum fuisse constat. Philostratus (vt rbtuli) negat id a Thebano factum: Hestodus Theogonia omnino affirmat: ait enim Alemenae filium Herculem auem confecisse, Herculis Thebis geniti maior effet gloria, quam antes erat. Virgilius, vr. Eclog. 42.

Cancafeasque refert volucres, furtumque Prometbei. Horatius lib. r. Carminum: 3.

Andax lapeti genus Ignem fraude mala gentibis intult:

Post ignem aetherea domo Subdullum, macies es nonte film um

Terris incubate abors. Martialis lib. Speciac. 7. Qualiter in Scythica religatus

rupe Promethens Affiduam nimio gutture pastit auem.

Propertius lib. 11. El. 1. 71. Idem. Cancasea solues de 1990 Prometbei

Brathia, & a medio pettore pellet anem.

Exstat Aeschyli Tragoedia Prometheus inscripta, vbi modo ab Hercule, modo a loue Prometheum liberatum nazrat, & fabulam prorsus confundie. Luciapus vero alibi scribit, eum a loue, cui, ne Thetydi commisceretur, suaserata ter motus Dearum & Apollinis solutum fuisse, & hoc vaticinii sui praemium tuliffe. Noster autem (quod nescio an vilus) refert ab tag, Bunn, sie languidum mihi Hercule iuffu louis id factum. فنله

80 Diua volat; defertque viro celeranda parentis Imperia; atque alacrem laetis hortatibus inplet. Iam Minyae mediis clarae per fidera noclis Fluctibus intulerant placido caua lintea cursu; Multaque deserto memores fuper Hercule voluunt.

Thra-

bulantium est varietas; vera autem historia ita habet; Prometheus rex erat Scythiae regionis foecundissimae, quam Aquila fluvius infestabat, hunc multis alueis Hercules alio deduxit, & propterea Promethei liberator & aquilae confector dictus est, sed in hoc non consentiunt Honoratus, Acschylus, & is, cuius ea sunt, quae sub Aphrodisii nomine circumferuntur problemata. CARRION.

.w.80. Dina volat] Et hoc ex decoro. I dixerat lupiter, illa volse, sie enim decer, vt statim deorum imperium fequatur res ipfa. Virgil. 1. Aen. 143.

Sic ait. & dicto citius tumida aequora placas.

Eleganter Epistetus apud Arrian, 1. 14. tamquam ex dei praecepto, vbi firpes florere ille insferit, florent, vbi germinare iusserie, germinant.. & hoc est illud, quod in Moyse Longinus admiratur, de quo omnia funt obuia & nota. & hinc illud Lucke 1. 37. lun áðvuntúsas naed të Bed nër jupu. vbi jupu est ipsa res, quam vult, & iubet Deus. & Ouidius de suis deis exprimit v 111. Met. 618. quidquid fuperi volnere, peractum eft. Bunn.

v. 80. Celeranda] celebranda ex. Bon. & al. at celeranda, h. e. celeriter obeunda, vti infra vs. 385, preferendum elle, iam viderunt

alii vero a Vulcano: fed haec fa- Maser. & Bulaeus. HARL. Et in nostro codice, celebranda. diuersitas nata ex Grammaticorum quorundam traditione, qui celeber & celebrare idem quod celer & celerare notare docuerunt. vid Servium ad Virg. IV. Aeneid. 641. & Nonium in celebre. & nos ad Ouid. Iv. Mer. 304. sed celeranda fine dubio legendum, partim propter similia loca Virgilii 1v. 226. & 358. partim ob Diis solitam festinationem: vt enim mox diximus, nulla esse mora debet mandatis deorum, & quibus illi imperant, etiam Diis, non vt homines, lente, aut per longas itinerum aut difficultatum ambages, sed resta via debent perficere. hine illud Pindari Ix. Pyth. 119.

D'ucia di' imriyoptivur fida gena · Neakis, don to senzion.

Et quae infinita huius decoris apud Poëtas egregios sunt obuia. BURM.

v. 81. Inplet] Vid. ad lib. 11. 126. BURM.

v. 83. Intulerant] malebat, impulerans Heinsius. sed supra lib. 1.

Aureus ve iuuenem miserantibus intulit undis

Vettor.

& 11. 565. Socios fraternis moenibus infer. Burman.

v. 84. Deferto] Defetto nofter rodex. BurM. Нh Y. 85 . 85 Thracius at fumma fociis e puppe sacerdos, Fata deum, &, milerae folans incommoda

Securum numeris agit & medicabile carmen: Quo simul adsumta pulsus side luctus, & irae,

Et

v. 85. Sociis e puppe] Alia vet. cod. alia vulgarorum librorum lectio est, vtramque adiiciam, vt suum sectori iudicium maneat. vulgati omnes; [vti etiam ex. Bon. in quo tamen est securum. HARL.]

- Socios e puppe sacerdos Fata Deum & miserae solans incommode vitae,

Secura Minyis agis & medicabile carmen,

Que simul assumpta pulsus fide luctus & irae.

Vet. vero cod. habet;

- Sociis e puppe sacerdos, Securum numeris agit & medicabile carmen,

Qued simul assumpta, pulsum fide, luctus & irae.

CARRION. Celeufma inrelligit Flaccus. Quicquid enim ad horrandos nautas, recte celeusmatis nomine censetur. Remiges autem canens bortatur, ve air Quintilianus lib. r. cap. 14. Censorinus: quo facilius sufferant, vel in nauis meen a vellore Symphonia adbibesur: vbi nihil mutandum, vt ad ipsum Censorinum dicemus. sconius ad Ciceronem in Dininatione : cani remigibus celeusma per Symphoniacos solebus, & per assam vocem, id eft, ore prolatam, &, vt in Argo nani, per cytharam. Rece itaque dixeris Orphea celeuima canere apud Apollonium in 1. vbi de go ait,

Heider & de yala, nei bearets ije Térmesa

דם הפוש להי באלי אמורו, פנכ. Quamuis non collat viri dostilimi, qui id negent. Vide quae de celeusmare ad lib. 1. notauimus. Vossius.

v. 87. Securum numeris agit] Ita scripti omnes. non, Minyis. quomodo de Musaeo Maro, VI. 645.

Nec non Threicius longa cum ve-Se Sacerdos

Obloquitur numeris septem dis scrimina vocum.

Arnobius lib. 111. In toelo enim cantatur & pfullitur, ot internalls & numeros vocum nonem confermo scitulae, ac modulentur sorores. Heinsius. Numerus nofter codex. agere carmen etiam dixit lib. 1. 783.

v. 87. Medicabile carmen] Id elt, medicans, ve penetrabile frigus 20 pud Maronem, medicabile appellat, quod laborem tollit. Prus.

v. 88. Quo fimal affumpta pulfus fide | Seribe ex fidelistimis exemplaribus, quod fimul adfumes. pulsum fide, hoc fenfu, quod carmen vbi pulium eft, id eft, pulfando lyram, modulatum, asiumpta fide, & accepta cythata. Pius. Scripti, Qued fimul affumpta pulsum fide. rece. idque ex codicibus a se consultis laudanit Pius. nisi quod praestiterit fortaffe. Que pulje. de quo loquendi modo ad librum 1. Fastorum Nasonis, vorf. 567. Quo fatto fimul. Phase Et labor, & dulces cedunt e pectore nati.
Interea, magui iamiam subeuntibus astris
Oceani genitale caput, Titania frenis
Antra sonant: Sol auricomus, cingentibus
Horis,

Multi-

Phaedrus lib. v. fab. 9. fed & medicabile stamen pro carmen videtur feribendum. Heins. Aldus edidit, qued simul assumpta pulsum fide. fed mihi non displicet vulgata lectio, que fimul adfunta pulfus fide luctus, &cc. nam pulsum carmen inaudita locutio mihi videtur, quare etiam stanen voluisse Heinfium puto. vt ita flamina follicitare Quid. IX. Met. 109. pulfus vero luffus, vt pellere curas, laborem & similia, rectum est. Horat. 1. Od. 7. nunc vine pellite curas. vt & noster. 1. 838. morsales pellere caras. idem Horathus 11. Ep. 1. 136. Auertit morbos, metnenda pericula pellit. mox vers. 197. formidine pulsa. vid. ad Ouid. Remed. 115. & v. Trift. x111. 25. fraudi fuit interpretibus non animaduersa constructio 48 fimul cum ablatiuo cafu, nam ira ordinanda verba; quo carmine, com fide, id est lyra, asfumta, pulsus luctus, sic Senec. Troad. 1045. Cum simul vensis properante remo. vt recte constituit locum Gronouius, quem vide. Attien. Descr. Orbis, 283.

Nunt situas inter oberrant,
Coningibus natisque simul.
Silius 111. 268.

· His fimul, immisem seftanses corpore folem,

Exufli venere Nabae.
Plura videbis ad Silium lib. vitt.
395. in doctorum virorum notis.
2 ad Ouid. 1. Faft. 567. & v. Trift.
2. 29. & Tacito id frequens no-

tauit Ryckius ad lih. vr. Annal. 9. fic vns cum Datiuo Virgil. vrit. Aeneid. 104. Pallas bnie füns vns. vbi Seruius, pro cum boc. & pariter ita construi docuerunt Barth. ed Claudian. 1. Rapt. 156. Lamb. ad Horat. 1. Ep. x. 5. Marcil. ad Terul. de Pall. 11. p. 51. Stat. v. Theb. 122.

Pariserque epulsta marito.

Et hoc imitatione Graecorumo
qui susse & sus its construunt.

Burm.

v. 89. Cedune e pettore] Redea sne noster codex; vitiose. Burm. pro nasi cod. habet curae: quae lectio mihi inprimis placet; cura enim proprie de rebus earifimis dicitur. Tibull.111.4.59. Mart.1. ep. 108.5. et quae ibi in Ghrest. lat. poet. kripsi. Harl.

v. 91. Genitale caput] Maserius explicat de Platonica opinione, qua credebant, sidera pasci humore maris, de qua vid. ad lib. 11. 62. vel ex Thaleris decreto, qua omnia ex aqua nasci & oriri dodebat. quae & Pii suit explicatio. conser autem haec cum Apoll. 1. 1280. Burm.

Inque vicem placida or fa refert. & ita saepe Ouidius & alii. sed placet tamen magis, ora tulis. vt supr. vers. 418. iv. 19. & 241. & alibi. proprius noster codex, sollemni errore. Burman. adde Miscell. Obst. Belg. vol. 1. p. 208. Harl.

v. 472. Petendum] Antiquae ediciones, petundum. mutauit Carrion. Burm.

v. 474. Si quando bic aliquam] Si fando iam pridem correximus, & multis inlustrauimus ad Nasonem Met. xv. vers. 494. Heins. Nollem hie mutatum, licet aliquando ita peccarint librarii. non minus enim frequens & elegans formula illa, fi quando, quam fi fando. exprimit Gracum elavore, ve apud Homer. ll. A. 39. & passim. idemque notat, quod fi vmquam. inf. vii. 205.

Si quando fueris tamen nulla potestas.

& VIII. 226.

Praecipueque fui, fi quando, in sempore pulcher

Coningii.
Ouid. 1. Am. x111.6.
Si quando, lateri nunc bene iun-

Eta meo est.

Nunc mibi, fi quando, Puer & Cysberea, fauete.
Statius Iv. Silu. v. 19.

Vnique, fi quando, canemi Musus ager domino reclamas. VIII. Theb. 248.

Qui Ditem & furias tantum, &
fi quando, regentem
Ansigonem, &c.

vbi male Barthius, interdum, rare, explicat. 1. Achil. 509.

Laurigerosque ignes, fi quando, anidissimus bauri.

Apud Ciceronem quoque haec elegantia reponenda lib. 111.
Tusc. Quaest. 7. Verosimile est igitur, in quem cadit aegritudo, in eundem cadere timorem, E infrastionem quamdam animi E demissionem. in quemque ea cadans, in eumdem cadit, ve serulat, ve vistum, si quando, se esse serve ita

475 Thessaliam, si quos Phrixus memorare Pelasgos;

Hi tibi, tot casus, horrenda tot auia mensi, Cernimur. iple egomet proprio de sanguine Phrixi:

Namque idem Cretheus ambobus & Acolus auctor.

Cum Ioue, Neptunoque, & cum Salmonide Nympha.

480 Meque nec huc enses, araeque egere paternae:

Nec

ita ex MSS. codice, quem vidi codice, cuius varias lectiones dedit Cl. Dauisius, scribendum. vulgo, vt victum fe quandoque effe fateatur, alii, quandocunque, vel aliquando. Burm.

V. 478. Namque idem Cretbeus ambobus & Acolus auctor] Si ita scripserit poëta, mendacio fallere voluit Aeëten lason, quasi ambo Phrixus & ipse ex Cretheo & Acolo descenderent. cum vterque quidem ex Aeolo, sed diuersis eins filiis genus ducerent. Cretheo. vid. Apoll. 111. 360. quare mallem.

Namque mibi Cretbeus, ambobus at Acolus auttor.

Sciebat enim Aeëtes, Phrixum esse filium Athamantis, quare eius patrem poterat silentio praeterire, quem ex Phrixo saepe audierat Aeëtes, sed suum nominare debebar, & ostendere, illum aeque atque Athamantem ex Acolo ortum trahere. Bunn.

v. 479. Neptuno] Qua ratione hunc quoque Deum referat inter maiores aut suos, aut Phrixi,

non video, nisi iactantia magniapud Cl. Graeuium, & Perensi sica generi suo addere voluerit diuinum splendorem. Nam ex Cretheo & Tyro, (Salmonide Nympba) descendebat Aeson, pater lafonis, non ex Tyro & Neptuno. Tyro enim ante fuas cum Cretheo nuptias, a Neptuno compressa, ediderat Peliam & Neleum. & ita Neptunus poterat Vitricus dici aliquo modo Aesonis, fed de eo latius in Argonautarum Catalogo, ad Iouem vero iure refert originem: ille enim Aeoli auus. nam Aeolus Hellenis Phrixus ex Athamante, Iason ex filius & ille Iouis. male Pius mendacio adiuuare caussam suam voluisse notat, quasi Acolum lovis filium voluerit haberi. Bun-

v. 480. Me neque nunc enses] Sic Bon. & al. HARL. Rectius in Regio, Meque nec buc enfes. in eodem, iraeque, pro, araeque. fed perperam. fed illud, Meque nec buc ait aduersari membranis antiquis Pius. forte, Huc neque me messes, vel Huc neque sementes. Heins. Respicit ad Phrixum, quem pater Athamas immolaturus dolo nouercae arae admouit. vide Xx 3

Nec tua, Thessalicis quamquam inclita nomina terris,

Sponte fequor, cui non iusso tot adire voluptas

Monstra maris? cui Cyaneos intrare fragores? Sceptra tui toto Pelias sub nomine Phoebi

485 Maxima forte tenens, totque illa creantia diuos Oppida,

vide Zenob. Adag. Cent. 1v. 38. & Apostol. x111. 46. recte autem enfes, id est, cultros, quibus iugulabantur victimae, coniungit aris, exemplo Virgilii. lib. 11. Aen. 155.

Vos arae enfesque nefundi,

Quos fugi.

vnde patet nihil mutandum. in
nostro erat, me neque nunc enfes;

vt & veteres editiones habent.

BURM.

v. 482. Sponte scquor] Oui-

Quis dubitet nomina tanta se-

v. 482. Voluptas] potest legi, voluntas cum sensu patenti. Ma-

v. 484. Sub nomine Phaebil Confer Apoll, Rh. 111, 383. Qui falso vult se Phoebum, vt Salmoneus Iouem, appellari, vel Phoebi filium. quidam legunt, lumine. dicirur quisquam habere regnum sub sole, hoc est, in euidenti & in aperto, sed prisci codices habent, nomine. placet, quod imitatus Salmoneum fratrem voluerit ipse sub nomine Phoebi, coli, vt Salmoneus sub nomine louis. adiuuat, quod fubdit, totque illa cremantia diuos Oppida. Pius. Sub nomine Phoebi vet. cod. & antiquiores vulgati : putat tamen Sabell, cum Maserio veriorem esse lectionem, sub lumine h. c.

dio, sole, Phoebi; fortassis alibi scriptum invenerunt, sub numine Phoebi, ex qua affinitate putarunt legendum, sub lumine. CARR. Nomen Phoebi pro Phoebo ipsopositi Valerius. Quod ad Velleium etiam monui. sic alibi nomen Otrei, pro Otreo positi. & desteta nomina pro viris ipsis. Voss. Haec sunt corruptissima. putabam aliquando,

Sceptra sui Haemoniae Pelias sub numine Phoebi.

v. 485. Maxima ab bosse] Vet. cod. Maxima forte tenens totque illa cremancia dinos. Omnes vulgati, Maxima ab bosse tenens, totque illacbrimantia dinos: quae, forera est lectio, erroris origo non erit obscura: & facile probati poterit, veteres scripsiste, illacramantia. Carrion. MS. maxima forte tenens, quae lectio si proba est, explica forte, beneficio fortunae. nec otiatur nic ista vox. quippe

dignis folum bona obueniunt, gnum. Voss. Maxima forte tesceptrum gerat; sed fortuna, qua Fortem enim dixe-& indignis. runt fortunam. Horat. 1. Od. 9.

Quem Fors dierum cumque debis, lucro

Adoone. Gloffarium vetus, Fors, 7024, รบรูงา. Adde quae Bernartius notat ad vi. Theb. Papinii vs. 691. Lud. Carr. 111. Ant. cap. 7. [& plura docte collegit Cortius ad Sall. B. I. cap. 1. init. HARL.] Reddenda est vox haec Papinio ex libris scriptis viii. Theb. vf. Tyrii Fors prospera Belli. Ogygiis is Forte & vers. 353. Creon. & xI. 282. acqua duelli Fors. atque ita capiendus iste locus Theb. x11.

Spirantes super inferias captiua Pelasgum

Corpora, frenatosque pater sotatia Fortis

Bellorum mactabat equis. pro qua voce Noricus liber habet, fari. Thuringicus, Fortes. illud ex gloffemate, hoc ab imperito librario. ZINZERL. Maxima ab boste senens, sosque iltacbrymansia diffes Oppida. Hanc lectionem vulgatorum codicum recinui, non quod ca fana sit, sed quod non minus corrupta fit ea, quae erat in MS. Carrionis: Ea talis erat: Maxima forte tenens totque illa cremantia dinos Oppida. vnde ita omnino locus hic emendandus

Sceptra tui toto Pelias sub nomine Phoebi

Maxima forte tenens, totque illacbrymantia dinos

Oppista. Sorte scripfi, non forte. Quamuis sciam, alteram lestionem a Zinzerlingo probari. sed me omnino inuito. Non enim forte, sed forte

quippe quasi non virtute, qua Deorum Pelias obtinebat renens rede Gerardus Vossius ad Paterculum. & Gronouius Observationum lib. IV. cap. xx1. HEINsius. Eodem loco Gronou. monet, Flaccum imitatum effe Virgilium <u>v</u>1. Aen. 761. Proxima forte to lucis loca. HABL.

v. 485. Totque illacrimantia divos Oppida] Lacrymis implorantia deorum auxilium ad Tyrannum Pelian tollendum, sed ploraru divos laedi, cum mortali, ve Deo, supplicatur. prisci tamen codices habent, totque illa cremantia dinos. illa per emphasim dixit, hoc est, 1 magnifica ac celebria. cremantia diuos, expone deos thure adolentia. vrere deos figurate dicitur faerificare & holocaustum diis facere. exemplo Maroni, adolescuns Ingenioso ignibus arae. Pius. idem Gronouius ibidem,

--- totaue illa creantia Dinos

Oppida. [Atque Gronouius addit, hacc ingens vrbium laus. Porro Thefsalia quasi quidam veterum sabularum circus: hic Aesculapius ortus: hic noules fecunda Mnemo-Syne: hic tot dii dyzweis & heroes. Mela 11. cap. 3. HARL.} sic supra de Chalybum gente, vl. 143. illa creatrix prima manus belli. Apud Senecam Hercule Furenti de Thebis,

Ferax Deorum terra, quem dominum tremis? in primo Vaticano, verum pro-

xime, Maxima ofte tenens, totque illa

cremantia Dinos Oppida.

illa cremancia etiam in Regio. & codicibus Bapt. Pii. quod ille interpretatus shure colere. perperam. Heins. Ab bofte, & illa CT CHI AR-X × 4

Oppida, tot vigili pulcherrima flumina cornu: Ille meum imperiis vrguet caput: ille labores Dat varios. suus vt magnum rex spargit ab Argis Alciden, Sthenelo iple satus, tamen aspera re-

gum 490 Perpetimur inga; nec melior parere recuso. Hic

erementie noster codex. Cremere dinos, eo sensu, quo Pius capiebat, dici posse non puto. quare Gronouium sequimur, Burm.

V. 486. Tet vigili pulcherrima flumina cornu] Opinot, iugi cornu. fic, ingis aquae fons apud Horatium. plura de hac voce disseruimus ad Claudianum Epithalamio Honorii Augusti. exbaustam aquam de ingi pareo habes apud Ciceronem de Diuinatione. possis &, viridi cornu. vt supra libro v. 186. virentia flumina. sie libro viii. 293. veterrimus liber Vaticanus,

– oftia donec

ofia Pencen. fic supra hoc libro 149. & v. 217. libr. vi. 49. HEINS. Pius, per flumina, intelligit partes regni, pro rege excubantes. Burman. nil muto: sed intelligo slumina Thessaliae magna, quae multa loca irrigant. v. Luc. v1. 566. fqq. Ouid. Metam. VII. 228. hinc corns vigil tribui poruit, vti Ouid. 1. Met. 579. Enipeum, fluuium Thessaliae, Vocat irrequietum. hine etiam vigil pro rapido sumi potest v. etiam supra ad v. 180. HARI.

V. 487. Imperiis] Vide ad lib. 111. 619. & vii. 93. Burm.

v. 488. Spargis ab Argis] In diuerías oras ablegat, ita lib. 11. 596. Acolios fortuna penates Spargit inf. v1. 656.

Spargitur bine miserisque venit, iam notus Alanis.

Iustin. xxv11. 3. Rex Biebynise Eumenes, sparfis consumtisque fratribus bello intestino disterdiae, Antiochum adgreditur. Lucan. 1. 468. per omnem spargitur Italiam. Ouid. 11. Fast. 112.

Spargitur impulsa coerula pappis agus.

lta sparsus foro triplici, pro vago. Martial, VIII. 44. & Sporfum militiae genus Val. Max. VII. v. ex. 5. Sparfe Minyae lib. vt. vs. 427. fe Spargere dixit lustin. xxIV. 8. Juns Danunii, viridemque vident ante vero rex, hic in malam partem fumirur, aeque illi grauis & inimicus, vt meus mihi: vt mox vocat vers. \$17. sic lib. v11. 53. Rex funs illifit pelago. lib. 111. 393. & sua carpunt Fata viros refides. in bonam partem habemus lib. v1. 609. nec sua Cresbiden latnit Dea. Burm.

v. 489. Akidem Stheleno ipse satus) Imo, Sthenelo. Et ita omnino scribendum. Vide Apollodorum lib. 11. & alios. Voss. Sthenele. & sic primus Vaticanus. videtur distinguendum, Sebenelo ipse satus tamen. Heins. supra ad vers. 90. Burm.

v. 489. Tamen aspera] Alii habent, tantum. MASER.

v. 490. Melior] Non tam ignavus & domi residens, sed manu Arenuus. Horat. 1. Od. 15. dides Hic sibi me auratae pecudis quiscumque periclis Exuuias perferre iubet. tibi gratia nostri Sit precor haec, meritique locus, quod iussa recepi:

Teque alium, quam quem Pelias speratque cupitque,

495 Promisi, & meliora tuae mihi foedera dextrae: Si petere hoc saeui statuissem sanguine belli, Ossa dahat Pindusque rates: quotque ante secuti

Inde

tius vii. Thel. 375.

Magnamimi veges, quibus baud farere recusem

Ductor. BURM.

v. 491. Quiscumque] Vide ad lib. 111. 642. BURM.

v. 492. Exuuins] Sequenti lib. VI. 19. exuuias pecudis dimittere *facrae*. Bul.

v. 492. Ibi g. atio nostri Sit precer baec meritique locus] In eo me tibi non credo displiciturum, quod veni iusibus alterius, non meis. funt qui legunt, tibi. Prus. Scribe,

--- tibi gratia nostri Sis precor o, meritique loco quod iu∏a recepi.

Sic, landum loco est apud Silium lib. zv.

Adgiomerant sefe, asque acres Sociare labores Exposcunt, laudumque loco est

bisdem effe sub armis. HEINS. Vid. ad Ouid. v. Metam. 378. in nostro codice erat, meritique socus quet iuffa. loco autem recte emendaffe Heinstum puto. Cicer. 111. ad 3. Criminis loco effe putent, quod vinam. vide Vall. Elegant, lib. 111. cap. 88. Pius

aides melior patre. mitaris Sta- locum, pro occasione promerendi Aeuten capiehat. Bunn.

> v. 494. Quamquam Pelias] Quam quem legendum. Pius. Florentinus, & Bononiensis, auamqueus Pelias, inepte. CARR. Quemquam noster codex. Burm.

v. 495. Promisi] Mihi certo persuasi, finxi animo. lib. 1. 272. Phrixi promittitur absens

Vellas. Burm.

v. 497. Quodque ante secuti] Scribo ex prisco exemplari, quique aute secuti. si violenter repetere statuissem vellus aureum, Thessalia dedisset reges, qui non funt secuti Bacchum aut Persea, id est, meliores Perseo & Baccho. inde iungitur cum fecuti. inde ex Graecia & terra Pelasgica dedifset reges Graecia foederatos & fymmachos, qui inde ex terra Graecia non funt fecuti Bacchum in Indos mouentem, nec Perses in Aethiopas. Prus. Vet. Parif. [& Bonon.] quodque ante secuti. vet. codex, quotque ente secuti. CARR. Onique legit ex vetufto exemplari Pius. scripti nostri cum priscis editionibus, quodque. locus mendosus. forte, quin ante secutio. ait Bacchum audacem & Perseum, Ххç

Inde nec audacem Bacchum, nec Persea, reges.
Sed me nuda fides, sanctique potentia iusti
500 Huc tulit, & medii sociatrix gratia Phrixi,

Iamque

cum reges non effent, magno comitatu ex Graecia in expeditionem Indicam, Aethiopicamque profectos. Heins. Retinendum certe, quotque. sensus vero est, Offa & Pindus dabat rates, & reges tot, quot nec ante, id est olim, Bacchum aut Persea ex Graecia secuti sunt. reges hic funt principes luuentutis, vt saepe noster Argonautas vocat. vide lib. 1. 203. 111. 173. IV. 543. & passim. & Passerat. ad Catul. pag. 15. notat omnes Heroas ita dici. inde & regnum pro nuptiis cum filia regis. Virgil. 1x. 596. male ceperunt haec Pius & Maferius. Burm.

v. 498. Audacem Bacebum] Ex Horatio Ilb. 1. Od. 12.

Proeliis audux neque se filebo, Liber.

quo loco non priuandus hac laude & epitheto erat bellicofus Deus. Burm.

v. 499. Sed me nuda] Sic vet. cod. alii, fed men nuda fides. CARRION. Nuda fides, id est, fine armis fidem tuam respexi, & fiducia iustitiae ad te veni sine exercitu, vido supra ad vers. 146. BURM. me nuda etiam in ex. Bonon. HARL.

v. 499. Santlique potentia iusti Non idem notat, quod insti sacultas lib. 1. 534. sed est iusti vis, et esticacitas, quae a te hoc obtinete debet sponte, non vi et urmis, sie potentia pro gratia, qua aliquis valet ad impotrandum.

— nec Maenalon assigis nulla Gratior bac Triviae; sed nulla potentia longa est.

& potentes, qui voti compotes funt. Quid. 111. Met. 292.

Laeta malo, nimiumque potens.
11. Art. 295.

Partes illa potentis agat.

Ita cape illa Statii 11. Silu. v11.

Es supplex Priami potentis au-

qued in petentis minime mutare debuerat Barthius: exorauit enim Achillen Priamus, supra IV. 366. muneris illa potens. & ita centies. vide Heinf. ad Ouid. v. Met. 373. iuftum autem, eft nequum, rettum. vide lib. 111. 649. geminat autem adicciua, quorum vnum est pro fubstantiuo, & est fancta inflitia. ita bonestum paruum dixit Claud.1. in Ruf. 201. denfum pingue Virg. III. Georg. 124. vbi vid. Seru. Burm. iustum fanttum est aequitas, ad legem composita, de qua est lege quasi sanicitum, vide, quae scripsi ad Cornel, Nepot. vi. 41. &, quem ibi laudaui, Cortium ad Sall. b. lug. 85. p. 805. HARL.

v. 500. Atque mei sociatrix gratia Phrixi] Sic Carrion edidit. Vtriusque Venetae lectio, as medii sociatrix gratia Phrixi, quam praesero: Phrixo enim mediante cognata iam erant regna. sic Tydeus apud Stat. vii. Theb. vs. 557. sorores Etheoclis & Polynices vocat medias, quia fratres dissidentes conciliare volebant,

Intret

Iamque tibi nostra gemiti de stirpe nepotes. Nec tamen aut Phrygios reges, aut arua surentis

Bebryciae spernendus adi, seu fraude petiuit; Seu

Ineres & buc genitrix eadem, mediaeque sorores.

Ita & Galesus medius audit Maroni inter Rutulos, & Troianos. VII. Aeneid.

> Seniorque Galesus Dum paci medium se offert.

Cassindorus III. Var. 4. ve mullatenus inter vos scandala séminet aliena malignicas, sed in pace perfenerantes, quae funt inter vos, mediis amicis placabiliter finire debeacis. ZINZEBL. Medius Phrixus, pro conciliatore, rece vulgatam scripturam iam defendit Zinzerlingus, de qua & nos muleis ad Claudianum libro 11. in Rufinum, vf. 109. Heins. Pius iam verum sensum viderat, qui laude sua minime fraudandus erat. BURMAN. Vossius adcedit Zinzerlingio: sed iam in ex. Bonon. est, ac medii fac. HARL.

v. 501. Immque] Namque scribendum. vt st consistantio rationis. Plus. Ita ediderunt Arg. Colin. & Gryph. Burm.

v. 503. Bebryciae spernendus]
Omnes vulgati, Bebryciae spernendus adit sen frande pesiuit. vet.
cod. Bebryciae spernendus adi;
sen frande pesiui: & ita a poëta
scriptum est. CARR. Meos in
vulgatis ante Carrionem. argute
& cleganter, vt solet, Gronouius
Obsetuat. lib. 11. cap. xv111.

--- feu frande pesisi, Seu quis bonos, meriso fua reddisa dona. in vulgata lectione merum frigua adgnosco, & meram balbutiem. priscae tamen editiones cum scriptis nostris non male,

- seu fraude petiuit, Seu quis bonore meos.

HEINS. Quae lectio cât in textu, & a Burmanno probata, ea & placuit Vossio, & iam exstat in ex. Bonon. HARL. Ego express veterem editorum lectionem, quam consirmat noster codex,

Spernendus adi. seu fraude petiuit,

Sen quis honore meas: fua red-

est vero oratio vno verbo defecta, quod obuium, & a multis iam illustratum. non adii spernendus Phrygibus, quibus Hercules oftendit virtutem fuam in liberanda filia Laomedontis a monstro lib. 11. 462. & feq. & omnibus reddita dona [verbo medio pro digna factis, fine bonis, fine malis, praemia] fine quis petinit fraude, vt Amycus, seu prosecutus fit honore, vt Phineus & Lycus. recte Pius vidit sensum, vt & Maserius. Dona vero vt gratia, precium, merces, praemium vtramque partem, tam in bonae rei remuneratione, quam in malae dicuntur. vt docuit Salmas. cap. 1. de vsuris pag. 6. ex illo Virgilii Ecl. v1. 79.

Quas illi Philomela dapes, quae dona pararit.

BURMAN.

v. 505.

Seu quis honore meos, sua reddita dona; deumque

505 Nos genus, atque, ratem magnae sensere Mineruae.

> Vix tandem longis quaesitam Colchida votis Contiginus; qualemque dabat te fama, videmus.

Tu modo ne claros Minyis inuideris actus. Non aliena peto, terrisue indebita nostris.

Si quis & in precibus vero locus: atque ea Phri-

Crede dari; Phrixum ad patrios ea ferre pe-

Munera tu contra victum mihi vecta per acquor

Accipe,

maluerat, bancque ratem. de ver- pas: ita datur, pro vulgo fertur, bo fentire vide ad lib. Iv. 746. dicitur. Ouid. vi. Fast. 434. Sen male explicat Pius, pro cogno- pius Aeneas eripuisse datur. vide vere auspicio Palladis fabrefa- Barth. ad Stat. 111. Silu. 111, 80. Stam, vt quae heroas diuinos & & x1. Theb. 572. Burm. magnanimos gerat. immo, damno suo experti nos funt. Burm. vero locus. Heins.

Quaefitam in nofter codex. male: sic quaerere Colchos lib. v. 66. AURM.

v. 507. Qualemque dabas se fama] id est ferebat, praedicabat. ita apud Gratium Cyn. 100. legendum esse, Arcadium dat fame fenem, monuit Heinsius, Stat. 111.

> An sceleris data fama per wrbes

Finitimas? 11. Achil. 342.

Inde dato passim varies rumere per urbes.

Senec. de Tranq. 14. debimus se

v. 505. Atque ratem] Heinsius in omnem memoriam clarissimum ca-

v. 510. Si quis & in precibus v. 506. Quacsisam cholchida] erunt verba, si ita distinguamus,

Terrisue indebita nostris, (Si quis & in precibus vero locus,) asque ea Phrixo

Crede dari. Si veritati etiam in precibus his locus est, non petimus aliena aut indebita, vt forte quis existimaret; sed tu crede ea dari ipsi Phrixo, petenti sua, vt referat ad patriam: nos enim proximi fanguine Phrixo fumus. veteres autem editiones aliter distinguunt sequentia, ferre penates Munera. Tu contra. & ita noster codex BURM.

V. 512. Victum per dequor] Per-

Accipe, Taenarii chlamydem de sanguine aheni, Frenaque, & accinctum gemmis fulgentibus ensem:

515 Hoc patrium decus; haec materni texta laboris: His Lapithes adducrat eques da iungere dex-

> Da Scythicas fociare domos: sciat effera regia Ira mei, quem te horrifero fortitus in axe Caucasus, atque tuis quantum mitescat habenis. Talibus

agratum magno labore. vt lib. vt Pius explicat. cum iungere dex-111. 481. apposite de ipsa Argo Manil. 1. 621.

Clavumque rasis, quae viceras

domare dixit lib. 1. 600. & hine

vt victrices, Flutibus ignotis infultanere carinae.

apud Ouid. 1. Mer. 134. vide ad eumdem Epist. x1x. 155. Burm. v. 513. Taenarii] Laconici. Ho-

rat. 11. 18. Nec Laconicas mibi Trobunt bonestae purpuras cli-

Stat. VII. 658.

Et fibula rafilis auro Taenariam fulua mordebat ia-Spide pallam. Burm.

v. 514. Accinctum gemmis fulgentibus ensem! Magis probatem, incincium. & paulo post, materni texta laboris. quamquam & labores ferri possunt. Heins. Laboris Maserii editio. boc materni texta labores codex noster. Burm.

v. 516. Da iungere dona] lta omnes vulgati. vet. cod. da iungere dextram: vtrumque facilem interpretationem admittit, CARR. Dona etiam noster liber, quod ta- vet. cod. & Argentorat. Masemen an Latine dicatur dubito, rius vero cum reliquis vulgatis, pro vicissim donare & redonare, mitescut barenis, male. CARR.

tram sit obuium & apud nostrum & alios. vide lib. v1. 12. nisi vitium sit in verbo iungere, & aliud fit restituendum, quo permutari dona petat. Bunm.

v. 517. Scirat effera regis ira] De huius formulae elegantia vide, quae diximus ad Petron. cap. LVIII. & xCv. inf. VII. 286. Hanc animam sciat esse suam. Burm.

v. 518. Quem te borrifero] Sensus est, compertum habeat Pelias, quem regem, non immitem, vt sperat, non barbarum, nec moribus efferatum, sed comem humanumque Caucasus habeat. Sabellicus inquit, vide ne parum emendate fub nomine Phoebi legatur, pro co quod debuit effe, fub lumine, & quem te borrifero, pro quam te, & fortitus pro tatus. Sabellicus haec. cum quo lego, fub lumine. fed in aliis quem non imitabor. Et vix crediderim tantum virum hic textum reliquisse maculatum. MASER. Quem eft pro qualem, vt dixit vers. 507. & millies. BURM.

v. 519. Mitescat babenis | Sie multo

720 Talibus orantem vultu grauis ille minaci Iam dudum fremit; & furiis ignescit opertis.

Multo veique libentius babenis, quam barenis legerim, multoque venustior lectio videtur. erit autem sensus, Sciat Pelias, quaptum esterae natura gentes, quae circa Caucasum montem habitant, sub tuo mitescant imperio. Balt. Noster codex, nitescas babenis contra metrum. babenis tuis, id est, ae quo & moderato imperio, ve bene Pius explicuit. licet editio eius habeat, arenis. Burm.

v, 520. Talibus orantem vultu grauis ille minaci lamdudum fremit] Imo, premit. quidquid libri veteres dissentiunt. fremit paulo post sequitur. Heinsius. Fremit noster etiam codex. a quo verbo nunc alieniorem se Heinfius oftendit, cum lib. Iv. 130. voluerit ei locum dare, contra scriptos codices. premere vero pro vrgere, instigare &c. occurrit passim apud nostrum (vide lib. 1v. 649. v111. 263.) & alios. fed quid fignificet, premere orantem vultu minaci, fateor, me vix intelligere, quare fremit retinerem, etsi mox repetatur idem verbum, quod alias apud nostrum deprehendere licet, vel legendum, tremit, acuta sententia; vt, licet minaci vultu grauis effet, intus tamen (furiis ignescens opertis) reueluens oraculum tibi datum de vellere rapiendo, tremeret lasonem. tremere vero cum accufativo etiam Maro lib. v111. 296. Te Stygii rremuere lacus, vide Heins. ad Claud. 11. in Rusin. 125. & Ouid. 1. ex Pont. 1V. 30. & ita idem poeta Bell. Gild. 304.

Rufinumque tibi, quem tu tremuisse fateris,

Depulit. Epigr. 11. 7.

Non frete mercator eremuit, non classica miles. sic apud Martialem lib. v. Ep. 25. ex MS. Vossiano,

Hermes quem tremit Aelius, sed

vulgo timet, sollemni kapfu. Bur-

v. 521. Ignescit opertis] Sic ex Bonon. Habl. Et hic inepte Carrion e cod. su reposuerat, apertà. Comparat enim Valerius Aceten cum vnda silenti, quae gurgite imo austros concipit. Furias ergo illi quidem tribuit, sed opertas. Voss. male eiam faris apertis Carrion. nostri codices pro vulgata stant sectione, & merito. quam & sequens comparatio abunde tuetur. scribendum nem-

Iamdudum premit & furiis in-

ita apud Senec. Herc. Oetae. 887.

Quicumque fasa incessis, & parcis sibi, Errare mesuis.

male vulgo, fato ignoscis. vide statim. vers. 551. Herns. Sed contratia sibi sunt, incesser opertis suris: incessimus enim vel dictis, vel telo, lapide & similibus, quae operta non sunt. & recte Vossius vidit, vulgatam debere seruari, vt apta sit comparatio sequens. furiae vero illae opertae, sunt diuersae illae animi agitationes, quas sequentibus versibus

Ceu tumet, atque imo sub gurgite concipit austros

Vnda filens; trahit ex alto fic barbarus iras; Et nunc ausa viri, nunc heu! sua prodita Gra-

Regna fremit: quin & facili sibi mente rece-525

Iam Phrixum dolet, & Scythiae periisse timores:

Nunc

fibus recenset poeta, & quae vrebant & irritabant Aceten. Furiae vero omnes granes animi perturbationes dici solent. vide ad Petronii princ. inf. v1. 1. & pafim apud nostrum. ignescie vero eft, calet, vt lib. 111. 216. calent or a rabie. figna enim furiarum opertarum in vultu apparere folent, vide quae ibi diximus, & quae hic adfert Weitzius. ignofcie erat in nostro libro, & luntae edit. & Ald. Burm.

v. 522. Concipit austres] Concipit aeflus, ni fallor. HEINS. Afsentior Heinio, quo enim modo fluuius austros concipere possit, non video, sed aestus concipit, eodem modo, vt Horatius IV. Od. 14. diluuiem meditatur agris. Graeci, cum grauem hanc animi pertutbationem, quam noster componit vndae, quae ex profundo trahit aestus suos, exprimere volunt, eleganter vtuntur verbo ποςΦίζειν, vt hic Apollon. 111. **3**96.

Toto 32 Bumbe Dixagina mechacen guy engreer HEYOLYHY.

quam vocem Scholiastes ad lib. 11. 548. explicans dicit, πορφύρειν λέγεται το μη έξ επιπολής, απ. ε sic metus Pompeii & similia. vide marà βάθες τὶ μεριμνάν, ἀπὸ τῆς ad Quid. IV. Met. 235. periiffe

machiges, the ly hides the delienone lugionopleme. hoc cum Latine reddere nequiret Valerius, nec sufficere ipsi videretur, srabere iras ex also, iniecit comparationem a mari, quod ime fub gurgise concipis nestus, vnde elegantia iudicii & ingenii poetae nostri manifesta est. Burm. Oudendorp. tamen ad Lucan. v. 569. Quanta paret pelagus: Zephyros intendat an Austros, Incertum est, quem Valerius h. l. imitatus videarur, austros in aestus non mutandum effe, inde adparere putat. Sed Euros, in loco Lucani legit Burmann, nec adeo coecum imitatorem fuisse Valerium arbitror. Bene vero obseruat Oudendorp, poetas primum ventorum motum in vndis frequenter instituisse. v. Sil. Ital. 1x. 283 ... HARL.

v. 526. Scythiae periisse timores] Active debet sumi, timores, quibus Scythae olim timebantur, quantifie, sed audere iam Graccos fine meru gentem efferam adire. sic timores Statius 111. Silu. 11. 8.

Tot gracili ligno complexa timores,

vero.

Nunc quassat caput, ac inenis spes ridet inanes; Quis vesanus agat, quod vellera poscat ab angue.

Vrit & antiquae memorem vox praescia sortis; Cur simul aut Persen illinc sibi mouerit, aut

Thessalicam Fortuna ratem: num debitus ista Finis agat, saeuaeque petant iam vellera Parcae. Interea quoniam belli pugnaeque propinquae Cura prior, fingit placidis fera pectora dictis.

Reddit & haec: Cuperem haud tali vos tempore tectis

Adue-

vero, vt lib. vt. 200. peris virgus. vid. Barth. ad Stat. v. Theb. 932. Burm.

v. 528. Inmes] Inanis noster codex, & luntae & Colin. Edit. BURM.

v. 528. Quod vellera] Reclius repetito quid, legeretur,

Quid vesanus agat, quid vellera poscat ab angue?

qui etiam non male legi poffet, & librarii in hoc pronomine, quod vnica litera, addita hac vel illa circumductione scribebant, saepe & facile errabant. nam quid & qui etiam in antiquis editionibus, vicinis sibi compendiis exprimuntur. Burm. que vellera, h. e. a quo angue, quam fero, quam horrendo, vellus poscat, legit Britannus in Obsf. miscell. ad h. l. p. 187. sed Belgicus adnotator, quid pro, ob quid, quare, defendit. HARL.

v. 529. Vrit] Angit, excruciat. Terentius Eunucho: Vro bominem. Suctonius; vrebant anxiam mentem varia vndique conuitia.

6. & de hoc oraculo Apollon. 111. 597. BURM.

v. 530. Aut Persen] Ac Persen noster codex. Burm.

v. 534. Fingit] Suspectum fuit hoc verbum Heinsio, qui malebat, fregit, de quo vide ad lib. 11. 315. & Petron. cap. 1xxv. & certe durius est, fingere pellora fera, cum potius fingimus placida, licet intus fera geramus, ita fingere vulsus blandos lib. 111. 507. & gaudia ibid. verf. 223. Frangere vero & fingere commutari passim liquet ex notis Heinsii ad Claud. r. in Eutr. 262. & nostris ad Petron. cap. CxxvIII. fors ita scripserit, condit placidis fera fera pettora diffis, pro tegit abscondit. Pius reddidit, feritatem occultat. fed hoc fingere hic non potest notare. haereo. BURM.

v. 535. Hand tali vos tempore] Sic vet. codex. alii, band alio vos tempore. CARRION. Alio tempore Carrionis liber. quod & editiones nonnullas occupauit, nil Aul. Vide Salmas, ad Flor. 11. muto. tali tempore abunde adserit locus

Digitized by Google

Aduenisse meis, quo me grauis adsidet hostis.

xilium ferte, & captate temporis opportunitatem, ad decus augendum. Burm.

v. 536. Obsidet] Bene idem Carrionis codex, quo me grauis adfidet bostis, non obsidet. confirmat & pri. Vaticanus & Regius. Virgilius libro x1. 302.

Ante equidem summa de re statuiffe, Latini,

Es vellem, & fueras melius. non tempore tali

Cogere concilium, quo muros adfides bostis.

ita veterrimae membranae. apud Silium quoque lib. 1x.623. optimus codex,

- vs qui castella per altos Oppugnat munita locos, atque adfides arces.

libro x11. 453. idem venerandus codex.

Adsessos Capuae muros, claustra ipfa revelli

Portarum.

Tacitus Annalium IV. 58. Caeterorum nescii egere, cum propinquo rure, aut litore, & faepe moenia vrbis adfidens extremam senettam conpleuerit. de Tiberio. libro vi. cap. 43. Adfidendo cafiellum, in

locus Virgilianus mox producen- qued pecuniam & pellices Artabadus, all in pri. Vaticano. Heins. nus contulerat, dedit Spatium exu-Tale tempus saepe occurrit apud endi patta. A. Gellius lib. vii. scriptores, vide supra ad lib. 11. cap. 1. vbi agit de P. Scipione 144. ita passim etiam Liuius, Ci- Africano, Adsidebas, oppugnabascero, Tacirus, & alii. sed nec que oppidum in Hispania situm, moevenere sua caret to alio, quod nibus, defensoribus validum & est in antiquis editionibus. magis munitum, re etiam cibaria copioenim simulatum animum indicat, sum. Appuleiuslib. 1. Metamorph. fi faciamus eum blande alloquen- Adfidebas pedes eins vxor. nequo tem lasona & dicentem, non alio aliter Historici passim. sic & in-& opportuniore vos tempore ad- fidere cum quarto casu iungebant, venitle cuperem, quam cum me noster libro 1. 513. Silius libro hostis inuadit : ideoque mihi au- x11.486. ex iisdem optimis membranis,

> - arduns ipfe Tifata insidit, propier, qua moenibus instat

Collis.

vulgari, Tifata inuadit. apud Statium Sylvarum libro v. Protreptico ad Crispinum, vers. 144. qui locus foediffime contaminatus.

Hic fuetus dare iura parens; boc cespite turmas Adfari. viden', bas speculas? ca-

stellaque longe Adspicis ? insedit, cinxitque bacc

moenia fosta. Belligeris baec dona deis, baec tela dicauit.

Cernis adbut titulos, bunc ipfe vocantibus armis

Induit, bunc regi rapuit thoraca Britanno.

versu secundo pro, nitidas speculas, vetusta editio Parmensis, vides speculus. vnde elicui, viden bas speculas? versu tertio, pro ille dedit, quod est nihili, repofuimus, nfedit. versu quinto, vecantibus armis rescrips, ni fallor, bene, pro, armis vacantibus. adiacere cum quarto casu iungit

Frater enim (sceptri sic omnibus vna cupido) Excidium parat, & castris me ingentibus vrguet.

Quare, age, cognatas primum defendite sedes; Nec decus oblati dimiseris aduena belli.

Namque virum trahit iple chalybs tum vellera victor.

Tum

Festus Auienus descriptione orbis, ventu procerum vers. 597. Burn. vers. 563.

- aretaque vergit In Borean sellus, & Graios adincet agros. mox idem, vers. 583.

- adiacet Haemum

Partibus ab Zephyri Dodonaevatis alumnus.

deinde 676.

Nec procul Aegyptum Rhodus adiacet oram

Suniada, at qua se praetendit litus Abantum.

sic scribe, sic & alibi passim idem. adstare eidem cum quarto casu ora maritima, vs. 508. de monte Sello, Adhabat illum ciuitas Lebedontia. sed iam nimii sumus. HEINS. Similiter infr. verf. 640. nec illas Adsliteris impune trabes. BURM.

v. 536. Hostis] Sabellicus ait. vide ne parum emendate legatur, bostis, pro bospes. lego, bosis. Maser.

v. 537. Sceptri omnibus vna cupido] Non tantum fratri, sed & vobis iplis. latenti enim & ambiguo sermone Argonautas tangit, quasi & illi regno eius insidiarentur. & ita maiori arte & iudicio noster fingit Aeëten subdolum & ambiguum, quam Apollonius, qui lib. 111. 375. aperte hoc Argonautis exprobrantem inducit, & deinde idem iterantem in con-

v. 538. Ingentibus \ Vrgentibus codex noster. Burm.

v. 539. Age] Vide lib. 111. ZII. BURM.

v. 541. Namque virum] Iamque virum vet. cod. alii, namque virum Lugd. & Argentorat. cumque virum trabet ipfe Chalybs : nullam lectionem fatis intelligo. CARR. Ex Odyff. w. [v. 294vbi v. Clark.] ἀυτὸς γὰς ἰφίλειти: นั่งวิตุน อร์สิทธุงร. Gulielm. Canter. Nouar. Lest. III. C. xxvIII. Claud. 2. in Rufin. vf. 233.

--- Vitrixque manus mucrona furenti

Ducitur; & siccum gladium vagina recusat.

WEITZIUS. Namque virum trabit ipse chalybs vera lectio. ipse enim Aeëta lasonem adhortatur eo, quod ipse Chalybs vltro virum trahat. Chalybs autem pro ipso ferro a Valerio politum. Gloffae nostrae MS. Chalyhs, ferrum. Vbi tamen perperam perscriptum, Halipes ferrum. Valeat Carrion, qui bonum sensum ex Valerii verbis eruere nequiuit. Voss. Inmerito Carrion de mendo haec suspecta haber, quae noster convertit ex Homero, apud quem habes, Odyssea n. [v. 294.] & T. [v. 13.]

– बेज्रवेद अवेद विर्दित्रधरात्र्य व्रंगdem eldness.

cuius

ARGONAUTICON LIB. V.

Tum meritis, nec fola dabo. contra inscius aftus ;

Ergo nec hic nostris deerat labor arduus actis. Excipit Aesonides, & ceu nihil aequore passis Additus iste dies? veniant super haec quoque

Bella meo, non hunc parua mihi caede dolorem,

Quas-

Sat. IX.

545

• बेपच्छेद १वेट हिम्मी स्थान dem mirmides.

Tertullianus libro de Pallio cap. 1v. ipsum ferrum, inquit, virum attrabit. male ante Carrionem legebatur, Cumque virum trabit ipse Chalybs. Cumque trabit ptimus Vaticanus. in Regio,

Namque virum trabit ipse Chalybs.

quod +3 y2e Homerico videtur respondere, nec aliter editio Baptistae Pii, qui coniecerat male,

Camque virum trabet.

cum Persen captiuum trahent catenae ferratae. Chalybs autem pro ferro, vt lib. vt. 344. Heins. Et noster codex, namque quod probo, connectit enim melius haec praecedentibus. si iamque legendum effet, parenthefi includenda effent verba, nec Acëtae tribuenda, sed poetae. chalybs pro ferro vel ensi nostro vitatum & etiam aliis. Burman. Nomque etiam ex. Bonon. & restitui. HARL.

v. 542. Tum meritis] Sunt qui pro merisis scribunt & intelligunt, vestris. Prus. Odiosa videri potest repetitio istius particulae. quare dubito an scripserit, tam

cuius parodia est apud Iuuenalem meritis, id est, tantum, vt sic merisus lib. 145. & v1. 735. sic Ouid. x. Met. 339.

> Nunc quia tam meus est, non est meus.

vbi vide. Cicer. v1. ad Att. 2. in eo Graecos reprebendit, quod mare tam secuti sunt. Ac tamen artifices Suet. Tib. 7. quod ex Graeco repetisum. ita Athenaeus 1. cap. 18. Τελετής δ'Αιχίλυ δρχητής, έτως in texuitue, &c. Burm.

v. 542. Inscius astus] Liber manuscriprus, inscius atti; quo etiam in exemplari versus ille:

Ergo nec bis nostris deeras labor improbus actis.

desideratur: videant doctiores. sitne Valerianus. CARR. opus hic ad doctorum iudicium prouocare, si hic versus sit Valerianus, cum manifestum sit abesse omnino non posse nam quod omissus est in MS. Carrionis, est a similitudine duarum vocum finalium, lapfusque est librarius a praecedentis vocula penultima ad huius vitimam. ZIN-

v. 543. Ergo nec | Ergone bic noster codex. Burm.

v. 545. Additus ifte dies] Additur prachet, Heins. Yy 2 v. 547.

Quasque dedit, luet ille moras. tum Castora mittit.

Qui ferat Aeaei sociis responsa tyranni. Acribus ast illos curis mora sacua trahebat: Ac simul vt medio viderant Castora campo; Crebrior incussit mentem panor: O Iouis al-

Progenies, fare, an patriam spes vlla videndi. Fare, omnes. ille in mediis sic orsus Achiuis:

Nec

v. 547. Lues Sunt qui legunt, leuet. MASERIUS. Ita & noftet codex [& ex. Bonon.] & Pius in notis, qui explicat, tollat diuturnitatem temporis, hoc est, cito bellum conficiat, male: luet moras, id est, poenas pro mora solvet, cuius est auctor. Inere scelus, delista &c. dicimus eodem modo, 11. 294. BURM.

Trahere paulo ante praecessit, puto, terebat. HEINS. orae adscripserat, fera, cui fauet noster codex, vbi peruerso ordine erat scriptum fera mora. sed suena mora etiam lib. vi. 733. vbi itidem fera volebat. rece explicat Pius, quod dubitarent, ne Iasonem Acetes trucidaffet. ast noster, ve faepe notauimus, delectatur illo epitheto, faeui. trabebas vero, id eft, in varias curas distrahebat, & suspensos tenebat, explico; quamuis insolention sit locutio, fed ita folet noster. non plane distimilia illa Caesaris lib. 1. de cussit Romana vis. Heins. Bell. Ciu, cap. 21. tanta erat fumma rerum exfectacio, ve alius in aliam partem mente asque animo traberetur. nec abludunt illa Sallust. Bel. lug. 92. At Marius muleis diebus & laboribus consum-

tis, anxius trabere cum animo fue, &c. & vt curis nunc trabuntur Minyae, ita errore trabitur Medea infr. vi. 10. Bunn.

v. 551. Crebrior incussit mentem pauor] Incessit, opinor. fic metus, terror, timor, dolor animum incessit. quae passim obuia apud Liuium, & alios castigatae Latinivt poenas & supplicia. vide ad lib. tatis auctores. noster libro IV. 494. vnum omnes incessere plantiv. 549. Mora faeua trabebat] bus. sed & inceffere cum tertio cafu iungebant. Arusianus Mes-Qui & fius verus Grammaticus libello inedito, Incessit illis illad. Saluft. Histor, 11. Terror bosti & fiducia fui incessit. Incessitur illa re. Virg. Aeneidos xtt. Incessi muros. An menti incuffet? vt To fo subintelligatur. quomodo supra habuimus, In ventos recipis ratis. Lucretius libro VI. 1210. Vsque adeo martis metus bis incufferat acer. ita illic scripti codices. pro quibus merito stat Gronouius lib. 11. Obseru. cap. v11. Florus III. cap. x. Tantum panoris in-

> V. \$53. Fare omnes] Fare tuis Carrion. vulgati, Fare anidis. quod ex coniectura Pomponii Lacti profluxit, Pio teste. in primo Vaticano & Regio, Fare omnis. nec aliter editio Pii. forte,

Nec ferus Aeëtes, vt fama, nec aurea nobis
Terga negat: bello interea fed pressus iniquo
Auxilium petit: armatos dux protinus omnes
Adcelerare iubet; longo nam tuta recessu
Puppis, & opposita fluuius defenditur vrbe.
Haud mora; prosiliunt, quos nec Rhipaea iuventus,

560 Quos nec Iber, aut tota suis Aurora pharetris Sustineat, stetit explicito prius agmine pubes: Experti-

forte, Fore, omnes. scilicet exclamarint. certe omnes in Aldino codice. Heins. omnes quoque reste in cod. Pii & ex. Bonon. Harl. Ita & Maserius, qui explicat, scilicet, dixerune, & omnes inclusit parenthesi. omnis luntae & noster codex. omnes praetuli, quia saepe Autor noster solet ita concise loqui. mox Pius male, cuite in mediis, capit de Iasone, cum manifestum sit, Castora a lasone missum hanc orationem habuisse. Burm.

v. 557. Longo nam] Longo fat

v. 558. Pappis & apposite fluvius defenditur vrbe] Lego, opposita. inter portum & hostes est Heliopolis ciutas, quae tuerus portum, Aeëta propugnante. Pius. Adposita wrbe primus Vaticanus & Regius. recte. vti ad Nasonem monui corrigendum, Amor. 111. El. vi. vers. 7. To opposita commentum est Baptistae Pii temerarium. sed necdum sanus videtur locus: scribo,

--- longo nam tuta recessu
Puppis, & adposta stunio defenditur vrbe.

Puppis defenditur vrbe adposita & vicina fluuio. Tacitus Annalium secundo, cap. 7. Ipse audito

castellum Luppiae stumini adposium obsideri, sen legiones eo dunit. Curtius lib. Iv. cap. I. regionem quoque vrbi adpositam disioni eius adiecis. Corippus Africanus,

--- pars respicis alsera por-

Portum, quem geminae conplexant brachia ripae

Moenibus adpositis.
HEINS. Appositus iam Maserius (qui recte explicat) Ald. lunta.
Oppositus in [Bon.] Argent. Colin.
Gryph. & sequentibus. vide ad
Ouid. IV. Met., 200. adpositus noster. Bubm.

v. 560. Iber] Vltima longa est, at in composito corripitur Celtiber. Producuntur sane vltima, quae sunt in ue, vt sue, assume claudian. I. de Rapt, 116. tamen videmus legentes aliquos,

Lucidus ombrofo miscebisur aër
auerno.

quibus refragatur Parrhasius, Latini corripiunt, Maser & Paser. MASER. Sed caesura hic potest dici longam facere syllabam. sic & inter apud Propert. 11. XXI. 31. Es tibi Maconias inter Heroidas omnes. Burm. tata sais. Bonon,

v. 561. Explicito prius agmine]
Eo verbo passim Caesar & alii
Y y 3 vtuntus,

Expertique simul, si tela artusque sequantur. Nec quisquam freta, nec patrias iam respicit

Sed magis ad praesens itur decus. incita cristas Aura quatit: variis floret via discolor armis.

Qualis

vtuntur, & explicare agmen, legiones &c. dicunt. Amm. Marcell. ZIV. 2. quibus occurrere bene persinax miles explicasis ordinibus parans, &c. alia in re Stat. 1. Achil. 28.

fernent coëuntia Phrizi Litora, & angustum dominas non explicat aequor.

BURMAN.

v. 562. Expersique simul] Id est, scuta hastis quatientes, & tentantes arma. ita Ammian. dict. loco pergens, bastisque feriens Scuta, (qui babitus iram pugnantium concitat & dolorem) proximos iam gestu terrebat. vbi videndus Valesius. inf. v1. 99.

Nec procul albentes gemina ferit actyde parmas.

vide ad Petron. cap. LIX. experiri vero hic est tentare, proludere quafi, vt Petron. cap. LXXXIX. tentant in armis se duces. vbi vide noms. hoc confulere dixit Statius v1. 707.

Erigit adsuctum dextrae gestamen, & alte

Sustentans, rigidumque latus, fortesque lacertos

Confulit. & vs. 761. explorant caestus. Bur-MAN. fi h. l. num. sic apud Tibull. 111. P. 19. adde Periz. Animaduers. histor." pag. 287. ed. Altenb. infra v1. 4. HARL.

v. 562. Si tela arcusque sespondeant, laxentur & lententur enim est, quod varii coloris.

bus aliique legunt, arcusque, sed Experiebantur Argonauerrant. tae, num artus habiles essent ad proilcienda tela & facile sequerentur. Praeterea non puto vilum esse, qui Argonautas arquites fuiffe vnquam dixerit. Voss. Arcusque etiam ex. Bonon. et probarat Heins. HARL. Accedo Vostio nihil nouanti. explorant nempe concussis scutis, an tela & membra sua, manus scilicet, obtemperare velint ardori suo & imperio mentis, quo feruntur in hostem. ita fequi omnia dicuntur, quae vsum sui facilem praebent. vt de cera & alia materia vidimus ad Quin 2. 11. de Inst. Or. 14. qui & lib. vIII. 6. refert autem, in quantum dustus tropus austorens fequatur. vide & ad Declam. x111. 17. & Barth. ad Stat. 1. Achil. 332. fic nofter lib. Iv. 389. Sequentia lumina somnos. & mox vs. 601. vocem paria arma sequentur. Senec. Theyst. 565. Cum manum inuitus segneresur ensis. & ita forte ensis fequex lib. vII. 619. vide ad lib. 1. 122. Heinstum. rede etiam Vossius notat, gladiis magis Argonautas víos, quam fagittis, praeter vnum Herculem. vide 111. 144. BURM.

v. 565. Via decolor] Ita vetus codex. alii, vis discolor. CARR. Omnium editionum probithma est lectio, discolor, quam probat quantur] Si funiculi & nerui re- 30 variis, quod antecedit. discolor apposite. Prus. Laurentius Bal- Lexic. verus Gradco Lat. wwwλόχεομος.

Qualis ab Oceano nitidum chorus aethera ve-

Qualibus adfurgens nox aurea cingitur affris. Illos

Abχορμος, difcolor, notat tamen & quod colore ab alia re difcriminatur. Lexic. Vet. Latino Graec. difcolor, λελέχρος Ισορόχροος. Ouid. vlt. Trift. Eleg. 6.

Quaeque semel soto vestis mihi sumitur anno, Sumasur fatis discolor alba

meis. ZINZERL. & ita quoque Heinfius legendum cenfuit cum pr. edd. de discrimine et commutatione decolor & discolor vide ad Ouid. Trist. v. 3. 24. Harl. Vide ad Ouid. Epist. Ix. 4. flores veto eleganter, prolucet, fulget. Claud. 111. Cons. Hon. 133.

Flores cristatis exercitus undique turmis.

vbi egregie hoc verbum vindicavit Heinfius. & 111. de Laud. Stil. 205. ex MS. profert,

O palma viridi florens, & amissa tropaeis.

imitati vero illi Maronem lib. vii. 804. qui dixit, florentes aere cateruas. vbi vide Seruium & alios. male in nostro codice erat, aruis,

DIO armis. BURM.

v. 566. Qualis ab Oceano] Versus bini festivissimi, sed qui non admodura suavirer se) inuicem excipiunt. Legerim ergo in posseriori pro Qualibus, Qualis & Nis sorre vnus supersiuit, a glosfatore insertus, aut a poëra quidem factus, sed vt eligeretur e duobus, qui sit optimus. Bul. Heinsus tentabat, qualis vbi Oceano. sed ab Oceano chorus dictur. Vt Florus IV. 2. Eleobas a filua; &, a mari pirmane Hygin. sab. 190. & timilia, de choro Bellarum vide

Heinsium supr. ad vers. 46. Bur-

v. 566. Aesbera versat] Scribe, vessis ex reuerendae vetustatis exemplati, hoc est, comit, condecorat, exornat. in qua quidam signisticantia, tum Cicero, tum Plinius hoc versum vsurpant. Prus. Sic omnes vulgati, verus codex, aesbera vessis. CARR. De verbo vessire vid. ad lib. Iv. 666. Burman.

v. 567. Non cingitur afiris] Hinc ea venuste Theocritus noctis δπαδός appellat. Tibullus lib. 11. Eleg. 1.

Ludite, iam nox iungit equos, currumque sequuntur, Matris lasciuo sidera sulua cooro.

BUL. Suspectus erat hic versus etam Heinsto. sed cum omnes codices agnoscant, nihil est, cur abiticiamus. per nostem vero intelligit Lunam, quae, innumerabilibus comitata stellis, vt loquitur Petron. cap. 100. saepe a poetis inducitur. vnde & siderea dictiunstr. vs. 692. vt Arato Phaen. 695. Arasin viz, quod nescio, cur displiceat Grotio. Ouid. xv. Met. 31.

Es capus extulerat densissima sidereum nox. Senec. Octau. 389.

Orbemque l'hoebes, astra quem cingunt vaga.

Stat. I. Silu. Iv. 36. Vaga cingitur astris Luna. Virgilius VII. Aen. 138. Tam nocten, noctisque orientia signa. ibi Seruius, Quae noctem sequentur, or Nymphas sumina. Propett. lib. 111. 19 Testes sidereae tota corona Deae-Yy 4 Illos Sole satus tacita moestissimus ira Miratur temere adsumtos: nec talia mallet Robora; quam medios hostem subiisse penates. Interea laeto patitur conuiuia vultu;

Et

vbi multa ad rem Broukhusius, & ad Tibul. 11. Eleg. 1. 87. & ita Lunam, ve principem & ducem siderum, quae chorum ducit, poëras fingere, docuit Barthius ad Stat. vIII. Theb. 274. fed qui lib. 1x. Adu. 14. non debebat Lunam a noce diuersam facere. vide & Ill. Spanh. Differt. x. cap. III. J. II. de viu & praest, numism. effigiem elegantissimam Lunae caput velo, stellis pisto, cinclum habentis, exhibet Begerus Thesaur. Brand, tom. 111. pag. 228. & aliam fimiliter stellis cinclam, cui superscriptum N. V. Z. Cel. Montfaucon. Palaeogr. Graec. lib. 1. cap. 1. pag. 13. quem habitum exprimit eleganter epitheton A'seexitus, vt Luna dicitur Orpheo Argon. 511. & nox vers. 1026. Aurea vero dicitur, respectu ad adsurgentem auroram, & ad splendorem, vide supra vs. 370. Ouid. x. Met. 448.

Fugit aurea coelo

Luna, tegunt nigrae latitantia
fidera nubes.

neque opus est cum Stephano in Thesauro explicare per hypallagen, nox aurea cingitur astris, pro nox cingitur aureis astris. licet argentes dicatur Ouidio eidem Epist. xv111. 71.

Qanto cum fulgens radiis argentea puris,

Concedunt flummis fidero cun-

nam & χουτάρματος Pindaro fingitur 111. Olymp. 35. & Tryphioporus de Ilii Excidio veri. 501.

Helenae faciem xquosin comparat Lunae, quae «araxquosis, incendis auro, coelum, vt supra vs. 370. vidimus. Burm.

v. 568. Moestissimus iral Moestissimus prim, Vatic. Heins. Imitatur fere Statius x. Theb. 898.

Stat procul, & tacita Gradiuum respicio ira.

v. 571. Patitur conninia cultul Inter ornamenta laeta, ac hilarem mensae supellectilem. Sunt, qui vultu scribunt, nec displicet. vt Virg. 1. Aen. Spem vulen fimulat, premit altum corde deleren. Paus. Vet. cod. poritur comminis. Ter. Adelph. patria positur commoda. Pacunius Iliona: Vfs onere, credo, sceptrum patienter poti. CARR. Interes lacto patitur conviuis vultu omnino legendum. Et sie in Aldina, Gryphiana & quibusdam aliis editionibus invenio, [adde Bonon, HARL.] Air autem Valerius, Aceten, quamvis animo esset insesto, laero vultu excepisse lasonem; male editum a Carrione cultu. Voss. Carrion pessime, positur substituit, libro viii. Ne talem paterere fugam. plura de hoc loquendi modo ad Claudianum. pro vultu prim. Vaticanus, cultu. quod & a Carrione ex membranis iam admitfum. Nec aliter editio Pii Baptistae. bene, laeto cultu, lacto apparatu. Heins. Patitur rece hic, & ad Claud. Bel. Get. 525. propugnat Heinhus. sed male culen, quod a Pio

Et iuxta Aefoniden magno cratere!lacessit, Nunc sibi monstrantem natos Ionis, oraque iuxta

Aeacidum, nunc ingentes Calydonis alumnos:
Audit & Alciden infando errore relictum,
Defletosque duces, terraeque marisque labores
Ipfe autem tantis concita furoribus arma
Expetit Aefonides, & amicos ordine reges:

* Quis procul ille virum nobis, quem balteus
afper

Subli-

promanauit in quasdam editiones, recipiendum censet. pati dicimur ea, quae fere inuiti subimus. patitur ergo consisia, id est, invitus celebrat, & in iis permaner; sed non lubenti & benigno animo, quamuis laetitiam vultu simularet. ita inssa pati lib. v11. 95. & 186. Amplenum pati: loca pati vers. 491. sic pati deum apud Calpur. Flac. Decl. 32. explicuimus. Sil. v1. 577.

Et lucem caussa natorum passa. quae viuere durauerat propter filios. lib. x111. 435.

Sta, Iuuenis, faciemque, Erebo quae surgit ab omni Exclamas vates, pasere.

Stat. 11. Achil. 296. ceu numquam Scyria paffus Litora. Ouid. xtv. Met. 466. perpetiar memorare tamen. Laeso autem vulsu, vt lib. 11. 556. patrio male laesus amore. vbi vide. Burm.

v. 572. Lacessis In mitiorem sensum vocabulo sumto, pro invitat, prouocat ad bibendum. ve Cicer, ad Fam. x11. Ep. 30. non enim se epistolis, sed voluminibus lacessis rem. & I. ad Att. 17. quibus opistolis sum equidem abs se lacessis.

sus ad scribendum. & ita saepe Luctetius. Burm.

v. 574. Ingentes] Ingentis Edit. [Bonon.] Pii, Maier. Ald. Iuntae & omnes, vsque ad Carrionis alteram editionem. accufatiuo tamen casu cepit Pius.

v. 579. Quis procal ille virum nobis, quem baltbeus afper Subligas? Nihil hic sani. nec libri veteres succurrunt. Nescio, an alibi coniectura felicius mihi in-Valerio successerit. scribendum quippe contendo,

Quis procul ille, bumerum nodis cui balsbeus asper Subligas?

wodos vocat, quos alii bullas in baltheo. Virgiliana illa ex Aeneides x11. vers. 941. imitatur,

--- bumero cum adparuit

Baltheus, & noris fulferunt cingula bullis.

apud eundem libro 1x. 359. aurea bullis Cingula. clauos aurees interpretatur Seruius. Varro de L. L. Baltbeus, cingulum e coriobullis ornatum. Sidonius Apollinaris Panegytico Anthemii,

Yy 5 — bullis

580 Subligat, & stricto flat proximus armiger arcu, Ceu pugnam paret, & positas confundere menlas?

Contra

---- bullis bestilibus asper Adplicas a lacua surgensem balsbeus enfem.

vbi vergentem enfem pracstiteric hinc arma ab armis, sine humeris, reponi. nodum pro baltheo posuisse videtur Claudianus Consulatu Olybrii, 89.

Mordet gemma finum : nodus qui subleuat ensem

Album puniceo pectus discriminat ostro. apud Corippum libro iv.

– vestisque rubebat

Concolor, asque aureo lucebant cingula nodo.

vbi auro mundo nunc parum concinne legitur. sed & gemmati balsbei apud eundem Corippum, presiofa cingula gemmis apud eun-

Nobilibus gemmis, & coeso lucidus auro

Baltbeus. Claudianus Raptu Proferpinae,

Parthica quae tantis variantur cingula **gemm**is? hinc stellati balthei Statio, & Pollioni in Gallienis, bic aurates constellatosque baltheos rapuisse perhibetur. Peltus enquistissimarum coloribus baltheatum Marciano Capellae lib. v. Nemesianus Cyne-

getico, Corrugesque sinus gemmatus baltheus arttes

Nexibus.

Virgilium, v111. 459.

Tum lateri, atque bumeris Tegeaeum subligat enfem. Homer. Iliad. B.

'Αμφί δε' με μισιτιν βάλετο Είφος keyvelyhor.

& Odys. B. meet de Elpos des Ber' ώμο.

deriuat Festus. v. Bochart. de Animal. S. Script. Part. 1. lib. 11. c. 8. Atque haec ad hunc locum. Heins. Francius coniecerat.

Quis procul ille autem nobis. & ex Virgilio desumrum credebats qui lib. v 1. 809.

Quis procul ille autem ramis infignis olinae?

nos credimus hune locum nondum effe perfanatum. Burm.

v. 580. Striffe } Codex noster, fruite. sed male; ftrito el adducto, intenso, parato ad sagittas emittendas, ita stricta auena lib. 111. 525. ita firitti vugues, manus ftrittee & fimilia, de quibus ad Ouid. 1. Amor. v1. 14. BURM.

Confundere mensas] v. 581. Verbo hoc proprie vruntur, cum hilaritas turbatur, vide ad Petron. LXXIV. & XCI. & ita liceret interpretari, turbare conuiuarum laetitiam. sed quia Thracum & Barbarorum mos erat, cum vino inceluissent, poculis pugnare, & ipías menias euertere, re-Qius cum Pio de iplis menlis pofitis accipitur. vide Paffer. ad Propert. lib. 111, 8. & commentatobumerum autem subligat, vt apud res ad luuen. Sat. v. 26. sic confundere proelia Horat. 1, 17.

Nec Semeleius Cum Marte confundet Thyoness Prodia.

ita tela confundere capiebamus apud Silium xIV. 335. BURM.

v. 584.

Contra flammigeri proles' Persera Solis, Quem rogitas, Carmeius, ait; mos, comminus arma

Semper habere viro, semper meminisse pharetrae.

589 Quid Latagum? quid si amnigenam mirere Choaspem?

Bellatoris equi potantem cerne cruores: Nec tamen inmissis hic segnior ibit habenis. Illum

v. 584. Meminisse Pharetrae tram, sed promtum & paratum semper esse ad promendas sagittas, eas semper curare. Ouid.vii. Met. 546. Non aper irasci meminis. Lucret. IV. 717.

Ita continuo meminere fugai. vbi optime Lambinus. Lucretium imitatus Guibertius Abbas Historize Hierofolym. lib. v 111. c. 10.

Quid tibi vis meminisse fugae? faciles nescit petra motus;

Sifte gradum. Claud. Bell. Get. 328.

Nec meminie lesi, nimbosque aus frigora curas.

& ldyl, 111. 10. & meminis capsius sui. contra loseph. lican. v 1. 90. Ergo nec armorum meminit, nec

proelia curat. Ita Pindarus Nem. 1. 24. dixit, Λαθν πολέμε μνατήρα, pro bellicofo, ve post Scholiasten recte explicat Schmidius. qui immemor sui ad Od. x. Nem. 119. Aldinam lectionem, piya leye luricart' dulus mutat in, plys Toyou luisant unius. sed ab extditis Anglis, qui Pindarum ediderunt iure reprehensus. Alcipht. III. Ep. 10. Hear el dántulés pu मबर्रवाहेर, प्रक्षे प्राप्त गाँव हैराई क्रेम्ट्र Ipsprote. ita contra oblisum ses nomine Genisorem. Pius.

11. 389. & 111. 664. non oblita Non verbis tantum iactare phare- fui luno. & similia. vide & lib. vr. 241. & ita non meminisse pro non curare, contemnere, poni folet. vid, ad Quid. v. Fait. 132. Bur-

> v. 585. Latagum] Lategim nofler codex. & mox, armigerum mirare Choaspem. BURM.

> v. 585. Choaffen] fic ex. Bon. sed Cheaspen corr. a dolla manu. HARL. Ver. cod. (boafpen. apud Tibullum quoque lib. IV. vel. Regio lympha Dyaspes: dosti quidam legunt, vel, Rhegia lympha Choaspes. CARRION. Vide Eruditissimi Broukhusii notas ad Tibull, IV. I. 140. Cheafpen Aldus iam edidit, & Pius in notis agnofeit. Buam.

v. 587. His segnior] Choastes, quamuis tit equimulgus, & sitiat equi cruorem, non tamen fegnens puta futurum ad infidendum equo. funt qui referunt ad equum, cui quamuis saepe sie aperta vena a Scytha, tamen levistimus est ad cursum ac peruegerus, perduratque etiam inedia perdomitus ad magna itinera capessenda. alii scribunt, non fegnior. sed vt habent antiqui codices. Genifor. vt oftendat alium regem, *legnier* Illum, ait Aesonides, pariter refer: horrida fignis

Cui chlamys, & multa spirat coma flexilis

500 Respicit Acetes, atque hunc quoque nomine reddit:

Diues Aron; croceos fic illius omnis odores lactat eques; vnctis sic est coma culta maniplis:

Sed nec sperne virum, & comtis diffide capillis.

Campe-

fegnior Maserius cum Engentino, quae vera lestio est. vet. Paris. bace genitor. vet. cod. genitor fie, absurdiffime. CARR. Hic genitor scripti cum Aldino codice. an secior? de qua voce multis ad Nafonem. posts & lengior reponere. Gennisor in Regio. Genisor in suis codicibus exstare ait Pius. vt fit nomen proprium. HEINS. Legerem, binc segnior, licet eius cruor sit epotus ab equite. Bun-MAN.

589. Spiras coma flexilis aura] Flexilis, vt Petronio cap. Cxxvs. crines ingenio suo flexi. pro aura codex noster, arua; aura hic est odor ex vnctis capillis, vide Heins. ad Ouid. xv. Met. 394. ita & aura capienda apud Horat. 11. Od. VIII. 24. vt Graeci dixerunt wroke koessitus, vide Barnes, ad Eurip. Supp. 1029. quamuis hic Pius, secutus Seru. ad Virg. v1. Aen. 204. ve multi alii, auram apud Horat, pro splendore capiant. sed aura dicitur omnium rerum, quae odorem edunt. hic autem est aperta Virgilii imitatio IV. Georg. 417. at illi Dukis hic versus in nostro codice. sed

sic aura maris & similia, de quibus ad Quinct. de Inft. x11. 10. BURM.

v. 592. Vin&is] Scribendum, onelis: ita capilli vneti funt milicibus fuis, ve ipfi. Qualis dur est, tales esse folent milites. Caesar dicebat, milites suos etiam unguentatos bene pugnare poste. post hunc versum in antiquis exemplaribus sequitur hoc carmen, Sed ne sperne virum & compris diffide capillis. ne contemne Aronem, tanquam vnguentatum, consequenterque mollem. nam etiam vnguentatus, & crines habens voguine delibutas, vere pugnare solet. Prus. vinstis quoque in ex. Bonon. aliisque: in aliis victis: cod. Burm, Vatic. pr. & Ald. iunclis: sed onclis cod. Carr. & probat Heins, sequens vers. quoque deeffe in ex. Bon. fed Carrion dedit eum e cod. fuo: & est in cod, nostro collato, vbi vero legitur: fed ne sperme virum & compris difide capillis. HARL.

v. 593. Sed nec sperne Deerst compositis spirauis crinibus aura. in Vaticano esse Heinsius notauit.

Campelus hic spoliis in tigridis; ille profundo Incum-

nec omitti posse videtur. disside eleganter dictum, ne ideo imbellem credas, quia muliebriter comtus est; quia saepe sub molli habitu virilis animus latet. & ita capiendum dictum illud Sullae de Caelare apud Sueton, cap. xLv. male praecintlum puerum cauerent, quod non recte explicuerunt viri dosti. melle praecinclus, est non bona fide praecinclus, quia cum molliori & fluxiori cincura non consentiret eius animus, qui minime ignauus erat. omnis lepos & vis in vocula male est, bene praecineli erant pueri molles, ad ministeria adhiberi soliti, qui erant etiam re vera molles, sed Caesar erat male praecinstus, quia erat strenuus in veste delicata: ita male pertinax digitus. Horat. 1. Od. 9. est, qui non bona fide, fed simulate erat pertinax, vide fupra ad. 11. 556. & hunc effe dicti Sullani sensum, probat dicum Ciceronis, qui rogatus, cur errasset in electione partium, respondit, praecinetura me decepit. Macrob. 11. 3. ad rem etiam pertinent illa Ammian, Marc. xx111. cap. 6. de Persis. Adeo autem dissoluti sunt, & artuum laxitate vagoque incessu se iacticantes, ve effeminatos existimes, cum sint acerrimi bellatores. Sil. Ital. VIII. 466.

Ora puer; puerosque babitu, sed corde sagaci Aequabat senium, atque assu superanerat annos.

vbi vide Cl. Drakenborch. compris capillis & Horat. 1v. Od. 1x. 13. Burm.

v. 594. Ille profundo Incumbens Odrussa mero] Quidam teflantur hic deesse versum, & italiegendum dicunt,

Campefus bic spoliis in tigridis, incita cursu

Flumina, qui & ventos superas celer. Ille profundo, &c. incies celertima & incitata interpretamur. Prus. Forte, profuso mero. Statius tamen lib. v. Theb.

- fi quando profundo
Nubigenae caluere mero.
Sophocles in Syndeipnis apud
Athenaeum lib. xv.

- lγχείτω βαθύν πριτύρα.
caeterum ante hacc inferit Regius,

- incita cursu

Fluminaque & ventos superas celer ille profundo. quod & Pius in suis codicibus invenit. Heins. In nostro codice

Campefus bic spoliis integris, concita cursu

Incumbens odrussa mero.
quae corruptissima, nec displicet
versus ille a Pio additus. spolia
tigridis sunt pelles detractae hosti: olim Tigridis enim exuuiis
pro galea vtebantur. vid. v1. 703.
& alibi. profundum vero merum,
& cratera dici posse non nego.
ita enim Statius 111. Silu. 111.
107.

Es numquam lacsa profundo Cura mero.

& lib. v. Theb. 187.

Vacuantque profundo

Aurum immane mero ita Theocrit. Idyl. xIV. 29. & βάθαι πόσιος, & βαθὰν δινοπόσην dixit auΩtor Epigrammatis apud Athen. x. cap. 10. Pius interpretatur, ita ceruice declini totam

595 Incumbens Odrussa mero: viden' alta comantem

Pectora.

tam faciem in cratera vergentem, ve a fundo vasis vinum hauriret. verum an reste dicatur, incumbere profundo mero dubito. & an non praestet legere,

Ille profundo Incumbens Odruffa toro. vt Virgilius 1v. Aen. 650. Incubuitque toro. & profundus torus lit aleus, vt idem Virgil. 11. Aen. 2. & alii. & profundum coelum, de quo inf. v11. 478. sed nihil deceruo. Odruffam distum ab Odrussa sluuio, Amazonum vicos interfluente, vult Maserius. fed incorruptos ille Strabonis codices incidit; Alazonum enim habent emendationes codices lib. x11. p. 551. quorum pagos perfluit Odrysses. Burm.

v. 595. Vide lun] Syllabico mensu sic exigente scribo, viden' alta. videsne, vt alta & eminentia pectora coma tegit ac velat. alea pectora exstantia, quod signum gladiatorii cuiusdam roboris. vnde apud Plinium Oftentatio pestorofa. & in obscoeno poemate, nullus est forti pestorofior Marte. Pius. in vide vltimam effe breuem, putauit Maserius, & vide lata habet quoque ex. Bonon. fed Carrion Balbusque iam bene defenderunt viden alta. HARL. Vide scripti. sed omnino corrigendum,

- viden' alta comantem

Pellora? quemodo & Pius volebat. sic in Statii loco supra castigauimus, viden bas freculas? apud Catullum, Viden' ve perniciter exfiluere? noster ipse libro 111. 499. in Disticircumferuntur, scio corripi, vide, fed eorum auftoritas tanta non est, vt posteriorem in vide corripuerit Flaccus, nemini fano persuadebitur. afpice lata comantem Regius. comantem Pius ad barbam refert. Ego ad hirsutiem, & olim legebam.

- viden' birta comantem Peffors?

apud Homerum saepe Aksiev ane de hirfuto pectore. Hercules apud Propertium,

Mollis, & birfutum cepit mibi fascia pellus. Silius lib. v.

- fqualore baic bifpida dire, Et villosa feris borrebaus pectora saetis.

Mirari saepe subit, HEINS. quas inter Grammaticos turbas faciant corrupta veterum loca; Scaliger ad Manil. v. vers. 737. hine verbum videre in tertiam conjugationum ordinem referre voluit. Barth. lib. xx1. Ad. 20. tam sinceram lectionem hane, vide, credidit, vt poetam scite literatorum regulas neglexisse tradat, quae nisi interdum calcantur, poetas sui officii obliuisci ia-Stat. quod, vt interdum verum fit, in hoc verbo locum minime habet, ad Gratii Cyneg, vs. 461. idem tuetur, & exemplis firmare studer, apud Phaedrum quoque lib. 111. fab. 6. vltimam in vide corripi vult Gudius, sed ei loco nos medicinam fecimus. vide & quae adducit hic Weitzius. nec nos cultissimo, & fi quisquam fuir, legis Pediae obseruantissimo, poetae hanc scabichis, quae Catonis sub nomine em adfricari patimur &, cum CarPectora, & ingenti turbantem poculo barba? Hic & Iäxarten dictis slupet hospes acerbis Inmodicum, linguaque grauem; cui nulla minanti

Non superum, non praesentis renerentia belli. 600 Contra autem Aeëtes; Non frustra magna superbo

Dicta

rione & Heinsio, viden' alta recepimus. vide supr. 111. 499. & Erythr. Ind. Virg. & Heins. ad Ouid. x11. Ep. 71. & ipsum etiam Barthium ad Stat. Theb. x. 807. in nostro codice margini adscriptum erat, aspice, quod a quodam, non admittente vi vide, sactum credo. alta vero pestora, vt Virgil. v1. Aeneid. 595.

- babitatque sub alto Pettore.

Sil. 1v. 294. Atque altum tota metitur cuspide pectus. posse vero altum pectus cum Pio explicari non nego, sed & de feroci & elatto animo si quis capiat, non punabo. licet hic potius de hirsutie pectoris eleuatioris sumi possit, hunc enim ita opponit vnguentatae illi & delicatae turbae Atonis vr apud Gell. x11. 2. bircosi & enguentati, vid. ad Ouid. 11. Trist. 259. Bur m.

v. 597. Iaxarten Bonon.] Lugdunenf. & Argentorat. Laxarten. ver. cod. Laxaflen. confule fuper hoc loco Hermolaum Barbarum in Plinium lib. vi. cap. xxi. xxv. CARR.

v. 597. Diffis flupes bospes acerbis Inmodicum | Forte, diffi acerbis. quomodo, inmodicum irae Tydea habes apud Statium, statim, linguaeque grauem quoque legerim. quomodo, sardus fugae, laetus viri, pluraque huius notae apud

nostrum, Heinsius. Potuit s in distis repetitum esse ex prima vā stupet. sed cum aeque dicatur immodicus distis, ac disti, vulgatam seruo. sic Lucan. vi. 795.

Legibus immodicos, aufosque ingentia Gracchos.

Verbis & rebus immodicum Suet. Domit. x11. quae duo coniungie & in Calig. 2. vbi verborum & rerum acerbitasibus, nullo adbibiso modo (hoc est immodice) affecie. Tacit. 1. Hist. 35. ignauissimus quisque, &, ve res docuit, in periculo non ausurus, nimii verbis, linguae feroces. vide quae diximus ad Vellei. 11. 11. & Quinctil. Declam. CCCVI. BURM.

v. 598. Cui nulla minanti Non fuperum] Mulla prim. Vaticanus. legendum vtique, multa minanti, pro, multum minanti. Ouidius,

Multa mibi coclum, multa minantur aquae.

sic, multa cunstari libio 1. 757. multa morari 1v. 371. multa novare vs. 303. Heins.

v. 600. Magna superbo Dista volant | Vide ad lib. 1. 262. & hic Weitzium; qui & 70 volure illustrat. Burm.

v. 601. Paria arma fequentur] Simul arma noster codex. male, recte Maserius explicat. magnus & sermone & armis. ita Stat. 1. Theb, 213.

Pondus

Dicta volant, ait, & vocem paria arma fequentur;

Nec requies; quin Marte diem noclemque fatiget:

Atque vbi Rhipaea sinpuerunt flumina bruma, Iam pauidi cum prole Getae, iam peruigil illum

605 Medus, & oppositis exspectat Hiberia claustris. Hos autem quae quemque manus, quae signa sequantur,

Si

Pondus inest distis, & vocem
fasa sequuntur.
vbi codices quidam, fasta non
male. Ouid. x11. Met. 82.
Vocem granis basta secuta est.
Silius IV, I34.

Tum dictis comitem contorquet

primus in bostem,
Con suadente deo, & fasorum
conscius, bastam.
vbi vide Cl. Drakenb. Burm.

v. 603. Stupuerunt Plin. xiv. 21. mirum dictus, fed aliquando vifum, ruptis vasis sletere glaciatae moles, prodigii modo, quoniam vini natura non gelastis alias, ad stigus slupens tantum. vbi videtur slupere minus este, quam glaciari, vel gelascere. quale nostratibus est verbum, sollen. Burm.

v. 605. Oppositis exspectat Hiberia claustris] Forte legendum, plaustris. lib. 11. 160. Et plaustro decepta Nurus. & 178. plaustra sequi. lib. v1. 154.

Nunc subicam trepidis Moeosin solvere plaustris.

Rutilius Itin. 1. 485.

Haud aliter, quam cum glacie riget borridus Ister, Grandiaque adstricto stumine plaustra vebit.

Flor. 111. 3. obiectis undique plan-

firis asque carpentis altae desaper quasi e turribus, lanceis contisque pugnarent. Heins. Exspectes noster codex. vera quidem sunt, quae de plaustris adducit Heinsius, sed nihil tamen muto, & per claustra hic angustos aditus per montes intelligo, ve sunt Caspiae Pylae &c. ve reche explicuit Gronouius ad illa Senec. Thyest. 375.

Aut qui Caspia fortibus
Recludant inga Sarmatis.
vide supra vers. 125. & lib. vi
106. opponi vero rece dicuntur
claustra, fores, quibus, vel clausis, vel munitis milite prohibetur quis. vt oppositae fores Ouid
Ep. xvii. 8. vbi vide. sic & oppositi homines, qui tuentur aditus. Virg. 11. Aeneid. 332.

Obsedere alii telis angusta vi-

Oppositi.
vbi non opus est oppositis legere.
Burm.

v. 606. Nos autem quaecumque manus fua] Scribe, hos autem & quaecumque. si vellem enumerare tibi hos fortissimos duces, cum suis maniplis, nox ibit in diem. Pius. Hos autem quaecumque manus sua vulgati, [etiam Bonon.]

Si memorem; prius humentem lux foluerit vmbram.

Cras acies, atque illa ducem cras regna videbis

Dissona; saxiferae surgat quibus imber habenae;

Quae

quae verba Malerius non satis commode interpretari potuit, nec figna distinguit lib. v11. 628. mirum: corruptus enim locus est. vet. cod. quae quemque manus, quae figua, elegantissime. CARR. Nofter, quae quemque magnaque figna sequatur, in quo le&ionis verae vestigia; bos autem & quaecumque, m. Argent. Colin. & Gryph. Pium sequentes. Burm.

v. 607. Prius bumentem lux solverit vmbram] Imitatione Virgil. [Aen. r. vs. 374.]

Ante diem clauso componet vesper Olympo.

Vmbre autem pro nocte. lib. 111.

Tertia iam gelidas Titonia solveras vmbras.

Bul. In margine nostri codicis erat, nox foluerit. quod gloffatoris est. lux hic est aurora, quae fugat noctem. vide ad lib. 111. 1. BURMAN.

v. 608. Cras regna videbis Dif-Jona | Diffona cultu regna Prudentius quoque dixit libro 11. contra Symmachum vers. 586. Hoc tamen loco videntur reponenda, dissona signa. signa militaria pro iplis ponit militibus, vel, quod malim, pro tubis, lituisque. Heins. Nisi regna capiamus, pro regibus, vel eorum populis, de quibus supra vf. 274. probabilis fatis videri potest Heinsii coniectura, ita lib. 1. 800. classes & pontica figna. sed pro ipfis militibus fine dubio capienda. nam a tubis & lituis &c.

sic undique densans

Terrigenae iam signa duces, clamorque, tubacque. & voces has, regna & figna, frequenter confundi, verum est. vide ad Ouid. 111. Fast. 161. & vers. 152. sed quia praecessit modo, quae signa sequantur, nolim hic iterari vocem eamdem; & si quid mutandum fit, legerem,

Atque illa ducum cras castra videbis Dissona.

a praecedenti cras absorpta cum effet cas syllaba inde aliam vocem formarunt librarii, & regna forte enarum fuit. sic lib. v1. 2. coniungit acies & custra. sic apud Lucanum libro 1. vers. 323.

Pompeiana reum clauserunt signa Milonem.

alii codices habent, caftra. Bunm. v. 609. Imber barenae Scribendum, babenne. innuit ac describit fundam, quae nihil aliud est, quam corium ferens faxa in fundo cum modicis internallis, vt faxum melius funda contineat. Quinclilianus advocat hos ingeniofos certe verficulos,

Fundum Varro vocat, quem pofsun mittere funda; Ne tamen exciderit, qua cava funda patet.

Prus. babenne vaice probant Voffius ac Heinfius. arenae cod. Carr. & Bon. HARL. Habenae legit Ζz Sabelli610 Quae iaculo gens apta leui, quae picta pharetris

> Venerit: ingentes animo iam prospice campos, Atque hanc alipedi pulsantem corpora curru Euryalen, quibus exsultet Mauortia turmis, Et quantum elata valeat peltata securi,

615 Cara mihi & veras inter non vltima natas.

Fatur,

Sabellicus. videturque poeta funditores fignificare, qui fundas circumagunt, & habenarum altera laxa iaculantur lapides. Maser. Eadem confusio est apud Propert. 111. Eleg. x11. 17. vbi vide Broukh. sed Habenae recepimus. est enim lorum fundae, vnde pro ipfa funda poni solet. Silius 1. 315.

Terque leui dusta circum caput alsus babena,

Permissum ventis abscondit in aëre telum.

vbi vide Drakenb. Burm. v. 610. Quae iaculo] Quae &

iaclo codex noster. Burm. v. 612. Pulfantem corpora] Sic Lugd. & Argentorat, cum vet. cod. Maserius autem cum reliquis vulgatis, pulsantem cornua. CAR-RION. Cornua magis placet Vofsio &Heinsio, qui etiam coniicit fulcantem corpora. Bonon, habet pulfantem corpora. HARL. Vulgata lectio si retineatur, intelligendum cum Pio est, Euryalem corpora caeforum, fiue cadauera curru superuestum pulsasse, & quali calcaffe. fed quid fit pulfare cornua curru non intelligo. cornu equino pellere litora dixit supra versu 154. sed non cornua pulsare. sed nec curru placet, [licet etiam Euryalae forte vt reginae currum det lib. vr. 370.] quia ftequentius Amazonas pugnasse equis te-

stantur omnes auctores, & mox sequens surmis id firmet. & lib. vi. licet currum det, ipsam tamen & socias ex equis pugnantes inducit. quare legerem, pulfantem corpora cursu, id est, pedibus equorum currentium per strages & aceruos occisorum. ita pulfare pedibus tabulata lib. VIII. 305. & pulsare bumum. VII. 312. & de equis Ouid. v1. Met. 486. equique Pulfabant pedibus spatium decliuis Olympi. & 11. 255. pedibusque repagula pulsant. & ita pasfim. currus vero & cursus passim commutari folent. fic pulsus equis tribuitur infra v1. 168. tremebendaque pulsu Nutat bumus. Stat. VII. 120. arma virum, pulsusque imitatur equorum, ita scripti, vulgo, cursusque. Burm. curru tamen retinendum videtur dodo Britanno obsf. Misc. 1. m. p. 172. & prouocat ad Vol. r. Obff. p. 319. adde supra ad V. 133. HARL.

v. 614. Elata] Ad feriendum scilicet. vt elata dextra lib. 111. 139. & v111. 356. Suet. Calig. 32. elato alte malleo cultrarium mastaut. ita elatam bibennem apud Silium v. 499. Heinsius volebat. Burman.

v. 615. Inter natas] Quam inter filias numero, adeo mihi dilecta est. noli credere hanc fuiste filiam Acëtae; est enim falsum & praeposterum, Prus.

v. 617

Fatur, & occiduo libat cratera parenti.

Quisque suis tum vota deis & pocula fundit;

Dent aciem, dent belligeros superare labores.

Ecce autem Geticis veniens Gradiuus ab antris,

620 Ingentemque trahens Arctoa per aequora nubem,

Adspicit Aeaea Minyas stupesactus in vrbe, Ambitumque senem, promissaque vellera puppi Thessalicae: citus ad summi stellantia patria Tecta ruit, questuque Iouem testatur acerbo: 625 Quae studiis, rex magne, quies? iam mutua dini

Exitia in folos hominum molimur honores:
Teque

- v. 617. Quisque fuis | Sumu nofler Codex. Lamp. Alard. lib. 11. Epiph. Philol. 15. hine nouum animaduertit morem, quo cubique fuis diis libarent. & quasi nemo hoc notasset, per occiduum parentem Solem esse intelligendum, docer magna cum ambitione. arqui Pius ita exposuerat & nemo vmquam, qui Aeëton novit, aliter capere potuit. Burm. ex Homero Il. «. 400.
- v. 618. Dens aciem] Acies editiones prifcae. dens acies, di bel-Egeres noster codex in margine, BURM. dens-dans corr. a docta manu in ex. Bonon. HARL.
- v. 621. Adfpicis Aceca] Vetus codex, Adfpicis Acetac. acque bene. CARRION. Perperam, Acetac Carrion ex membranis suis. HEINE.
- v. 622, Promissagne vellera puppi Thessalicae] etiam hic pubi 10-

ponendum. vide ad Ouid. Met. vii, SI. Heins.

- v. 624. Teffatur] Vide ad lib.
- v. 625, Studits) Male explicat Pius, quomodo curas quiesem Inpiser? vt dicitur quies elle in studits alicuius, quando is quiesem curat. sensus est, quis sinis sadionum inter Deos? vide ad lib. 111. 628. vidit verum Maserius. BURM.
- v. 625. Iam untras vidi Exitia; in foles bouinsus molimus bonores] Ita omnes codices. fed nihil hac lectione ineptius: Diftingue,

Exitia in folos hominum molimar bonores.

nihil certius. Quspropter ita imprimi curaui. Vossius. Mssss dini litteris transpolitis Gronouius Observation. lib. Iv. cap.
xx1. nihil verins, Hsins.
Zz 2 v. 627.

Digitized by Google

Teque ea cuncta iuuant, rabidam qui Pallada coelo

Non abigis, neque femineis ius obiicis ausis. Non querar, exstructa quod vexerit ipsa carina

630 Vellera facra meis sperantem auertere lucis, Quodque palam tutata viros: sic cetera pergat, Si valet, insidiis quae nunc fallacibus ambit, Nostra vt Phrixeo spolientur templa metallo. Non opus auxilio Colchis, nec soedere vestro:

635 Et Persen simul, & Minyas deposicimus hostes.

Quin age; quid tantee coeunt in proelia gentes?

Quid tuus Aesonides? imus nos, protinus imus,

v. 627. Pallada] Cui semper aduersarius Mars inducitur a poetis. vide Barth, ad Stat. vii. Theb. 33.

v. 629. Non queror] Pulchre dictum, quum de hoc conqueritur maxime, quod conquestione indignum afferit. MASER. Bonon. nam queror. Lugd. & Argent. num queror? reliqui, non queror. vet. cod. num querar? optime. CARR. Variant valde hic editiones. optimum, num querar ex MS. depromptum videtur Carrioni: non mihi, prae quod est in Veneta antiquiore, non querar. nec cuiuis alii, cui oculi funt aperti. Zinzerl. Es firude malim. Heins. Nofter, non queror. quod redum puto. idem vult Mars dicere, quod in alia re Quid. zr. Am. 5.

Non ofcula sansum
Iuntia queror, quamuis baec queque iuntia queror.
BURM. non queror ex. meum Bonon. Harl.

v. 630. Auertere] Ex Catul.

Epith. Thet. 5. Auratam openntes Colchis auertere pellem. Bunn.

v. 632. Instidits quid nunc] Ita editi ante Carrionem, & codex noster: Heinstus tentabat, quin nunc, vel, quid enim. Burm.

v. 634. Cokbis] Codex emendatus habet, Culchis, per u. nec displicet propter vocalem o infinities repetitam, quae vastum hiatum facit, laeditque sonoritate, quod antiqui poetae validissme declinabant. Vetustiores enim Culchides & Pulyxena dicebant, auctore Quinctiliano I. de Inst. Or. 4. sicuti in veteribus vrbis Romae titulis aspicere licet, vt Plauto voleus pro vultus a contrario declamando, & mille similia, PIUS.

v. 636. Quin age quid] Puto, Quidnam, age, quid. HEINS.

v. 636. Tantae] Pro, tot. lib.
111. verf. 260. Heu focii, quantis complexerunt listora monfiris!
vide supra lib. 11. vs. 563. Weiz2148.

v. 639.

In nemus auriferum, & sumtis decernimus armis?

Vel tu sola polo tacitis inopina tenebris 640 Labere; quantus ibi deus experiere; nec illas Adstiteris inpune trabes. an Martia templa Intemeranda minus, tacitus mihi lucus, & agger

Quod

quieur, ve recte Pius. & se fole, fine lunone auxiliatrice. matrem enim prouocare verebatur. Bur-MAN.

v. 640. Dens experiere] Sic apud Stat. x. Theb. 842. Capaneus, Experier quid facre innent, an falfus Apollo. BURM.

v. 641. Trabes | Prius tela & hastas trabales exponebat Pius, melius deinde arbores, abietes ad templum Martis, vide supra 111. 483. inepte Maserius naues intelligit. adflare trabes, vt supra vf. 536. adfidere. Burm.

. v. 642. Tansus mibi luctus & anger! Sic Bonon. HARL. Lege, toutem, ex veteri lectione. ac mihi tantum fuperest dolor & follicitudo. cur ego folus doleo, cum ceteri gaudeant, florentesque fint? fubintellige, eft, vel superest, ita and rudis, subintellige sum. ceterum cum lectionem priscam numquam contemnendam ducam, promam quae in antiquissimo, quod securus sum in plurimis, exemplari deprendimus, in eo fic legitur, eantum mibi lucus & agger Qued rudis. & thace est vera lectio, ait Mars, mea loca non debent minus effe reuerenda, cum trabes cedrinas aut auro lita lacunaria non habent, vt multa Pallas habet & caetera numina. quod non templum mihi dicatum

v. 639. Vel tu] Pallada adlo- habeo, vbi vellera custodiuntur. fed rudem aggerem, id est, illam terram congestitiam, illum lucum subrusticum ac impolitum mihi seruari volo; vt ait Euclio Plautinus, sus cuique placent etiam impolita & inornata, ordo est. quod si tantum mihi est lucus & agger rudls, & fola colimur fi gentibus vmbra, est amor &c. Agger hic ponitur pro aris cespititiis, & indiferete ac incondite accumulata ac exaggerata terra erecta Marti, nullo opere magnificentiore, vel horti maceria opere ruderario facta, aut mera terra parietem fluxum struente, de quo Orpheus vers. 892. Prus. omnes vulgati, vet. cod. tacitus mibi lucus & agger. CARR. Imo, lucus. neque aliter Carrionis liber. luuenalis 1. 7.

Nota magis nulli domus est sua, quam mibi lucus,

Martis, & Acoliis inclusum rupibus antrum.

agger etiam in primo Vaticano. Pius Baptista corrigit, tantum mibi luctus & ongor. mox tamen praesert ex veterrimo codice. sansum mibi lucus & agger, rudis agger, pro ara. Heins. Codex noster, tantus mibi luctus & angor Quod rudis. in margine vero, SARS MIN. Tacisum lucum vellem explicuissent viri docti. nam tacitum illum qui dicere possumus. Zz 3 in Quod rudis; & fola colimur fi gentibus vm-

Est amor, & rerum cunctis tutela suarum:
645 Et tibi, magne pater, terris donaria certant:

in quo supra vs. 252. dixit arma & tubas sonare, & noce eriam vocem Martis exstare? quare legerem cum Pio,

Tantum mibi lucus I agger Quod rudis, & fola colimur fi gentibus ombra, Est amor, &c.

an ideo violare licet mea templa, quod mihi sit tantum rudis & aggesta ex cespitibus ara & solis luci arboribus, quae vmbram faciunt, a gentibus Scythicis color, & quia non, vt Pallas Athenis, & luno Mycenis, habeam magnifica & marmorea templa? At cuique suum carum est. rudis agger impolita, terrena ara est, vt supra, e cespise sellus Aggerisur vs. 61. ita rudes remi Claud. Praef. in Rapt. Proserp. non elaborati, sed ex ramis temere facti. & lib. 1. de Rapt. 97. rude folium, & similia. vide Sciop. ad Priapei. Carm. 1x. quo Maserius respexisse videtur. Burm.

v. 643. Es fols] Vetust. Paris. & fols colimus si gentibus. Maserius cum Lugd. & fols colimur si gentibus. vet. cod. & fols colimur frigentibus. Maserii lectionem germanam poëtae esse credo. Carr. Si gentibus Maserius & pleraeque editiones. cultus sis gentibus in primo Vaticano. lege,

— & fola cultus fi (sc. mihi)
gentis ab vmbra.

nam vnius tantum gentis Colchicae hic cultus. colimus fi gensibus Aldus. HEINS. Si gensibus etiam noster codex, [item Bonon.] plures enim Martem coluisse ad septemtrionem gentes notum est.

v. 644. Est amor & rerum] Mallem ex more poëtae nostri, Est amor, est rerum, &c. respicit ad dictum commune, suam rem cuique carissimam est. vide ad Petron. cap. v. &c ad Ouid. vi. Met. 154. &c Muret. ad Carul. Carm. xxII. Burm.

v. 645. Magne pater] Epitheton conveniens loui. Prisci codices habent, magna, & ad Iouis templa referunt. Pius. Magna, pater, terris donaria, pr. Vaticanbene. Heins. Sed sup. vs. 526. res magne dixit. Aeëten etiam magnum patrem vocat infra vii. 214. louem vero magnum dici quis ignorat? Burm.

v. 645. Douaria certame] Certatim dicantur, vt vaum alio fet pulchrius. Prus. Recte; ita certantia vota dixit Plin. Paneg. 92. Virgil. 111. 667.

Verrimus & proni certantibus
aequora remis.

Stat. 1. Silu. 11. 87. certantia remis Brachia. & vers. 108.

Cui gloria patrum

Et generis certabat bones.
lib. V11. Theb. 630. Certas opus

ferro, Eol. 111. 68. Certanerit ille tot boedes Paftere, quot nofiri numerantur vespere tauri.

Iofeph. Iscan. 111. 227. certantesque offers vulsus. vide supra 11. 476. & 111. 597. doneris hic certe pro ipsis donis capiuntur, vr voluit Valla lib. 1. Eleg. 6. quamquam

Est honor his etiam suus. anne ego clara Mycenes

Culmina, virgineas praeder fi Cecropis arces, Iam coniux, iam te gemitu lacrimisque tenebit

Nata querens; metuant ergo, nec talia poscant.

650 Non tulit haec animis, quin longa filentia

Pallas

Rumperet, inridens strepitumque minasque Gradini:

Non tibi Bistonidae, quibus haec fera murmura iactes.

Non Lapithae, fed Pallas, ait; neque ego aegide digna,

Nec

quam alii & ita loca, in quibus dona reponebantur, dista effe contendunt, vt hic Pius & Maserius, vide Tomasin. de Donariis cap. 2. BURM.

v. 646. Est boner bic estam suns sonte, esta, de deinde, Mycenes, non Mycenes, bene Gronouius. de quo nos ad Maronem Aen. v. vs. 52.

v. 646. Ast ego cara] Ita omnes valgati. vet. cod. an ne ego clara, optime. Cara. Male Carrionis editio legit, anne ego. sequentia indicabunt. Voss. At ego chara Edit. Pii, Aldi & luntae. ac ego chara noster codex. forte, asque ego. nam & illa particula sic viurpati solet. Burm.

v. 649. Nata querens] Quae res poster codex.

v. 649. Nec talia poscant] Sic liber manuscriptus, vet cod, nec salia possins. Carrion. Poscant etiam Ald, Burm, possus Bonon. Hari. v. 650. Non tulit baec animis] Tulit bic malim. Heins.

v. 651. Strepitum] Iram, tumultum, conuitia. Bul.

v. 651. Gradini] Vbique fere poëtae, vt & noster, producunt primam syllabam in Gradinus, hic vero & lib. Iv. 602. corripit. quia forte a Gradier vel gradus descendere ipsi videbatur. Burm.

v. 652. Non tibi Aloidae] Vet, cod. non tibi Byssonidae. Hanc fabulam vide apud I. Parrhasium super illo Claudiani:

Cum gemini fratres, gennit quos afper Aloeus, Martens subdiderint vinclis. CARRION.

Bistonidae codex Carrionis bene. Aloidae pr. Vatic, [et Bonon.] pro murmura pr. Vatic. muraputo, fera inrgia. Heins. Aolidae noster codex. Aloidae Pius, Colin. & Gryph. Burm.

v. 653. Neque ego] Non ego noster codex: sed tunc legen-Zz 4 dum, Nec vocer viterius proles Iouis, excidat iste Ni tibi corde tumor: lituos mox armaque faxo Oderis, & primis adimam tua nomina bellis. Quin simili matrem demens grauitate secutus: Digna quidem monstrum superis quae tale cre-

> Quod tamen adgressae scelus, aut quo crimine sontes.

660 Si iuuenem, qui iussa sui tam dira tyranni Inpauidus, maria & nondum qui nota subibat.

> Iuuimus, & magnis aliquam spem mouimus aulis?

An nullas praeserre preces, nec foedera regis VIIa

dum, non aegide, vt illud ego ex primis fyllabis segide natum sit. Burm.

v. 654. Excidat ifte] Stat. VII. Theb. 801. Exciderant irae. Bur-MAN.

v. 655. Lituos mox armaque] Lituos misera armaque noster liber. miser editiones ante Carrionem, qui, vnde illud *mox* habuit, reticet, certe ego nusquam repperi. Bukm.

v. 656. Primis adimam] Primam adimam vitiole codex meus. Pius explicat, cogam te feminam dici, & me Martem masculae fortitudinis viraginem. quasi Mars dictus a maribus, quibus praceft, & a virili robore. ego simplicius pono, tuam nobilitatem ac titulos, vt prius etiam Pius capie-bat. Bunm.

v. 657. Simili matrem grauitate fecutus] Hace vix intelligo. nisi velit, simili probro & conuicio. matrem insectatum effe. sed tunc ces; sensus autem erit, quem

598. lingua grauem, sed an gravitas ita sumatur nescio. an ferisare. sed nec sequi aliquem, proinsedari distum aliis noui. Burm. fequi simplex forfan pro perfequi, dibreir. HARL.

v. 658. Digna quidem | Dignam equidem quae tale crearit, opinor. HEINS.

v. 661. Nondum qui nota subibat] Mallet & hic quis, meta. vide supra vs. 44. sed quia monimus fequitur, vix audeo, nifi ibi fouimus, vt Heinfius volebat, legamus. Subinis etiam noster codex. nondum fiki nota coniecetat Francius; at non fibi tantum, sed omnibus ignota & intentata aequora facpe noster & alii canunt. Burm. noumus aufis Bonon. HARL.

v. 663. An nullas] Mancinellus. foedissime labitur, dicens as naturaliter corripitur, quod Valerius producit. an vilus praeferre prenoue dictum. supra quidem vers. Mancinellus non intellexit: non debuimus'

Vlla sequi? caeca sed cuncta inpellere pugna Debuinus? fic Thraces agunt, fic turbidus iste, Si qua petit. cuperem haec etiam nunc bella · remitti,

Nec focias armare manus, da vellera, rector, Et medio nos cerne mari, quod fin ea Ma-STOY

Abnegat,

dera quaerere, sed cuncta mouere ad arma more Thracum, qui nihil confulto, omnia improvide & imprudencer agunt. MASER.

v. 663. Praeferre] Non damno, ve fignificet ante precibus, quam armis rem effe tentandam; & ita non male Pius, vt respondeat illis vs. 622. ambitumque fenem, &c. quia tamen infolentior est illa fignificatio verbi praeferre, forte perferre melius erit. fic Lucanus lib. vIII. 217.

Vocesque superbo Acacidae perferre meas, si focdera nobis

Prisca manent. vbi voces sunt preces, quibus auxilium rogat, per foedera. & ita mandata perferre, apud Ouid. Epist. x1. 127. vbi vide. & alibi.

BURM. v. 663. Foedera regis] Acëtze. ne legas, reges. MASER. Regis iam ex. Bonon. & placuit Balbo: bene. HARL. Regis Carrion recepit primus contra fuum, vt puto codicem; nam alias certe monuiffet, haeserunt scilicet viri dolli, quod sequatur debuimus: sed supplendum prius membrum noster codex. Bunm. hoc modo, an reges, id est Minyae, debuerum nullas preces perferre &c. & an nos debuimus omnia impellere caeca pugna. fed its concile saepe solent vete-

debuimus Aeëram precari & foe- res, vt vbi duae diuerfae perfonae duplicem flexionem requirunt, vnam modo ponant. Phaedr. 141. fab. 12.

Nec sibi prodesse (scil. postum) nec mibi quidquam potes. vbi vide Scheffer, Quid. Epift. v.

Quod neque graminibus tellus fecunda creandis

Net deus (sc. potest) auxilium, Tu mibi ferre poses-BURM.

v. 665. Sic turbidus iste] Martem innuit. fortaffis tamen Valerius reliquerit, surbidus ister. ve populos ad Danubium sitos innuat. lib. v 1. 329. vel tumida fremit Ister aqua. HEINS. Mallema fic Thraces agant, fic turbidus iste. Iste mutari non debet, per contemtum enim dicitur, vt rece Maserius. Terent. Eun. 1. 2. cum milite isto praesens, absens ut sis. vbi Donat, pronomina haec sper-, nentis esse notat, & odium monstrantis, vide ad Petron. cap. 1x. Heinf, ad Quid. x111. Met. 19-Burm.

. v. 666. Etiam nunc] Etiam num editiones priscae. etiam non.

v. 668. Es medio nos cerne mari] Et flatim excedemus his, terris, arque per maria domum repetemus. Bul. Nos ecce mari non displicent. HEINS.

v. 662. Zzs

Abnegat, & folus nostris sudoribus obstat; 670 Ibimus indecores, frustraque tot aequora vectae,

> * Fassaque quae nequeam? sic femina, coeperat ardens

> Hic iterum alternis Mauors insurgere dictis. Excipit hinc contra pater, & sic voce coërcet:

> Quid vesane fremis? cum vos iam poenitet acti,

675 Peccatumque satis; tunc ad mea iura venitis.

Quolibet

v. 668. Sin ea Mauors Noster codex, si mea Mauors Abneges.
Burm.

v. 671. Fas aliquem nequeat] fic Bonon. quoque. HARL. Lego, fas aliquid nequeat, in Graeciam reuertemur nostra desideria fru-Arati, & fas, aequum ac iustum mihil poterit, saenaque pugnaci đura sub ense iacebunt. & muliebri stomacho, cum bile finem impofuit orationi, & vti magis stomachatam se ostenderet, abrupit potius orationem, quam absoluit. Et per interrogationem legi potest. Prus. Carrion e suo vet. cod. fassaque quae nequeam : defistamne, inquit, & fatebor quicquam effe, quod facere nequeam? fed fassa hoc loco me aeque ac Burmannum pungunt. Heinsü libri fas aliquae nequest. is vero conficit vel fasque nibil, nil iura queant, sed hoc est audacius; vel fassaque quid nequeam. Locus est desperatus. Equidem suspicatus fum, ferre ea, quae nequeam? scil. ferre; vel nequeane scil. ferri?

denique conieci fas as, (aut fas id)
nequaquam. tunc post vectae etiam
signum interrogationis ponendum
erit: sed locus est obscurus &
expeditu difficillimus. H A R L.
Fas aliquem nequess Maser. &
sunt. noster, fas aliquae nequess.
Fassauque ne probem, facit illa
mutatio numeri, quae non placet.
indecores, vectae, Fassauque. corruptissimus est locus, & forte
haec verba Argonautas respiciunt, & legendum,

Frustraque tot acquers

Ferre aliquid nequesns.

fed nec hoc placet: vetti enim per aequora dici folet, vt supra vers. 201. forte transposita fuere vocabula, & fassa ex passi sactum, vt legendum sit,

Fustraque tot acquora possi Forre aliquid nequemet.

desperatus. Equidem suspicatus vide supra vers. 197. sed relinsum, ferre ea, quae nequeam? quamus locum obscurissimum. & scil. ferre; vel nequeam scil. ferri? puto post nequeat, deesse reliqua Abrumpit irata sermonem. aut orationis Palladis, quam abrumfasque pasi? id nequeam. de voc. pere, nondum integro sensi vide ad vs. 197. & 571. aut (quod docet vox coeperas) conscur

Quolibet ista modo, quacumque inpellite pugna,

Quae coepistis; habent quoniam sua fata furores.

Te tamen hoc, coniux, & te, mea nata, monebo:

Sit Persen pepulisse fatis; nec vana retentet 680 Spes Minyas, finemue velint inponere bello. Illum etenim talis rerum manet (accipite) ordo.

Victa retro nunc castra dabit, bellumque remittet.

Territus aduentu ducis & virtute Pelasgi: Mox vbi Thessalicis referent hos flamina ter-

685 Tunc aderit, victorque domos & sceptra tenebit:

> Donec & Aeëten inopis post longa senectae Exfilia

BURM.

v. 676. Quolibes] Quodlibes noster. quosdam, ifta domo legiffe videtur innuere Maserius. Burm.

v. 678. Hoc coninx] Heinfius malebat, O coniux. Bunm.

v. 678. Monebo] Lege, monebo.

v. 679. Retentet] Potest explicari pro moretur. sed praestat, iterum spes tentet, & quia bene principia successerunt, ne sperent iterum euentura ex voto, vt finem imponant bello, interemto Perse. vide lib. 111. 96. & supra h. l. vf. 173. Pius, incitet, retinear, explicat, quae non capio.

tur Mare; sed Iupiter intercedit, nam incitare & resinere sibi contraria effe puto. BURM.

> v. 681. Manes accipite ergo] Sic Lugd. & Argentorat. Maserius putat legendum, rerum manes exitus erge. vet. cod. rerum manet, accipite, erde: atque ita a Valerio scriptum fuific affero. CARR. Accipite ergo Pii, Arg. Col. & Gryph. Ald. & Iunt., qui videntur finem repetiisse a prioribus. salis finis illum manet. manet decipite erge codex noster. sed reste Carrion: ordo rerum, est series fati. vide lib. Iv. 449. Burm. manet. exisus ergo Bonon. HARL.

v. 685. Domes & sceptra tenebit | Vide Heinf. ad Ouid. x111. 649. BURM.

v. 686. Dones & Actem] In noftre Exsista (heu magnis quantum licet in pia tatis!)

Nata iunet; Grausque nepos in regna reponat.

Hie labor, amborumque haec funt discrimina fratrum:

Vadite,

Sio, Donec & aetatem & funiopis post longa senettae. Bunu.

v. 686. Inopis post longa sener Stae Exfilia] Vide ad Ouid. i. Amor. VIII. 113. Aestem male Ald. & lunt. BURM.

alii legunt, quantumliber, quo Medea, quamlibet am eius semine nascetur Medus, qui illum ab exilio, restituet in regnum, ita nata Medea quamuis nolens, patrem iuuabit. Scribe etiam, innet, pro iuuabit. Pius. Nota innet. To impia extra exclamationem poni recte monuit. Cl. Gronouius ad Statil lib. 11. Sylu. wi. vbi non pauca eius rei adfert exempla. Vossius. Legebam aliquando,

- inmanis quantum libet inpia fasti Nasa:

nam & Pius Baptista monet non deeffe, qui legant, quantum liber. deinde, inopia pri. Vatic. pro, inpia. sed docissimus Gronouius minori mutatione rem expedit libro Iv. Obseruat. cap. xx1. dum refingit, ben magnis quantum licet in pia fatis; arguse. qui illic confidendus. Heansius. Sensum in Gronouizis bestione non fatie sprum video.

nostro codice corrupta erat le- non enim pius erat Aeeres, qui vt fraudulentus & fallax inducitur. quare legerem,

> - ben magnis, quantumlibes impia, factis

Nata inuet.

v. 687. Heu magnis quantum licet sit impia, magnis tamen licer, impia fasis] Quousque, fastis memorabilis erit. vel gnis fatis, de quibus satis ad Ouid. Epift. 1. & fupra IV. 127. impia, iuuabit patrem, quoni- vt dicat, Medeam effe magnis fatis, licet sit impia. Bugu. Adfentior Bentleio ad Horat. 11. Epist. 1.6. cum codicibus legi deberi, ben magnis, quantumlibet impia, fais. per magna fara decretum est, vt filis licer impis patrem iuuaret, nempe filio fuo Aliter explicat Bentlei, Medo. n. Medea magnis fatis nata erat. Bon. ex. habet, magnis quantum (licee impia) fatis. HARL.

v. 688. Nata inves | Veruft. Paris. & Bonon. nata inbet. ex mendo fimilitudine litterarum nato, vt inferius oftendemus. CARR-

v. 688. Grainsque nepos] Medus Aegei & Medeae filius, rem narrant cum alii, rum Diodorus Siculus lib. v. Heins.

v. 689. Hic labar amborumque] Sic Carrion, priscae editiones, & feripei nostri,

Hoc labor, amborum bace funt. vnde 690 Vadite, & aduerlis, vt quis volet, irruat 'armis.

Dixerat. instaurat mensas, pacemque reducit; Et iam sideream noctem dimittit Olympo Tunc adfuetus adest Phlegraeas reddere pugnas,

Mufa-

lio, Horatio, aliis poetis, occurrunt. Heins. Amberum bie nofler codex. Burnt.

v. 691. Instaurat menfas] Cerda ad Virgil. vIII. 283. cautiorem Virgilium Valerio censet. cum ille influerare epulas de mensis secundis, hie absolute de initio cominii dixerit: quali numquam antea epulati fuiffent dii; & instaurari non dicatur nisi de omnibus, quae repetantur, vt ipse de ludis & sacris ex Liuio & aliis notat, sed cur non fingi pofset, Martem supervenisse epulanti Ioui cum Iunone, Pallade & ceteris Diis, & interruptas hac poffet inde colligi, quod nox instaret, cum epulae iam de die HARL. coepissent. & de secundis mensis conuiuio Didonis, apud Virgil. L vbi vers. 725. post mensas remotas crateres statuuntur, & Personat aurata, &c. quem Apol-

vade Pius, sune bace. sed feri- hace esse a Valerio expressa ex pais exemplaribus adquiescendum. Homeri Iliad. A. in fine, vbi etiam tales hiarus frequentes in Virgi- exacto ad folis occasium conuinio, & Apolline pulsante lyram, & Musis cantantibus, ad somnum se Dii recipium, apud Apuleium quoque lib. vr. in nupriali Pfyches conuinio, cui aderant Dii, Mufae perfonabant voce canora, Apollo cantauit ad Cytharam, &c. & infinitis hoc locis doceri poffet. fed faftidio occurrendum. Burn.

v. 692. Sideresm nottem dimitsis Olympo] Sidereo Olympo pracstet. Heinsius. Vide supra ad vers. 567. Demittit etiam editiones Pii, Gryphii Colin. Arg. & aliae. ita Hiems demissa Ioni. 11. 434. demittit nubibus Irim. vttaque lectio haber, quo se tueatur rixa epulas, quas nunc lupiter, diuerlis poetarum locis. Bunn. iurgio composito, instaurat. quod fiderenn praefert Broukhus. ad Tibull. 11. 1. 87. quem vide

v. 693. Phiegyas qui] Scribe, agi indicio etiam effe possit, quod Phlegraeas reddere. Pius. Dicti-Apollo nunc fame sedata cytha- ones falsae textum reddidere clauram puller, & crater circumfe- dicantem. fensumque fecere obsatur, quod primis mensis subla- scurum. legitur sane in aliquibus tis fieri solebat, vt notum vel ex codicibus, Phlegias qui reddere. tunc versu suis numeris absoluto, verus exulat fensus, verusque fabula. alii codices [vti quovers. 740. cithara crinitus Iopas que Bonon.] habent, Phlegreas qui. tum textu claudicante fatis linis formam imitatum Seruius congruus emergit sensus. Erunt dicit, cuius artis erat imitator. forsan, qui Phlegias non impropraeterea recte notauit Maserius, babunt, quum populi fuerint, vt diximus.

734 C. VALERII FLACCI ARGON. L. V.

Musarum chorus, & citharae pulsator Apollo: 695 Fertque grauem Phrygius circum cratera minister.

> Surgitur in formos, seque ad sua limina sleclunt.

tridente infula. Indignos tamen, gias qui noster codex. Bugu. de quibus Musarum Chorus & cantur. Non ambigo, quin ab que occupauit. Heins. auctore fuerit dictio inuerfa, territo [vt coniiciendum est] pro- ad limina flettune. codex noster, pter diphthongum, quam corri- Bunn idque probarem. fus enim pi videbat, qui adiunto, verum languet. HARL.

diximus, infulani, teste Seruio, si [vt decet] exigitur, & versus admodum impii in superos. sed & sensus satus est. Maser. aduersus quos non legimus pug- Phlegraess Lugd. Argeneout. & nasse superos. Neptunum scimus, vet. cod. at vet. Paris. Phlores illos fluctibus immersisse, percuf- qui, alii: Phlegraeas qui reddere, fa, ve dictum est in libr. 111. plane absurde. CARRION. Fle-

v. 694. Cithara pulfator] Lege, Apollo inter cantus meminisse di- cisbarae. quod editiones pleras-

v. 696. Seque ad fus | Sefeque



C. VALERII FLACCI SETINI BALBI ARGONAUTICON

LIBER SEXTUS.

At vigil isdem ardet Furiis Gradiuus, & acri
Corde tumet; nec quas acies, quae castra sequatur,

Invenit:

v. I. Is vigil iisdem Vtrumque Paris. cum reliquis vulgatis, as vigil bis furiis. vet. cod. as vigil bisdem artes furiis. CARRION. Vide lib. v. 521. BURM. biis furiis ardes ex. Bon. HARL.

v. i. Es acri Corde sumes] Virgil, vi. Aeneid, sumida en ira sum corda refiduns. Arnobius lib. i. mullus sumor indignacionis in Dits eff. Ouidius: Ora sumens ira. Sic Graecis estudues turgere & irafci fignificat. Ita mare, quod noster iracum, alii sumidum appellant. Ouidius xiv. Meramorph.

Acraque & sumidum subitis concursibus acquer Astraci turbant, & cunt in praclia fratres.

Ouidius iterum, lib. 1. Trift. Eleg. 11.

Quocumque adspicio, nibil es nis ponsus & aesbero Fluctibus bic sumidus, nubibus ille minan.

BULAEUS. Doctus quidam Britannus Obss. miscell. vol. 4. pag-175. sqq. multa loca huius libra comparat cum Homero, cuius frequens imitator illi Valerius noster esse videtur. loca singula suis locis notabo. HARL.

v. 2. Nec quas] Ne codex nofter. Bunn.

v. 3. Prac-

Inuenit: ire placet tandem, praesensque tueri, Sternere si Minyas, magnoque rependere luctu Regis pacta queat; Graiamque absumere pubem.

Inpulit hinc currus, monstrum irreuocabile belli

Concutiens, Scythiaeque super tentoria sistit.

Protinus e castris sugit sopor: excita tela;

Turbati coiero duces: hos insuper ingens

Fama mouet, rate quae sacra vulgabat Achiuos

Adue-

v. 3. Praesensque videri] Vetus codex, tueri: quod melius huic loco conuenit, vt interpretari volueris. CARR. Videri codex nofter, [& ex. Bonon.] vide ad Ouid, 1. Met. vs. 85.

v. 4. 57] Pro an, more Graeco. Bul. vide ad v. 562. HARL.

v. 4. Rependere Iustu] Lustus noster a pr. manu. sed correctum. Iustu. rependere vero hic in deteriorem pattem accipit, vt instravers, 560. & 744. Stat. viii. 664.

Lices ecce peremsos
Vicifis focios, moestamque rependere nottem,

de hoc verbo vide ad Phaedr.

v. 5. Graiamque absumere puppim] Perdere, extinguere, submergere, per μείωσιν, qua siguaτα σαλης μαλθαμῶς efferimus. Plinius in Epist. Domos incendium absumit. Sic Horatius Τὸ lambere ysurpat. lib. 1. Satyr. v.

Nam vaga per veterem dilapfo flamma culinam Vulcano, fummum properabas lambere tettum.

Et Lucretius To degustare. Ignis celeri stamma degustat tigua trabesque. Bul. Pubem & hic reponimus, quod Aldinus liber adgnoficit, solemnis ille in Valerii codicibus naeuus. vide id lib, vir. Metam. Ouid. vers. 1941. neque aliter correxerat manus equita in Vaticano editionis Venetae codice. Heins.

v. 6. Monstrum irrevocabile]
Recte, puto, interpretes de Hasta, quae belli indicti signum
num erat, capinit, quae ingens,
vt deo conueniat, monstrum di.
citur, vt riem Graecis. Burn.

v. 8. Protinus e castris fugis sopor] Ita haec distinguenda sunt. Heins, ita iam distincta suerunt in ex. Bonon. Harla

v. 10. Rase quae facra] Sensus est, fama mouer hos, quae vulgabat, Achiuos sacra rate adue tos. qui secus legunt, falluntur, scilicet, raseque facra, & [vti est in ex. Bonon.] rasemque: nam vtrumque notatum vidi. MASES. Idem fere Pius notauerat. Burm.

v. 10. Sacra] Palladia, ve alibi appellatur. Bulagus.

Y. 12.

Aduenisse, sui repetentes vellera Phrixi;
Quos malus hospitio iunctaque ad foedera dex-

Luserit Acëtes, atque in sua traxerit arma.
Ergo, consiliis dum nox vacat alta mouendis,
Legatos placet ire duces: mandataque Perses
Edocet adfari Minyas, fraudemque tyranni

Vt

v. 12. Malus] Fallax, perfidus, vulpinaris. Prus. Non male. hoc enim epitheto proprie, qui fraudibus & simulatione alios decipere tentant, saepe insigniungur, ita inter Veneris arma infr. 473. ponit, Adfatus malos. Plaut. Menaech. IV. II. 44. Scit, Sed dissimulat malus. & verf. 77. 0 bominem malum, ve dissimulat. ita avelue meretrices malas dixit Terent. Eun. prol. quae fallunt & decipiunt iuuenes, vt contra bomae meretrices Hecyr. v. I. 13. eadem fraudis fignificatio subest mox verbo traxerit, de quo vide lib. 1. 200. BURM.

15

v. 14. Mouendis] Heinsius coniecerat, fouendis. sed & lib. v.
292. mouere dolos eodem sensiu
dicitur. & vis est in hoc verbo,
vr initium rei notet, quam molimur & meditamur. ita mouere condiciones Suet. Caes. 75. passa movere Claud. vi. Cons. Hon. 204.
vbi perperam alii monere. noster,
mouere carmina lib. v. 100. vbi
vide. Burm.

v. 15. Legatos placet ire duces]
Extraople, pro placet vt legati
eant. Bul. Malim, legatos platest ire duci, ad ducem, fc. lafonem. Burm.

v. 16. Mandataque Perfes Edoces affari Minyas] Forte, mandataque Perfes Edoces effari Myniis. Bul. Fortassis scribendum, Legatos places ire duces, mondasaque Persei Edere & effari Minyis de fraude tyranni Tum moneant, quinam binc animos auerseris error.

vel,

- mandasaque Perfes Edocet, adfensur Minyas, frandemque tyranni, &c. fub vulgata certe scriptura vicus non vnum videtur latere. quinam in scriptis, non quisnam. Videtur Heintius ad HEINS. corrigendum hunc locum induclus, ex non diligenter considerata vi verborum edocere, & monere, quia frequentius dicimus, edocere & monere homines, quam res: sed conjungo, edocet mandata Perses, id est, instruit legatos mandatis; vt lib. 111. 385.

Ad folium venere Iouis, questuque nefandam

Edocuere necem.
ita docere caussas lib. 11. 335. tempus & modum v. 387. sic quidam monere bistorias apud Horat. 111. Od. 7. capiunt. vide lib. 11. 439. Ouid. 111. Trist. 1v. 13.

Hace ego si monitor monitus
prius ipse fuissem.
sensus ergo erit, Perses edocet
mandata, id est, docet, quid dici & nuntiari Minyis velit. nempe vt adsentur eos, & moneant
de fraude Aectae, & vnde in
Aaa fraudem

Vt moneant; quinam hine animos auerterit error;

Se primum Haemoniis hortatum ea vellera terris Reddere,

fraudem & errorem inciderint, cum potius Aeëtae, quam suas partes secuti sint. Adfari mutari non debet: est enim blande, comiter adloqui; ad conciliandos Sibi animos. lib. 1. 298.

Illis placidi fermonis Iafon Suggerit adfatus.

contra infra 473. adfatus mali. Virgil. IV. 283.

Quo nunc reginam ambire furensem

Audeat adfatu.

-lib. 11. 775. & 111. 153. Then fic adfari, & curas bis demere dictis. & ita passim. ne turbet etiam variatio illa modorum, adfari & moneant, ita lib. 111. 539.

Vidisti roseis base per loca Bacchus babenis

Cum domisas acies, & Eoi fercula regni

Duceret, ac rursus thiasos & sacra mouentem.

vbi male moneres quidam editi & scripti. Terent. Andr. IV. I. 26, nescit, quantis in malis verser, quantasque mibi confects sollicitudines. vbi Donatus, cum verser protulerit, conficiat debuit inferree. qui alio exemplo sirmat. Ouid. IV Fast. 953.

State Palatinae laurus, praetex-

Stet domus.

non, fla domus. idem eodem lib.

409. Farra desis, & mox, accendite taedas. Statius v. Silu. vf. 13.

aedas. Statius v. Silu. vl. 13.

Huc patres, & aperto pettore matres

Conveniant, cineresque oculis-& carmina ferse.

Graecis hoc frequens. ita Thucydides lib. v. cap. 15. guriffe ürenedépu per ádér éri üpasbai μηδετόρες, πρός γάρ την εἰρήνην μάλλον την γνώμην είχον. ita apud Lucam A&. xxIII. 23. είπεν, Ιτειμάσατε σρατιώτας &c. жти́м жарктисм. vbi. Beza hoc ex Hebraismo repetere mauult, similia duo Palaephati loca notauit Brunnerus in notis ad cap. 2. A Graecis quoque hoc sumtum ef se potest, vt adfari in infinitiuo politum tit pro imperatiuo, vt passim fieri notauit Brodaeus ad Anthol. 111. xx11. p. 361. Bened. ad Pind. r. 1fth. 3. & post alios multos I. Gronou, ad Arrian, v. 11. hine discimus, quam temere saepe viri dosti ea volunt corrigere, quae prima specie offendunt, fed accuratius excussi vi & elegantia verborum & locutionum, sana effe patet. Burm. Cortius orae exempli sui adscripsit: "fcribe edocuit, & verba adfari --ve moneane omitte, vide Sallust. Catil. 44. 8." Acute! HARL.

v. 17. Auerseris] Proptie & eleganter, pro abalienauerit. vt infra 463, auerfa voluntas. Virgil.

11. Aen. 170. auerfa deae mens. ita Dii auerfa passim. errori vero hoc, quia humanum est errare, adscribit: & videtur hune locum ante oculos habuisse Status xt.

Theb. 450. licet alio decorqueata

Bis cominus actos Auertis bonus error equos. Bunn.

v. 18. Hortatum es vellers] Malim bortatum vellers, non es vellers.

Reddere, & exuuias pecudis dimittere sacrae: Hinc odium, & tanti venisse exordia belli. 20 Quin potius dextramque suam, suaque arma fequantur,

> Aut remeent. neque enim Aeëtae promissa sidemque

> Esse loco; abstineant alienae a sanguine pugnae.

Non illos ideo tanti venisse labores

25. Per-

praecesserat in hac oratione. vel, bortatum & vellera. Heins.

v. 23. Effe loco] Infolentior & haec locutio, quam explicat Pius, habituram locum & effectum, sed ego potius, esse tempestiuam, opportunam, vel constantem, dignam, quam sequantur. ita loco res effe dicitur, quae permanet in loco, eo statu, quo erat. vide ad Ouid. xII. Met, 144. sic loco ponere saepe Cicero de iis, quae mirifice quadrant. vide Victor. & Manut. ad Cicer. 1x. ad Fam. 16. & Celeb. Graeuium ad IV. Ver. 14. Statius VIII. 404.

Arma loco, splendens clypei, pharetraeque decorae.

vbi misere fluctuat Barthius, nec potuit sensui, quem antea viderat, acquiescere. vide & supra lib. 11. 98. 111. 121. Burm. imo, Acetae loco est ex parte Acetae, promissa sidemque per iv dia dubiv. CORTIUS.

v. 23. Abstineant alienae a 1 Ita vet, cod. alii, abstineane alienae fanguine: malo vt excusum est. CARRION. Alieno a fanguine codex noster. vide ad lib. 111. 689. BURM.

v. 24.] Non illos] Ordo, non illes Minyas venisse per labores

vellers, nam de hoc vellere nihil tanti matis, & tam ignoti; & sam repetendum est. sansi habens exemplaria prisca, non sansos. ceterum codex antiquus me communis erroris admonuit. sic ibi scriptum est:

> Non illes idee tanti venisse labores

> Per maris. ignotis quid opus Concurrere ?

vt verbum ignotis cum sequentibus conjungas. hoc fenfu, quid opus est lasoni ignoris ac Colchis concurrere, seque in aliena lite miscere, & ignoros odisse, quod qui significare volunt, contentà funt sic alludere Homerico versu Ш, г. 91.

Oles dud' Elévy no reques alσι μέχεσθαι.

pro Helena & quacumque re fua ipli foli certent. Pius. tantes omnes vulgatos praeter Florent. habere, falso scribit Carrion. santi enim bene iam habuit ex. Bonon. et ita cod. Carrionis, qui vero sauses praefert. ignosi Bonon. Haec etiam mendofa HARL. funt. opinor,

Anne illos ideo tanti venisse laborem

ignosis quid opus Per maris? concurrere?

confir-A282

25 Per maris. ignotis quid opus concurrere, nec quos

Oderis? haec medio Perses dum tempore mandat:

Aureus effulsit campis rubor; armaque & acres Spon-

confirmat coniecturam pri. Vaticanus. in quo tanti, & ignotis. vti ex eodem jam Pius monuic. nos & laborem pro labores, vt vitetur ambiguitas, & pro non, referiptimus Anne. tanti etiam in Carrionis libro exaratum erat, quod is tamen minime intellectum rejecit. neque aliter codex Regius, & veteres libri apud Baptistam Pium. Heins. Et in nossito codice, tanti, & ignotis. quare retento non, in reliquis subscribimus Heinso. tantum mare vidimus lib. 11. 375. Burm.

v. 26. Medio] Scilicet induciarum tempore. vide supra v. 276. male de nocte Pius explicat. vel Sol auricomus, vel lumen immifsum a Marte, vt credere possent acies solem esse ortum. Prus.

v. 27. Aureus rubor | Ortus est Sol auricomus, MASER, Potest aureus ferri: maluerim tamen, aureus rubor. Heins. Supra 11. 58, vidimus, aurum proprie de sole dici, sed dubito an hic agat de ortu solis, & non potius de aduentu Martis, ad quem arma & tubae sua sponte sonant. ideoque facile aereus tueri poterit Heinfius, vt Martis armaturam intelligat, qua fulgebat, fic tboracem Cyclopum labore Sudatum ex acre credibile est fuisse, vt & hastam, vide Sil, 1v. 434. Hastis etiam aeratam cuspidem saepe dant poetae. vt Ouid. v. Met. 9. vide infra ad verf. 88. fed & aurea arme saepe dant Diis & Heroibus affulserat. ita Flor. 1v. 9. vt pri-

poetae. vt noster clypeum Abantis, aurea regmina vocat lib. 1. 453. infra verf. 378. auro gravem securim Amazoni dat, vbi etiam Heinfius, aere malebat. & ita ipse Heins, ad Ouid. viii, Met. 26. aureum clypeum pro aeree, correctione fua, firmauit. ita vt in medio linguenda sit haec ambiguitas, an aureus, an acreus fuerit hic rubor. sic incertum apud Virgil. x. Aen. 270, an legendum, umbo aureus, an acreus; vbi de clypeo agirur; vide ibi Pierium. qui & apud Liuium, aerata, & aurata clypea in MSS. efse docet, eadem differentia apud Maron, 11. Acn. 448. & dubium an . aeratae, an auratae trabes legendum. Pierius inclinat in arrasas, bena ratione; quia poeta libentius omnia auro decorat. vide & ad Ouid. xv. Mer. 620. eamdem confusionem. & hoc re-Qius conuenit, +# effulfis, pro quo noster codex effinxit, quod qua ratione defendi posset, licet fciam, [nam finere & composita, de luce & splendore dici, constat. vide Gron. 11. Obs. 7. & possunt ita capi illa Claudiani IV. Conf. Honor. 208. Chlamys efficie aures] tamen vulgatam temere mutem: effulgent enim, quie fubito fulgent, quod verbum isepe cum cognatis, affulgere, offulgere commutatur. fic apud Liv. XLIII. 13. coeli ardentis species effulferat Gronouius malebat, quam

ARGONAUTICON LIB, VL. 741

Sponte sua strepuere tubae. Mars saeuus ab altis,

Hossis so, conclamat, equis, agite, ite, propinquat: 17 . 1

30 Ac

ma effulfis occafio, quamquam & ibi offuifit praetuli notis ad Quinct. 1x. Decl. 7. sed & illic Salmas. in suo codice affluxit re- Sponte autem quod streperent, perit. apud Quinct. x. 6. fi aliquis inter dicendum effulserit natu- conficiendi. Florus IV. 2. denique, ralis color, vbi color, vt hic rubor. sed & illic plurimi codices, & um ducis sua sponte signa sonneeditio Vidouci, effluxerit. Burm.

ora codicis feripferat, forte, erepuere; sed crepitus rece armis tribuitur, vt alibi vidimus; tubis non tantum in laetis & triummelius frepitus. fic Virg. v111. 2. rauco firepuerunt cornua cantu. vbi etiam codices, crepuerunt. Stat.

rv'. Theb. 95.

Vt primum strepuere tubae. quamquam de tuba dixerit Maro, increpuit sonitum, vt increpare Lyram & similia. confundumt vero iure suo poetae tubas, lituos & alia instrumenta, proprie enim loquendo tubae grauior sonitus, qui clangor dicitur; noster 111. 349. luctificum clangente tuba. & Lucan. 1. 237. firidor lieuum, clangorque tubarum: fed & striderem dat rubae Silius lib. xIV. 373. vbi vide Comment. distinguit Horatius 11. Od. 1.

> lam nunç minaci murmure COTTHUM

> Perstringis aures, iam'litui strepuns.

Senec. Thyest. 574.

Iam filet murmur grave classcorum.

Iam taces stridor litui strepentis.

poetae saepe haec vocabula confundant, tutius semper puto scriptorum optimorum fidem sequi. omen belli instantis & feliciter quod nunquam alias, anse imperirunt. decore vero hoc tribuit v. 28. Strepuere | Heinfius in Martis aduentui, vt Ouidius v. Fast. 549. Bunn.

v. 29. Hostis io Hac vocula phalibus acclamationibus, fed & in bellico clamore, vruntur. vide Barth. ad Stat. 111. Theb. 211. & Scholiasten eius antiquum ad lib. x. 883. & Heins. ad Ouid.

111. Met. 713. Burm.

v. 29. Agite, ite] In nostro legebatur, intente, vt forsan scripferit, ite, ita, vt Petron. cap. 122.

Vistores ite furentes, Ite mei comites, & caussam dicite ferro.

sed nihil mutare praestat, quod docet & locus inf. vs. 285. iunenes agite, ite per urbem : & imitatio Statii x1. 498.

Nunc bis, nunc illis, agite, ite, obsistite, clamat. vbi Schol. Barthii, duplex exbortatio rei necefficatem indicat. fed

ibi triplex poffet videri; nisi agite vt & age, quae semper fere aliis verbis solent iungi, non computetur, vt Virg. 1.627. agite succedite. & VIII. 273. agite eingire, & paffim. nec facit haec & alii infinitis locis, quare cum vox duplicem exhortationem, sed egite

Aaa 3

35

30 Ac fimul hinc Colchos, hinc fundit in aequo-

Tunc & quisque suis conmittit proelia telis.
Voxque dei pariter pugnas audita per omnes.
Hinc, age, Rhipaeo quos videris orbe surores
Musa, mone; quanto Scythiam molimine Perses
Concierit, quis fretus equis per bella virisque.
Venum

agite fere aduerbii vicem sustinet, vnde & alii numero & personae, quam secundae adiungi solet. vt Virgil. v. 58.

Ergo ogite, et cunsti lactum celebremus bonorem.
vide supra lib. 111. 311. consusa autem in re & turbata, poeta ipla verba ex decoro in hoc versu confuso ordine ponit. vide ad Ouid.
111. Trist. 12. Hossis propinquas vero addit sollemni clamo-

re. vide lib. III. 45. BURM.
v. 30. Ac fimul bine Colchos]
Alii hace cum afflaru scribunt,
ego probos codices, & excellentibus fere characteribus venerandos securus scribo, ac fimul, hoc
est, & simul ab hac parte Mars
Colchos milites Acetae fundit,
ab hac parte Persen. Pius. Hac
simul [Bonon.] Maser, luntae. &
Carrionis prima. As Aldus. Burm.

v. 31. Tunc & quaeque suis conmiss proclia terris] Suis turmis scribendum. telis Aldinus liber. Heins. Sed quo referas, quaeque. praecedunt enim Colchi & Perses. quare legerem,

Tunc & quisque suis commissis proclis selis.

Scythae & Colchi, vnusquisque armis & telis fibi propriis pugnam incipiunt. Commissere enim est hic inchoare. vt Flor. 1v. 2. admessum quoque commissensis ecima

Crastini pilum. & cap. 7. acie commissa, cum pari ardere aliquandin pugnetum effet. Dict. Cretenf, 11. 36. instructis copiis, vbi neutra pars commistere auderes, terris ineptum est, pugnabant enim non quisque in fua terra, fed veraque pars ad regiam Colchorum vrbem. ne & apud Virgil. x. Aen. 583. confuderant haec verba librarii. nunc belli finis & aeni His dabitur terris. vbi male codices quidam telis praeferunt. & apud Ouid. Ep. x1x. 49. tele textoria & terra permutantur. commissis Carrion in secunda editione recepit, reliquae & scripti, commist. BURM. Veritas lectionis telis patebit ex Lucano vit. 510. Illic quaeque suo misces gens proelia telo. vbi Scholiast. verus, quippe, ait, diuerfa funt arma diversis gentibus. HARL.

v. 33. Hinc age] Heinfius malebat, nunc age. vt lib. v. 218. Incipe nunc. & alibi. fed parum refert. Burm.

v. 33. Furores] Sc. bellicos. Sic furorem bellorum in Lucano legimus, & bellandi furorem in Silio. Noster inferius vs. 116. Die age, suque feri reminiscere Musa furoris. BULAEUS. compara Homer. Iliad. B. 484. HARL.

v. 35. Per bells] In bello. Bu-LAEUŞ. Locutionem hanc illufirauit Scaliger ad Manil. 1. 788.

Vider-

Verum ego nec numero memorem, nec nomine cunctos.

Mille vel ora mouens. neque enim plaga gentibus vlla

Ditior: acterno quamquam Macotia pubes Marte cadat; pingui numquam tamen vbere defit.

Quod geminas Arctos, magnumque quod inpleat anguein.

Ergo duces solasque, deae, mihi promite gentes. Miserat ardentes, mox ipse secutus, Alanos, Heniochosque truces, iampridem infensus Anau-

Pacta quod Albano coniux Medea tyranno:

45. Ne-

Victorque necati Linius Hasdrubalis socioper bella Nerone.

Ita per lacrimas illustrauimus lib. 1. 767. vide Barth. 111. Adu. 10. & infra vers. 755. Burm.

v. 38. Aeterno] Cogitabam aliquando, alterno, vt inf. 158. alsernus cruor, alternaeque ruinae. quia inter se continua bella gerunt, & ita puto sensisse Pium, qui in notis, aeterno explicat, his verbis, licet sit alterna bominum caedes apud bos populos, foeenndissimi tamen sunt. & quia sollemniter solent hae voces permutari. vide Scal. ad Manil. 1. 64. & 11. 820. & Drakenb. ad Sil. xv. 229. fed aeternus Mars etiam zelle capi potest, pro intestino, qui numquam cessat. vide Barth. sis codex noster. per prolepsin ad Stat. vii. Theb. 36. BURM.

v. 39. Pingui vbere] Vbertate, foecunditate. Virgil. 1. Acneid. Terra potens armis atque vbere glebae. Idem 11. Georg. & ferrilis

હૈફર્કફ્લ dixit, હેમ્મી મહ, મહાવગેદ જ્યાંદ. Vult autem poeta Scythiam tam populosam esse, vt si bello ardeat vel perpetuo, tamen virorum ei nunquam desit. Bul. Similia habet Weitzius hic ex Zinzerl. Promulf. cap. 25. & in Indice in Dracont, sed notari meretur, au-Corem nostrum hoc vocabulo de prouentu hominum vti, quo senfu, an alius quis ceperit, ignoro. Burm.

v. 43. Heniochosque truces] Atqui Heniochi tunc necdum erant. Quippe ita dicti funt ab Amphito & Telchio Castoris Pollucisque aurigis. Quod vnanimi Geographorum confeniu Prolepsi igitur vsus Valerius. Vossius. Heniochesque & inauhaec certe capienda, vt plura fequentur nomina gentium a Graecis posterioris acui imposita. minime tamen haec prolepsis probanda, quia iplis Dioscuris praewhere campus. Sie Homerus Bag fentibus, hie inducuntur populi, postea A22 4

45 Nescius, hen, quanti thalamos adscendere monstri

Arlerit, atque vrbes maneat qui terror Achaeas; Gratior ipfe deis, orbaque beatior aula. Proxima Bifaltae regio, ductorque Colaxes, Sanguis & ipfe deum; Scythicis quem Iuppiter oris

50 Progenuit, viridem Myracen Tibisenaque iuxta
Ostia,

postes ab corum aurigis conditi. Burnan.

v. 46. Arferit] Ardenter cupierit, vreretur, v. Virg. 11. Eclog. verf. 1. ibique Cerda, secundum quem eo loco actio da tur verbo huic, & Vauass. Antibarbar. pag. 487. edit. Kappii, Lipiae 1722. vbi dicitur. ardeo, verbum neutrum; quod aliquando tamen patientis habet significationem, casum agentis. Harl. Amare hoc verbum Claudianum ad exemplum Virgilii & aliorum poetarum docet Heins. ad 1. in Rusn. 309. Burm.

v. 48. His altae regio] Scribe, Proxima Bifalrae legio. Prus. Libera, inquit Plinius, gens Bifaltae a fluvio Bifalto Solis, & Terree filio, voi lepores duplici iccinore funt, ve Theopompus tradic. Ptolomaeus in Propontide ponit Bifaltiam item inter Heniochos, quibus origo Graeca est, vt scribit Plinius: nam & Bifaltae sunt inter Strymonem suuium, & Edonicum sinum. CARR.

v. 48. Regio] Immo, legio. vt infra 508.

--- Drancasaque densa Strage cadit legio. & VII. 573. Horrnis Argose legio roiis. Heins. De Bilaltis multa habet Pius, & omitti illos ab Orpheo & Apollonio, sed Valeti-

um Virgilium exprimere, qui 111. Georg. inter Ponti populos ponit, notat. Burn. Virgil. 111. Georg.

461. Bisaltae sunt Thraces. HARL. v. 48. Ductorque Colaxes] Lego, Coraxes, a populis Coraxis, qui teste Plinio, vi. Nat. Hist. Colchici populi in litore prope Melanchlaenos apud vrbem Dioscuriadem. Prvs. Lugd. & Argent. du Forque Coraxes. male. Malunt alii, Cora-CARRION. xes. Ratio est, quoniam pleraque nomina quae hic refert Valerius, a gentibus fint imposita; & quod Coraxorum gens inter Scythas nobilis sit. Ego nihil mutandum effe fuadeo. Colaxes enim Scythicum nomen, idem sine dubio, quod Colaxais. Quod habes apud Herodotum in Melpomene, vbi refert Targitaum primum regem Scytharum tres habuisse filios, Asimbleiv Rol'Apmbleiv Rol vibreter Kolágalv. fimiliter & Otaces, quem infra nominat Valerius, idem nomen sine dubio, quod Ofaces. Ofaces autem dictus fuit dux Parthorum, de quo vide Ciceronem lib. v. ad Atticum Epist. Voss. Colaxes in scriptis. Heins. Et Colaxes noster codex. Burm. item ed. Bonon. HARL.

v. 50. Viridem Miracen Mii, Maracen scribunt, quare, ipsi viderint. non Orpheus, non Stephanus, Osia, semisero (dignum si credere) captus Corpore: nec Nymphae geminos exhorruit angues.

Cuncta phalanx insigne Iouis, caelataque ge-

Te.

phanus, non Strabo, non Plinius, de Myrace vel Marace meminerunt. quid si legis, Myrinen. quae ciuitas est ab vna Amazonum condita, auctore Strabone lib. x1. fed cum fit in fomno, non aufim affirmare, etiam reluluctantibus exemplaribus, videtur Myrace nomen effe filuae, vnde dixit viridem. Crediderim, fi detur-coniecturae locus, quam Tamyracem Ptolemaeus vocat III. Geogr, hanc poetam per apocopen Myracen appellare, quae ciuitas est Sarmatiae; de que meminit Stephanus, aitque gentile effe Tamyracenum; caetera Ptolemazo concinunt. Pivs. Viridemone Maracem omnes vulgati. vet. Paris. [Bonon.] & codex vet. Miracen; Maserius legit, Micaren. Est, inquit, Micare lacus Scythiae. quid autem hic legi debeat, difficile est iudicare, quando nihil alibi, quod huc faciat, inuenio. CARR. Myracen in iisdem scriptis. & in Regio, Tibysensque Ofiia. forte, Tibarenaque. Tibarenos Ponti gentem Mossenoecis vicinam ponit Stephanus Byzantius. eorum & supra meminit noster. pro Myracen, forte scribendum, Timyracen, ve contracte fic dicatur, quae Prolemaco est Tamyrace, vide & Stephanum Byzantium. Est autem ciuitas Sarmariae. sic Tmolus pro Tymolus. Tmarus pro Tomarus. Tibifeni apud Plinium in Galatia ponuntur. Pius testis est legi a nonnullis,

Pyfisenaque innta. qui flutius est Ponti Trapezunti proximus. Hains. Vbi Micaren in Maserio legerit Carrion, nescio. ten pro Tibismaque este, qui saenaque legunt, notat. Burm.

v. 50. Saeuaque iuxta ? Prisci ac maiestate vetusta suspiciendi codices habent, Tibifenaque iuxta. & ita legendum est, veteri libro & mensura syllabica id exigen-Qui vero fint hi Tibifeni, non memini me legere, nec mirum in tanta rerum omnium incuria non effe agnitos: fequitur poetas & auctores Flaccus, quos non attigimus. Pytisena quidam legunt, qui fluuius est Ponti ante Trapezuntem regionem, de quo meminit Plinius in lib. vr. Ego nihil ausum immutare, prooter codicum inemendatorum lubricam fidem, auftorum de populis vilissimis negligentiam & poetae licentiam. sed vide, ne mendum sit vel apud Plinium, qui in Galatia ponit Tebifenor; nec obstat populos Galatiae venisse in auxilium Aectae. Hermolaus, Pliniana verba diuidens, Tibisenos in Cappadocia ponit. Pius. Sueunque ex. Bonon. Tibifaenaque cod.

v. 51. Dignum fi credere] Se credere Edit. Pii & eam fecuti Argent. Colin. Gryph. Burm.

v. 53. Cuncta Phalenx Explicat Turnebus lib. xxix. Adu. cap. 21. Schott.

· Aaa 5

V. 54.

Tegmina dispersos trisidis ardoribus ignes:
Nec primus radios, miles Romane, corusci
Fulminis, & rutilas scutis disfunderis alas.
Insuper auratos conlegerat ipse dracones,
Matris Horae specimen: linguisque aduersus
vtrimque

Con-

v. 54. Tegmins differsos] Ita distinguendum; est enim Graesismus. libro 1.

Tum celasa metus alios geris arma Eribotes.

sic paullo post ex Carrionis libro, & nostris scriptis.

Nec primus radios, miles Romane, corusci

Fulminis, & rutilas scutis diffunderis alas.

vbi si diffuderis retinemus, quod editiones plerasque insedit, scribendum erit, ne primus diffuderis. & sic editio Pii. HEINS. radios-diffuderis ex. Bonon. gladies cod. HARL.

v. 56. Scusis diffuderis] Vet. cod. scusis diffunderis: melius.

v. 56. Alas Ad fulmen alatum, vet pingi solebat, respicit. Gererum hic locus aperte docet, iam legionem fulminatricem tempore Valerii Flacci suisse a Romanis distam, diu antequam fabula illa a Christianis de hac legione fuerit sista. Burm.

v. 58. Matris Orae specimen]
Virgil. solis aui specimen. vnicum
habens codicem putaui primum
[ingenue fateor] mendum este,
& quaerenti quid in textu estet,
manticorae specimen satis gratum
& aprum videbatur. cum tamen
codices omnes Orae specimen
ostenderint, Mansicorae oblixus
sum, quae est de genere serpen-

cie humana, lego itaque, Orse cuius prima breuis est pro nympha, veluti quum pro vxore Romuli ponitur Herfilia, quae inter deos relata, Ors est dista: Ouid, xIV, Met. 851. ab hac autem Ora erunt, qui forlitan fuspicabuntur deductos Oresas. quorum Dionys. vers. 682. & Prikianus, nec non Oretacque feroces. in quo retinetur natura, nam prime corripieur. Hermolaus ait, Oresas dici a Dionysio Torems, & Orestas gentem esse Molosticam. Regulates, Topical To. fed videant lectionis Graecae studiosi, an vere auctor ab Hermolao citetur, & verum + litera, quam putat capitalem esse secundae dictionis Teefras; non debeat poni pro 78 ve dictio sit enclytica. sit tamen क्रिप्ट में स्वर्थार्थवार, मार्थे हे स्थानेत स्व dies. nam & apud Plin. & Prol. Toretas & Toreticam regionem invenies scribi. Maser. Orse quoque est in ex. Bonon. HARL. Maserius & alii, quod prima in Hora hic corripiatur, iubent rescribi. Orae. Putant enim id firmari auctoritate Ouidii in xv. Metam- vbi canit.

--- & prisem pariter cum
corpore nomen

Mutae, Oranque vocat, quae nunc des inneta, Quirino. fed non dubito, quin fallantur, cum & aliqui Ouidii codices MSS. exhibeant, Horanque, & ita omnino fit legendum, ld enim Herfilia Congruit, & tereti serpens dat vulnera gemmae. Tertius vnanimis veniens cum millibus Auchus

Cimmerias offentat opes; cui candidus olim Cri-

cuta. Graecis enim est See. Vide Plutarchum in Quaestionibus Romanis. Nonius, Hora, iunensutis dea. Glossae, louenta, açu: ita legendum. Ennius,

60

Teque Quirine pater veneror, Horamque Quirini. vbi manifeste primam Horae pro-Quod igitur ea Ouidio

& Valerio nostro sit correpta, fa-Stum eadem licentia, qua veteres vsi in voce Orion. Voss.

v. 58. Specimen] Ex Maronis x11. [v.,163.164. vbi vide Heyne in V. L.] de Latino,

- cui tempora circum Aurati bis sex radii fulgentia cinguns

Solis ani specimen. mox, vtrimque, non vterque fcripti, Heins. Orae & hic & apud Quidium habent scripti plurimi. sed Heinsius ibi malebat, speciem quam fpecimen. sed nihil mutandum: Specimen enim est effigies, imago, quae matrem quali menti & oculis referret. Apulei. Miles. x1. Princ. Augustum Specimen Deae praesentis. fic & pro infigni, [fiue documento, quod argueret matrem Horam. HARL.] quo gloriabatur, & genus suum oftentabat, potest capi, vt Gloff. Beigue, Specimen. Senec. Theb. 184.

specimen domus. quod Delrio gloriam, decus, vel potius insigne explicat, quem vide. Plin. xxxvi. nec maius alind

Non te ve reducam veteris ad

filia nomen post mortem conso- quod inter baec fola memoratur. & xxxv. 2. quo maius nullum est felicitatis specimen, quam semper omnes stire cupere, qualis fueris aliquis. Burm.

> v. 58. Aduersus] Aduentus noster codex Burm.

v. 60. Anchus] Legunt alii, Auchus. quod si verum est, nomen poterit effe deductum ab vrbe, cuius meminit Ptolem. lib. v. qui Auchin iuxta Plarin ponit. & hinc deduces forfitan Anchesas populos, quorum meminit Solin. xx111. & Plin, lib. vt. cap. 7. hos Herod. in IV. Auchasas appellat, a Nitoxa progenitos, nec te fallat mendolus codex Plinii, habens pro fronte lib. v1. cap. 5. Anchaei, cum tunc Plinius velit Achaeorum meminiffe, qui ab Argo nomen sumferunt. alii habent, Anchus, & infra, capus eripis Anchi. nihil muto. cum codice Bononiensi lego, Anchus. [nisi sit error typographicus, non recte Maserius inspekit Bonon. cod. is enim habet Auchus. HARL.] vt lubet, legant alii. MASER. Antus noster codex. Auchus Ald. & lunt. Auchus Pil & aliae. Burm.

v. 61. Ofensat opes] Exprimit Graecorum delles divepso. de quo Victor. Var. Lea. v. cap. 1. & vade Latini passim, oftendere & oftentare aciem, copias, 8. vbi in conspectu hostium, lacessendi & prouocandi gratia, eas instruunt. Veneris Praxiteleae fpecimen, quam inf. verl. 544. Modo cognasis often-

Crimis inest, natale decus: dat longior aetas Jam spatium, triplici percurrens tempora nodo: Demittit facro geminas a vertice vittas.

Dathin Achaemeniae granior de vulnere pu-65 gnae

Mi.

oftentat Achiuis. Stat. VII. Theb. 620.

nec bostem

Nascere. Florus IV. 2. Caefar pro natura ferox, & conficiendae rei cupidus, offintare aciem, pronocare, laceffere. & ita facpe alii, quorum verba adscribere parcam, vide Liu. xx1x. 7. xxx1v. 13. & 29. Tacit. x111. Ann. 40. & 56. Frontin. 1. v. f. 3. & alios. paullo aliter expressit Lucan. IV. 24.

Prima dies belli ceffauit Marte cruento,

Spectandasque ducum vires, numerosaque signa

Exposuit.

عرفت

Iustinus de Alexandri & Darii exercitibus lib. x1. 13. ante proelium meraque acies bostibus spectaculo fuir. vbi vide Vorstii notas. Burm. v. 62. Nasale decus] Vide ad Petron. cap. CIX, BURM.

v. 62. Det langior actas lam fasium triplici percurrens tempora modo | Haec corruptissima sunt. putabam aliquando,

- star aënea cassis, In spatium triplici percurrens tempora cono.

vt de triplici crista intelligatur. apud Maronem, [vii. Acn. 785.] Cui triplici crinita inba galea alta Chimaeram

Sustinet. nester libre 111. 62 apud Statium,

Ter nives scandente inba. sed & quadruplex crista aliquando. Apol-Nec sese vacat oftentare, Ionius de Stheneli vmbra,

- kudi di xadi Τετράφαλος φείνικι λόφψ Ιπελάμ-

METO WHAYE. vulgatum sic interpretari potes, actas longior & prouctior dat spatium & longitudinem capillis. HEINS. Nihil hic falebrofi & difficilis, quod manum medicam meretur. sensus apertissimus. Auchus, cui a natali candidi coloris iam capillus erat, procedente actate longos habebat crines, vt in tres nodos tortas gereret, qui tempora eius percurrebant. spatium de crinibus in longum crescentibus cur displicuerit Heinsio vix capio, cum ipse apud Ouid. 1. Am. xIV. 3. Spatiofos crines vindicauerit pro Speciosis. & spatium de omnium membrorum, & ipsius corporis modo ampliore & longiore dici obuium fit, vide Gronou. ad Senec. Hippol. vers. 806. Burm. pro vittas Bonon. vitioie victas. HARL.

v. 65. Datin Achimeniae] Scribo, Datis, ex prisco codice. est ducis nomen, sed ita, vt populum Thraciae innuat. de quo Plin. lib. Iv. meminit. Pius. Ita Lugd. & Argentor, vetust. Paris. Dat is Achimeniae. Maserius, Dethim Achimeniae, vt & vet. cod. recte. CARR. Maserius notat quosdam Dar in legere, ipse legit & edidit, Datin Achemeniae, & Dasin nobile nomen apud Persas fulc Missit in arma Daraps; acies quem Martia circum

Gangaridum, potaque Gerys quos efferat vnda, Quique lacum cinxere Bicen, non desuit An-* xur.

Non Rhodalo cum fratre Sydon: Acelinaque · / · · · · · · · · · · lacuo

70 Omi-

fuife docet, noster corrupte, Dat Machemoniae Burm. Dat in, [quod quidem veram lectionem Daein arguit,] Achemoeniae, Bon. Datis nomen proprium ducis cucuiusdam Perfici est quoque apud Corn. Nep. 1. 4. 1. & cap. 5. 4. HARL.

v.65. Granior de vulnere] Tardior, vix incedere valens, nec huic bello interesse propter vulnus. Vellei. Paterc. 11. 55. Cn. Pompeius, grauis valnere, inuensus inter solisudines auias, interemsus est. vide ad Ouid. 1. Met. 443. BURMAN.

v. 66. Misis in arma] Virgilium expressit, qui lib. 11. Aen.

Pauper in arma pater primis bac misis ab annis.

vide ad Ouidii Nucem vers. 110. infra vers. 406. ad proelia mittere dixit. male autem Pius distinguens post, pugnae, hic nouam periodum inchoat, & supplet, Darabs misit suos populos in arma, cum cohaereat, & ordo sit, Darabs grauior de vulnere misit Datin. Burman.

v. 66. In arma Daraps] Vet. cod, in arma Claraps; idque, vt ostensum est, ex litterarum affinitate, quod saepius indicare non decreui: nam breuitati studens nis liber. noster cum vulgatis, omnia haec transeo, arque adeo nihil fere posthac praeter lectio- Colin. & Gryph. Radalo noster

nes variantes attingam. CARE. Darabs, Bonon. HARL.

v. 67. Gerys] Gerys nofter codex. Gerus, [Bon. &] Maserius, qui dubitat, an non legendum, pota Gerrus, quia Gerros fluuius passim dicitur. Gerus etiam reliquae editiones ante Carrionem! Gangarides vero suspesti sunt cum longo a Gerro & Scythis spatio distent. Burm.

v. 68. Quique lacum cinxere Bucen | Male alii, Bicen ; Buces, aut Buges, lacus in Ishmo fere Chersonesi Tauricae est. Meminere cius vero omnes Geographi. Corruptum eius nomen restituendum Pomponio Melae lib. 11. cap. 1. Ab iis Essedones vsque ad Macosido. Huius flexum Hyrgis amnis fecat. Nam lectio haec in hortis correctorum creuit. Antea legebatur, Butes. Vnde omnino Buces legendum. Buces enim lacus & amnis est. Voss. Bycen scripti, [& Bonon.] Buces est Plinio. HEINS. Bycen Maserius iam edidit. Bicen alii. BuRM.

v. 68. Anxur | Quosdam Affur legisse dicit Maserius, ipse tamen Auxur praefert. Burm.

v. 69. Rodalo cum fratre Sydon | Vet. cod. non Radalo cum fratre Fidon. CARR. Sic Carrio-Sydon. Heins. Rhodalo Argent. Rhada-

Omine fatidicae Phrixus mouet agmina cer-70

Ipla comes, saetis fulgens & cornibus aureis. Ante aciem celsi vehitur gestamine conti Moesta, nec in saeuae lucos reditura Dianae.

1.15

Mouit

le-fyden. Bonon. HARL.

vet. cod. alii, Acesinaque leuo. Carrion male edidit, Vaticanus, Sydonya caefinaque. Aldino codice. fed Acefinus fluuius Scythiae, etiam Plinio me-Siculo, & Straboni & Plinio libro vi. pro Phrixus, etiam maluerim, Chrixus. quod nomen barbarum, idque & in Silio Italico occurrit. HEINS, Cefinaque leno Omnia fatidicae noster codex. & Maserius quosdam Cefinaque, alios (besinaque legere notat. Cesinaque laeno Ald. & lunta. BURM.

v. 70. Fatidicae] Explicat Turneb. xxix. 'Ad. 21. SCHOTT.

v. 70. Phrixus] Sic habent antiqui codices, vt a populis Phrizis nomen detorqueatur, a Pbrime portu apud os Ponti. gentile, Phrisius. Pius. In Maserii notis Phrysus etiam exhibetur, aliae editiones, Phryxus. BURM. acefinaque - pbrysus. Bonon. HARL.

v. 70. Cerune] Mox ipfi cormua dat, vt saepe alii, non quod putauerint veteres ceruas habuif-

Rhadalo Pii Ed. vnde Heinlius se re vera cornua. sed quia Grae-Rhadano petierit, nescio: nisi li- ci passim cernam pro ceruo ponebrariorum culpa sit. Burn. reda- re soleant, non agentes de sexus discrimine, sed in genere, de eo v. 69. lacefinaque leuo] Ita animali; & ita in aliis etiam animalium nominibus, quae saepe feminino genere exprimunt, li-Jacefinaque. Acefinum enim amnem, cet agatur tam de maribus, quam non lacefinum Geographi norunt. feminis: ita Echidnaen canis Cer-Voss. Pro lacefinaque primus berus dicitur Ouidio vii. Met. 408. & canes, vbi de venatu agi-Regius, Sydon Caefinaque, cum tur, fere semper feminino genere ponuntur. vide ad Ouid. 111. Met. 140. ita contra Les pro Lemoratur libro IV. cap. XII. Ane- aena infra vers. 347. vbi plura elves flutius est Indiae Diodoro de eo dicemus, sed ne in hac de Cerua disputatione diutius haereamus, remittimus lectorem ad Reines. 1. Var. Led. 18. Graeuü LeSt. Hesiod. cap. xx1. Muncker. ad Anton. Liber. cap. xx1. Kuhn. & Perizon. ad Aelian. x 111. 35. & praecipue ad Ill. Spanhem. in Callim. Hym. Dian. verf. 108. Tristanus vero tom. 11. Comment. Hift. pag. 581. hunc locum adducit, vt oftendat ceruam auratis cornibus, hic fuiffe signum militare, vt Aquila apud Romanos, & caput Afini apud Dacos, quod iam Pius notauerat, qui picam fuisse censet, & infigne, quo diuidebatur acies. BURM.

v. 72. Vebitur] Vebimur noster codex. Burm.

v. 73. Moesia necis saenae inco reditura Dianae] Sic Bonon, ex. & al. HARL. Nihili haec funt. scribendum.

Mor-

Mouit & Hylaea Supplex cum gente Syenen Inpia germani praetentans vulnera Perses. Densior haud vsquam, nec celsior extulit vllas Silua trabes; fessaeque prius rediere sagittae, Arboris ad fuminum quam peruenere cacumen. Quin & ab Hyrcanis Titanius expulit antris 80. Cy-

Moesta, net in saenae lucos reditura Dianae.

quam coniecturam confirmat Aldinus liber. nist quod illic, luco reditura exhibetur. facus Diana, Diana Scythica, quae facrificiis humanis placabatur. Heens. Noster codex cum Aldino conspirat. BURM.

v. 74. Syenen | Nomen proprium ducis, qui in auxilium Persae concedebat cum populis Hyleis. alii codices habent, Syenen. prisci, Syrenen. Prus. Sunt qui legunt, Sirenem cum codice Bonon, nec de Syene intelligas in Acthiopiae & Aegypti confinibus, vmbras nusquam fledente, vt inquit Lucanus. Mas. Quae alii de Syene Aethiopica [v. Strab. xv11. pag. 215. in Geogr. vet. scriptor, gr. minoribus, vol. 11.] hic afferunt, tantum absunt a veritate, quantum ab Aethiopibus abfunt Scythae. Ego vix BURMAN. dubitem, quin a Syanis nomen illud Syenis deduxerit Valerius. Erant autem Syani ad Caucasum montem. Vide de iis Strabonem lib. 11. Plinium lib. v1. cap. 4. aliosque. In MS. Carrionis legebatur, Sirenem. Perperam. Nam & infra Syenis mentio. Voss. Syrenen scripti. puto, Sydenen, quae regio prope Themiscyram Straboni & Plinio. HEINS. Sienem Ald. BURM.

v. 75. Praetentans] Noster, tensans. vide ad lib, 1. 313. Bur-

v. 78. Arboris ad summum] Deest hic versus in libro manufcripto, sed cum omnes editiones eum agnoscant, certe Valerianus effe videtur. CARR. Imitationem esse Maronianam ex lib. 11. Goorg. 123. notauit Pius. vbi vide Cerdam, qui simile de India narrat ex Plin. VII. 2. Arbores tantae proceritasis traduntur, vt fagistis superiaci nequeant. vide Solin. cap. 55. fessae autem poetice dicuntur sagittae a conatu superandi cacumina arborum. ira de disco Stat. vi. 682.

Ille citus sublimė petit, similisque cadenti Crestit in adversum, tandemque exhaustus, ab also Tardior in terram redit, atque immergitur arnis.

v. 79. Hyrcanis] Sunt, qui scribunt, Herciniis, pro Hercinio saltu Germaniae, quod non probo, refragantibus priscis exemplaribus; nec auxilia tam longe petenda fuerunt. Aduerte tamen, non Hyrcaniam intelligi Iudaeae proximam, nec Hyrcaniam Lydize, sed Thraciae ciuitatem, de qua meminit Stephanus de Vrbibus, cuius Gentile, Hyrca-

nius. Pius.

T. 80.

80 Cyris in arms viros: plaustrisque ad proelia cunctas

Coraletae traxere manus: ibi futilis illis Et domus. & crudo residens sub vellere coniux.

Et

habent, Cyris, yt forsitam, intelligat de ciuitate, quae Kies mb-Au dicitur a Stephano, quae alio nomine Cyrechata vocatur, est in finibus Perfidis, ciuis Cyropolites. est & Cyrus ciuitas Syriae Polybio in v. & Straboni. de Cyrestica regione Polybius in Armeniis. de Cyro flumine multiplice meminit Strabo, nec dissentit Valerio, de hoc Plinius in vi. Prus. Cyrus Maserius, qui de Cyro fluuio, quem Titanium a cultu Solis, cuius templum & arae ibi erant, dictum notat, & plurima alia affert. sed cur non a nomine Cyri, quod Lingua Perfica Solem notat, quem vnum Deum Persae habent, vt omnibus ex lustino & aliis notistimum. Pius vel Solis filium, vel ferocem, vt Titanes & Gigantes, explicat. BURM. Conf. Strabon. Geogr. libr. x1. in Geogr. min. gr. pag. 142. fq. HARL.

v. 81. Coeialeae] Sic ex. Bon. & cod. Pii. HARL. Erunt qui, Gaealeae legent ab errore & terra. Plinius nominat quosdam Alos, seu Halos. Hermolaus dictionem esse mutilam, & prioribus literis truncatam, fed Corallos, vt infra, sentit legendum. MASER. Cocialeae omnes libri vulgati. notantur, inquit Maserius, Aorsi, Hamaxobii, Siracii & Georgi, quorum Plinius lib. 1v. & Strabo 11. meminete. Hermolaus cen-

v. 80. Cyrus] Prisci codices non ita multum dissentit vet. codex, legens, Goralerae, quae vera est lectio. CARR. Alii cod. habent, Cocaleac, fed nec Coraletas, nec Coeuleus noui. Turifimum tamen visum retinere scripruram MS. Carrionis, quae ell, Coraletae. Lorte iidem funt, qui Pomponio Metae dicuntur Corfitae lib. 1. cap. 11. Super Amazonas & Hyperbureos Cimmerii Scythae, Heniachi, Georgi, Meschi, Corficae, Phoristae, Riphaces. Nisi hic, quod viris dollis visum, Circerae sit rescribendum. quo tamen disquirendum. Illud certius, Pomponii priora verba, ita vt appofui, perperam vulgo scribi. sane veteres codices exhibent: Cimmerii, Ciffi, Antiachae, Georgi, &c. vnde omnino legendum : Cimmerii, Ciffianti, Achaei, Georgi, &c. Cissiantos inter populos Scythiae numerat etiam Plinius lib. v. cap. xiii. Achaei autem omnibus noti. Certiffima haec coniectura. Vossius. Malim.

plaustrisque ad praelia vettas. vel iunefas. Coraleias rece Carrion reposuit. primus Vaticanus, Coeia latae. Regius, Coeia letae. Cercetae, qui populi Colchorum, legit Baptista Pius, vel Arfietae qui in Sarmatia, ex Plinio & Ptolemaco: vel Caela, Lerae. vt duas Thraciae ciuitates coniungat. idem, iunctas manus malit, quam, cunstas. Heins. In nostro codiset hic legendum, Coralii, a quo ce illa, plaustrisque ad proclia cunct as Et puer e primo torquehs temone cateias. Linquitur abruptus pelago Tyra; linquitur & mons

Ambenus, & gelidis pollens Ophiusa venenis.

Dege-

cunfias Coraletae traxere, decrant.

v. 82. Sub vellere] Lugdunent. & vet. cod. fub vulnere: male. CARR. Crudum vellus est corum, quo plaustra texisse Scythas etiam lustinus lib. 11. 2. & alii testantur. male Berneccerus pro coriis, corsicibus tentabat. Burma.

v. 83. Carcias] Hastas. Alexander lib. vi. cap. xx11. Bul.

v. 84. Abrupins] Abruptis nofler liber, [item ed. Bonon.] & ita Pius, qui explicat, linquitir Tyra a populis Tyranis, auulfis illis a rege suo per vim, a pelago Euxino. male. abrupins Tyra, vel Tyras fluuius dicitur, quia praeceps, rapidus, vt abrupii torrentes Flor. iv. 12. Germ. Phaen. 48. Abrupti fluminis influr. Stat. VII. 316.

Tunc pater abruptis cum torrentissimus exis

Fontibus & 1x. 27%.

Visimus abruptas enfis descendis in vndas.

vbi Schol. Barthii, quae ibi evant profundissimae. idem & lib. v. 423. abruptum sultum pro praecipiti dixit. Tyram autem rapidum fuisse docet Ouid. 1v. ex Pont. 10. Et nullo tardior amme Tyras. Tyra vero pro Tyras vt & apud Plin. 1v. 12. sic Hermagora, Marsya & similia. vide ad Quincill. de Inst. Orat. 15. & Bentl. Epist. ad Millium. pag. \$1. Burm.

v. 85. Embolus] Exemplaria verusta habent Ambenus, de Embolo, vel Eubolo, aut Ambeno Graeci poetae, qui Argonautica scripsere, nihil meminere. Credo Flaccum secutum Graecos alios, qui nunc non exstant, qui vel huiusmodi populos aut recensebant aut confingebant. nus, Ptolemaeus, Strabo, Plinius de hoc loco vel populo pariter tacuere. nisi quod de vico Embolo fit mentio a Ptolemaco lib. vi. quem in Arabia felici collocat. Hermol. Barbarus, in omni doctrina minime barbarus, scribendum hic censet, Embolus ex Herodoto, qui de Embolo meminit ad Borysthenis & Hypanis tradum, quod valde congruit. Pius. Sunt qui legunt, Ambenus, quibus aduersatur Hermolaus citans Herodotum 1v. 53. dicens etiam Embolium vrbem esse: legitque apud Plin. 1v. cap. 12. oppida Cremense & Obolum, vbi prius, Cene Scepolium. dicunt etiam ἔμβολον esse genus nauigii velocissimi. Quintianus hunc locum citans legit, Ambenus. ego lego, Embolus. Despauter: in Mediis ait, Ambenum effe apud Val. v1. viri nomen, & recte. sed ex sequentibus probationem quaerit. Mas. Maserius cum [Bonon.] Lugd. & Argent. Embolus. Quintianus Stoa, Ambenus, vt vetust. Paris. & liber manuscriptus habet. CARRION. mons Ambenus in scriptis, constanter. deinde etiam forte, - ge-ВЫЬ

Degeneresque ruunt Sindi; glomerantque paterno

Crimine, nunc etiam metuentes verbera turmas.

Hos super aeratam Phalces agit aequore nubem

Cum fremitu: densique leuant vexilla Coralli:
Barbaricae quis signa rotae, ferrataque dorso
Forma suum, truncaeque Iouis simulacra columnae:

Proelia nec rauco curant incendere cornu; Indigenas sed rite duces & prisca suorum

Facta

– gelidi pollens Op**biu**fu veneni.

pro, gelidis venenis. sic & potens vt plurimum cum secundo casu ingitur. pollens vini habes apud Plautum. Herns. posset & pallens legi. vt lib. v11. 586. Burm.

v. 86. Degeneresque ruunt Sindi] Ammianus scribit, Peninsulam este, quam Sindi incolunt, ignobiles propter heriles in Asia casus, coniugiis potiti dominorum, & rebus. Carrion. Vide lust. 11. 3. male Pius exponie degenerantes a maioribus, qui fortissimi suere. sed degeneres sunt seruili origine, non ingenua. Burm.

v. 88. Hos super erestam] Aerasam rece habuit V. C. Carrionis. Alii omnes, erestam. Inepre. Per aerasam nubem intelligit Valerius nimbum telorum aere praefixorum. Constat enim veteres non solum ferro, sed & acre tela hastasque muniisse. Voss. Aerasam Carrionis liber & primus Vaticanus. puto, elatam nubem. pulueris videlicet. sed apud Statium Theb. VIII. 408.

Nubila.

de sagittis. Silius lib. VIII. Tullius aeratas raptabas in agmina
surmas. malo &, bis saper, id
est, praeter hos. vel, boc. HeINS.
Ego mallem, aeratam pubem, hastis aereis armaram. nubes enim
rectius dicitur, cum tela emiss,
velut nubes, tegunt aera, in qua
locutione luxuriare saepe poetas
notum est. vt supra 11. 521. &
alibi. nubem pro ipsa multitudine
militum capiunt Pius & Maserius.
& ita scio vocem hanc vsurpari.
vide I. 396. sed hic non probo.
Burman.

v. 90. Ferrataque dorso Forms fuum] Quia apud Scythas sues erant despicatissimi, Hystrices intelligit Maserius. Burm.

v. 91. Columnae In nostro codice erat, columnar. vide lib. 111. 444. consulendae hic notae Pii, quae longiores, quam vt hic inseri potuerint. Burm.

v. 92. Nec ranco curans incendere cornu Indigenas] Decrant haec nostro codici. Burm.

v. 94.

Facta canunt, veterumque viris hortamina landes.

Ast vbi Sidonicas inter pedes aequat habenas: .95 Illine juratos fecum trahit Aea Baternas:

Quos,

v. 94. Falls canunt | Fata pr. Vaticanus. HEINEIUS. Et nofter

codex, fara. Burm.

v. 96. Aes Basernas | Hermolaus in Plinium lib. 1v. cap. x11. pro lagyges & Absternae icribendum, inquit, lazyges & Baflernae, vt constat ex Strabone & Ptolemaco, dicuntur & Bafternae Dionysio. Versus in Ouid. corrigendus est de Tristib. lib. 11. 191.

Laziges & Colchi, Mesereaque turba, Getaeque.

& legendum eft, Inzyges. Flaccus quoque post Corallos statim Subjungit, Basternas, Baternas appellando: ita enim canita

Illine iuratos in se trabit Aea Baternas.

Esti ea scriptura, quam omnes agnoscunt, mihi non contemnenda videretur: non potui tamen difimulare vet. cod. lectionem, quae talis est:

Illinc invatos secum trabit Exabaternas.

alii legunt, in fe trabit Aea Baternas; indicent doctiores. CAR-Baternas dixit Flaccus, Erre ve Basternas. In Aldina editione perperam vno vocabulo legitur, Acabaternas. Nec placet quod in Carrionis MS. fuit,

Illinc iurasos secum trabit Exa Baternas.

Quamquam non fugiat me, dodiffimum Valesium in notis ad excerpta Ioannis Antiocheni hanc lectionem sequi, ac existimare Exa populi nomen esse, cui contermini effent Bafternae. sed coniectura ista est. Certifima est le-

ctio, quam fide editionum vetustiorum reposuimus,

Illine iuratos in se trabit Aca Basernas.

Ait Valerius, Acacam iuratos Basternas in se traxisse. Aca enim pro Aeaea posuit, vt & alibi. Nec aliter Apollonius, qui id oppidum nunc A'my, nunc Aminy Sic & Aeta pro Aeeta nuncupat. non semel dixit Valerius, ita Dicarchaei Graecis Auxanaguatu. Forte scripsit &, iuratas caternas, Voss. Ita Carrion, cuius tamen codex, Exabaternas. vulgati, in se trabit Aea. forte scribendum,

Ast ibi Sidonicas acer pedes aequas babenas.

vel, Inter pedes errat babenas. nisi sub voce inter peculiare aliquod nomen gentis delitesceret. Sed cum Sidonas Basternarum gente recenseat, ac illorum partem faciat Strabo, videtur corrigendum, ne eiusdem populi bis meminerit.

Post Essedonicas inter pedes errat babenas.

vel, Hine Assedonias. fic & apud Lucanum libro 111. 280 [vbi v. Oudend. & rel. interpretes.]

Hinc Esfedoniae gentes, auroque ligatas

Substringens Arimaspe comas. vbi perperam in vulgatis fcriptisque, & Sidonine vel, & Sithonine constanter legitur, nist quod in vetustissimo fragmento, quod Lutetiae ad D. Germani adseruatur, exaratum exstat, Isidoniae. hoc eft, Iffedoniae. nam & Iffedones dicebantur Stephano Byzantio. Bbbs å Quos, duce Teutagono, crudi mora corticis armat;

Aequaque, nec ferro breuior nec rumpia ligno. Nec

& sic eos appellat Aelianus & Ptolemaeus. Assedones etiam nonnullis dicti. noster infra. 750.

Forte vbi ferus Iber, Esfedoniaeque phalanges

Marte carent.

vbi veterrimus liber Vaticanus, Iffideniae, quomodo optimae membranae in Lucano. Heinsius. Noster codex,

Ast vbi Sidonias insus pedes aequas babenas,

Illinc iuratos in se trabit aera
Batarnas.

censeo cum Heinsio, Isfedonias esse rescribendum, & in voce intus vel inter latere nomen populi, quem diuinare difficile; vel forte legendum,

Hinc Issedonias mixtus pedes acquat babenas,

Illine iuratos in se trabit Aea Baternas.

vt Issedonum copias acquo peditum & equitum numero constare dicat; ab Exa, forte, Exampeus fons apud Scythas posset deduci. fed hae funt hariolationes, citat enim Valenus, Atque vbi Sidonias. Iuratos in se [vti quo que legitur in ex. Bonon.] mutari non debet: Aea trahit. lacessitos scilicet, & prouocatos iniuria Perfis, Baternas, qui iurati funt in eius exitium & ruinam, & quafi facrata lege conscriptum in Aeam vrbem ducunt exercitum, eleganter enim iurare in aliquem co sensu dicitur. Stat. vii. 382.

Nam liber in arma Impetus, & meritas viero iurafiis in iras. vbi Lutatius, iurare proprie est, quotiescumque sacramento exercitus in aliquo bello conspirat. Tacit. 1. Hist. 76., Primus Osboni siducion addidit ex Illyrico nuncius iurasse in eum Dalmatiae ac Pannoniae & Moesiae legiones. Ouid. 1. Met. 242. In facinus iurasse putes. Burm. v. supra ad v. 416. & ad v1. 750. De Bastarnis v. Scymni Chii Fragm. in Script. geogr. minor. vol. 11. pag. 46. HARL.

v. 97. Teutagono] Tentageno

codex nofter. BURM.

v. 97. Mora corsicis] ld est, scutum ex cortice arboris, quod, vt reste Pius, moratur tela, net transitum illis dat. Stat. lib. v11. 277. Arborei dant scuta simili modo Ioseph. Iscan. 1. de Bell. Troi. 429.

Thorncisque moras, clypeique vubrumina rapsim

Diffipat.

Ita Ouid. x11. Met. 97. de Cygni telo in Achillis scurum misso, quod & aes, & proxima rupit Tergo nouena boum; decimo tamen orbe moratum est. Burm.

v. 98. Rumpia] Codex Bonon. Noster tamen habet rompia. hunc citans locum legit, rbon-Maferius, in scriptis nopben. Et fanc ftris. jeupain Graecis. fecundam producit fyllabam Claudianus. Hefychius, Poudaise, igéκιον, άμυντήριον, μάχαιρα, ξίθος, ў екбитіви накрови, apud Gellium tamen libro x. cap. xxv. inter caetera telorum genera recenientur frameae, mefanculae, cateiat, rumpiae, scorpii, sibenes. mox 2dNec procul albentes gemina ferit aclyde parmas,

100 Hiberni qui terga Nose, gelidumque securi Eruit, & tota non audit Alazona ripa:

Quos-

dit, rumpia genus teli est Thracae nasionis, positumque boc vocabulum in Q. Ennii Annalium quarso decimo. Heins. Vide notas Pii, & Weitzii. Burm.

v. 99. Ferit aclide parmas] Ferit aclyde Regius. [& ex. Bonon.] quomodo de Hispaniae populo Silius, quem cetras plaudentem telios describlt. Heins. Sine dubio ferit legendum. vide supra v. 561. palmas noster codex. albentes parmae, sunt sine insignibus. Virg. Ix. Aeneid. 548. parmaque inglorius, alba. vbi vide commentatores. & quae hic Maserius. BURM.

v. 99. Aclide] Aclides tela sunt, sic dicta quasi drudies, a cuspide, vel quasi drudies, vel Turnebo placet, cum & drudies, vel Turnebo placet, cum & drudies Graecis iacula sint, lib. xxx. cap. xxx. De his praeter Virgilium lib. v11. Aeneid. vs. 730. etiam Silius: Aclidis vsus eras. Bul.

v. 100. Tybarni qui terga Noae]
Scribo ex antiquissimo exemplari,
Hiberni. hoc est, gelidi, niualis
& rigidissimi. de quo stunio, cui
nome est Nonas, superius [ad
1v. 719.] est habita mentio.
quamuis Nonae auctore Ptolem.
lib. 111. sit ciuitas penes Danubium. alii exponunt locum Sarmatiae, quem Prolem. lib. 111. inquit appellari nona moenia. de
Tybarnis tamen populis in ora
Colchica meminis Strabo. sed
ego priscum codicem sequor. Ptvs. Sunt qui legunt, Tybarni

cum codice Bonon. sed cum dixerimus Tibarenos esse, & breuis prima sit, legam, biberni. Nec me praeterit, viros sane quam, conspicuos legere, Tybarni qui serga nouem. quod verum ne sit, facile posiunt iudicare eruditiores. pro None alii legunt, Noune. Herodot. in Melpomen. Noes, vbi funt, qui legunt, Noëes. Graecus codex habet, Noús. MAser. nouse ex. Bonon. Lugd. & Argent. & scripti libri Heinsii. Sed hoc iam monente, Nóve fluuius est Herodoto. Noae Maser. ed. Par. al. Hiberni qui terga Norae cod. Carr. & plures edd. habent biberni. at Tybarni Bon. Tybarni -- nouem Quinctian. Stoa male coniecit. HARL. Noue noster codex. gelidum autem, scil. Noën glaciatum, securi secat, & eruit quasi frusta securi ex solido sluvio, vt liquefacta bibere possit. Claud. 1. in Ruf. 314. caefamque bibens Moeotida Alanus. vide Ouid. 111. Tritt. 10. & passim, Burm.

v. 101. Tuta non audit Alazona ripa | An suta? vel sacita? de ripa tacira ad Claudianum vel. lege, nota. vid. ad lib. Iv. 228. HEINS. Non percepife mentem Valerii videtur vir nobilissimus. ita glaciatum suuium dicit, vt a sonte ad ostia vsque accola nullum labentis sonitum audiat, vt fere Pius explicat. tota ripa est per omnem suuii cursum. Flor. lib. II. 16. primam Critolai manun Metellus consul per pasentes Elidis sampes sono cecidis Alpheo. & lib. Bbb 3

Quosque Taras, niueumque ferax Euarchus olorum.

Te quoque venturis, ingens Arialmene, seclis Tradiderim, molem belli, lateque ferentem 105 Vn-

III. cap. 4. Minucius toto vastauit Hebro. Burm.

v. 120. Quosque Taras] Scribo, Tyras ex Plin, lib. 1v. 12. aduerte ne potius Teras sit legendum, quoniam infra de Tyro mentio fit. de Taro flutio praesi legis, Torus, qui est fl. Colchidis, de quo Strabo lib. x1. quoniam de Tyra alibi. Prus. Teras noster codex, certe de Tyra iam ante mentio facta. Bunn. Taras scripti Heinsii & ex Bonon. ac Paris. Tyras Lugd. & Argent. Turax cod. Carr. HARL.

v. 102. Nineum olorum] perpetuo epitheto. Virgilius 11. Georg. vf. 199. pafcentem nineos berboso in flumine cicnos. lidem purpurei, eodem sensu. Horatius IV. Od. I. purpureis ales oloribus, hoc est, dylasts, dylasubsequis. Nam quicquid pulchrum aut splendidum, purpureum dicebant, monente Scaligero in Coniectaneis. Sic Ouidius, seu potius Pedo Albinouanus, ad Liuiam ninem molem corporis intelligit Ariasetiam purpuream vocauit: purpurea sub nine terra latet. Bu-LAEUS.

v. 102. Enerchus] Non minus libenter legerem, Euergus, a quo, Euergetae populi, ad quos ex Drangis iter est, inquit Strabo gna se mole ferebat. & 111. 656. in xv. & Curt. in v11. 3. [1. vbi de Polyphemo. vassa se mole mov. interpret. Curtius vero vocat uentem. & Florus Gallis 1. 13. illos. Arianos. HARL.] qui cos molemcorporis dat. late laseque, Ariones vocat, nihil tamen tollo. vel longe lateque, vel longe longedocet egregie huc faciens locus quibus vide Bentlei, ad Horat. 1.

Etym. M. 'Eugener, True inulities δ Κύπνος, δια το έπιτυχώς naivisas TO SECU TE ANIMANC. RAI YEE SI meráfodes eddymizómeres tür mebter ώνητάς, ευάρχες καλόσι. Φασί δο кој потарбу тіук писк тур Туубпуу [lege Eirbays] "Eugeneor und tur ter Flaccum nemo fomniat, quid Agyerautur meeruyeeeveday, 20' & nebror inter. De Dieter Eudeelur; 'H of 'Eunoxoso pies adies aud) his-Seev. Euerchus edidit Pins & eum secuti alii. Burm.

v. 104. Molem belli, lateque ferentem] Maluerim, lateque furentem Vndique falcato deserta per aequora curru. sic ense furere, de quo lib. 1, vf. 144. Heins, Suspecta haec funt. an Ariasmenum vocet molem belli, an falcatos currus? vtrum eligas, sententia non fatis plana. suspicionem auget codicis nostri scriptura, quae vna voce auctior versum septem pedum facit, molem belli, late lateque ferentem. quare forte, extrita voce belli, legi posset,

molem late laseque ferentens. meni, quem ingentem vocauit. sie lib. v11. 599.

In caput inque bumeres ipfa vi molis & irae

Proruit. Virgil. vIII. 199. de Caco. ma-Nihil mutandum esse que sunt vsitatissimae formulae, de

Sat.

105 Vndique falcatos deserta per aequora currus. Infequitur Drancaea phalanx, claustrisque pro-

> Caspiadae: quis turba canum non segnius acres Exfilit ad lituos, pugnasque capessit heriles. Inde etiam par mortis honos; tumulisque recepti

positusque virum: nam pectora Inter auos ferro,

Terribilesque innexa iubas ruit agmine nigro, Latratuque cohors: quanto sonat horrida Di-

Ianua, vel superas Hecates comitatus ad auras. Ducit

Sat. VI. 18. hic tamen ita diuiferim, vt fit ferentem late molem, & late currus falcatos. molem belli supposuit librarius, cum semel lare aliquis scripsifiet, vt suppleret versus mensuram. & quia ilita nonam belli molem Florus 11. 6. molem pugnae Liu. vir. 32. & alii. posset & post ferentem distingui, & nouo initio sensus facto, legi, coniunctis sequentibus,

Vndique falcatos deserta per ac-QUOTA CHITUS Insequitur Draucaea phalaux.

BURM.

v. 106. Drangea phalanx] Lego, Drangaes ex Strabone in xv. & Plin. in vi. Maser. Drancaea scripti Heinsii, qui probat, ex. Bonon. & cod. Carrion. HARL.

v. 107. Acres] Acre Editiones Pii, Arg. Colinei. & Gryphii. male: nam acres lisui funt, qui acerrimum sonitum edunt, vide fupra ad vers. 28. Ennius. Inde loci lienus foniens offudie acueos. Stat. vi. Theb. 228.

Es lisuis aures circumpulsantur acutis.

Burm. adde Horat. 1. od. 12. 1, & Klotz. lection. Venus. pag.

173. fqq. HABL. v. 109. Tumulisne recepti Inter lam locutionem sciebat obniam; auos positusque virum] Positus pro sepulchris viderur sumi, a ponendo ferali verbo. Pius quoque posituras & conditoria interpretatur. cuius vocabuli aliud exemplum in antiquitate Romana non occurrit. opinor tamen Valerium dedisse nobis,

> --- tumulisque recepti Inter anos positique virum.

plura de hac voce ad Nasonem Artis libro 111, verf. 736. HEINS. Sed nec eleganter, recepti positique geminatur. haereo in hoc loco. etsi posisus pro sedibus, & sepulchris Flacco fingulare fuisse poffumus concedere. BURM.

v. 112. Quanto fonat borrida ditis] Quantum pri. Vatic. & mox fcripti, Hecates comitatus. Heins. v. 113. Vel superas aulas] quid

fi legas, auras? quamnis & in Bbb 4 pri-

Ducit ab Hyrcanis vates facer agmina lucis 115 Varus: eum Scythiae: iam tertia viderat actas Magnanimos Minyas Argoaque vela canentein. Illius & dites monitis spondentibus Indi, Et centumgeminae Lagea noualia Thebes, Totaque Rhipaeo Panchaïa rapta triumpho.

120 Di-

prisco codice legatur, aulas. quam lectionem tueri potes, pro recesfibus & locis amoenioribus, contrariis inferorum fetoribus. Prus. Vulgati, Superas Hecaten comitasus in aulas. Vetus codex, superas Hecates comitatus ad auras. CARR. in auras codex noster. BURMAN.

v. 113. Hecates comitatus] Canes Hecates, id est, furias intelligit Flaccus. Virgilius v1. Aeneid. [v. 257.] Vifaeque canes vjulare per vinbram Aduentante dea. vide Seruium ad 111. Aeneid. v. 114. Vates facer] Acer no-

fter codex. Burm.

v. 115. Vannus] Est nomen proprium, si ita scribatur, prisci codices cum a simplici scribunt, ve sit vanus pro demente positum: immo mendaci, qui male diuinaret in propriis rebus, sed quoniam Valerius inquit, hunc non vana de Minyis praedixisse, commodior est lectio, vt Vannus sit nomen proprium. Prus. Vanus mendax est, nunc viri proprium videtur esse, forsitan Varnus a Varna vrbe Mediae. Herodotus in Melpomene nonnulla adfert de Schytarum vaticiniis, quae fiunt salignis virgis, & de pseudomantiis, falforumque varum poena, ad quae si mauis, vanus referes. Maser. Varus liber calamo exaratus. alii omnes, Vamus. CARR. Vanus scripti. an est. Qui Lagae recipiuns, nescio

Aunus? Heinstus. Vannis in notis agnoscit bis Pius. Burm.

y. 115. Viderat aestas | Verus codex, viderat aetas. CARH. Inepte aeras ex MS. reposuerat Carrion. Voss. Enim Scychiae iam tertia viderat aestas noster codex. haesito inter haec duo: si enim senem fingamus, vt Nestora, potuit tertia aetas eum vidiffe canentem. & hoc augeret vatis venerationem. BURM.

v. 117. Illius & monisis spordensibus] Vaticinationibus eius promittentibus certam victoriam. monica vatibus proprie tribui vidimus lib. 1. 29. Spondere voro, grauius quam promittere, in hac re proprium est verbum, & reste vaticinationum fidem exprimit; lib. 111. 504.

Consiliis asque arte tua spondes adjure reges. vide ad Ouid. xv1. Ep. 114.

BURMAN.

v. 118. Lagi naualia Thebe | Prisci codices habent, Thebes, vt fit paternus casus, fic, naualia Thehus centumgeminae viitatius de vrbe Aegyptia dicitur, haec Thebe, Thebes. Prus. Alii habent, Thebes, Thebe aliis placet, item codices alii habent, Lague: funt qui Lagi, vt Bonon. [Lugd. Argentor. al.] eritque appolitio, Thebe centumgeminae, naualia Lagi, κατά πρόληψιν, quae frequent

120 Discolor hastatas effudit Hiberia turmas,

Quas

an voluerint Lagiae substituere, & tunc prima effet breuis, quae frequentius producitur. MASER. Longuena nonalia Carrion ex membranis suis. perperam. in primo Vaticano, Largae nonalia. Regius Lagae monalia. vnde procline elicere, Lages nouslis. quomodo erudite & vere Gronouius Obsernat. libro 1. cap. xv111. qui conpraeterea maluerim, fulendus. centumgeminae Thebae per adpofitionem, quod magis poeticum. apud Marcellum carmine de Medicina,

- Quadque ab Idumaeis vectum feplafia vendunt, Et anidquid confert medicis La-

gea cataplus. sic scribendum. vulgo circumfertur,: Lalages. vnde vir eruditistimus Ioannes Meursius Antiquitatibus Laconicis lib. 11. cap. xv1. Lelegea cataplus. Niliacum cataplum habes apud Martialem libro xII. Ep. 75. HEINS. lagi naualia thebae ex. Bonon. fed novalia corre-Qum est a docta manu. codex vero habet longe. Gronouii emendationem vnice veram esse, Vosfius quoque putat. HARL. Disquirit etiam Maserius, qua ratione Indiam cum Aegypto coniungat, & fimul Argonautarum aduentum praedicat, quibus longum temporis spatium satisfacere deberet. rede quidem, fi fupra sersia aesas legatur, non aeflas. practerea Plinii loco lib. v. 9. vbi nobile fama, copiosum Indicarum Arabicarumque mercium Nile proximum emporium memorat, putat communia inter Indos, Arabas & Thebeos commercia probati, & vectoribus potuife iangi vatem, aut verius cius

monitis & confilio victos fuiffe Indos &c. fed fortaffe rectius haec ideo coniungi potuiffe quis flatuat, quia Indiam veteres vsquo ad Aegyptum extenderint. vnde Ouid. 1. Art. 53.

Andromeden Perfeus nigris pertarit ab Indis.

Vide Cuper. IV. Obseru. 7. & hinc ortam illam opinionem Nilum apud Indos orici, de qua vide Epistolam Huetii tom. 11. 9. inter dissertationes eius a Tilladetio editas, indicari vero Scytharum in Asiam vsque ad Aegyptum expeditiones puto, quas ex veteribus memorat lustinus lib. 11. cap. 3. qui Vexorim ab iis vichum, & Scythas vsque ad fines Aegypti profecutos, & inde Afiam, id est, Arabiam & Indiam, perdomitam & veiligalem fecific, per mille quingentos annos, quae, licet fabulosa, poetae ius dederunt illa memorandi. an vero Thebe., vel Thebae, scribatur perinde effe pudo, cum vterque nominatious etiam in Boeotica & Aliatica vrbe fuerit in vsu. vide ad Ouid. x11. Metam. 109. & confuías íaepe has duas vibes docet Vales, ad Excerpta Peirescian. pag. 13. BURM.

v. 120. Effudit] Diffudit nofter codex, surbas etiam Gryph.
& Colin. Editiones. vtrumque
perperam. effundere enim multitudinem & numerum magnum
fignificat militum. fic Dacus se effudiffe dicit Sueton. Cael. cap.
x1.1v. & supra 111: 263. & ita
passim. hwixsesv ita vtitur Homer.
II. ● 158. vbi Schol. δ le) πυκνώς

πλ αλοφων δειχείων ποὶ δειβάλλουν.
surmas vero mutarunt forte, quia
peditibus hastas melius conuenire
B b b 5

crede-

Quas Otaces, quas Latris agunt, & raptor amorum

Neu-

163. equites hastis armanit, & Bul. Forte nihil mutandum. omnes deinde poetae & Histori- viderur enim Valerius per ameres ci, ex ipsa rei veritate, vide inf. 229. & IV. 607. sic & Romani lib. II. de Tauro 549. equites. Horat, 111. Od. 2.

Vexet eques metuendus balta. vide Liu. 1. 27. 11. 6. & Polyb. VI.23.& innumeros alios. BURM.

v. 121. Quas Oraces] [Bonon.] Lugd. & Argent. Quas Soraces, Melam pag. 113. quas Latris agunt. vet. cod. Quas operis Grammatici libro 11. cap. Otaces, quas Latris, &c. CAR- 16. RION.

v. 121. Raptor amorum Neurus] Neuros statis anni temporibus in lupos verti narrat Mela lib. 11. cap. 1. Quare Andr. Schottus lib. 11. Obseru. cap. xxxv11. legendum arbitratur, raptor agnorum, quod luporum sit in agnos facuire & cos rapere. Sed non vidit imprudens castigator violari legem Pediam. Nam quod Progne, Cycnus, aliaque huius generis corripiuntur, eum nihil iuuat: siquidem Graeca sunt, & a Graecis correpta, quos Latini imitantur. Illud autem Ouidii, quod vulgo adducunt ex viii. Transform.

Debuit illius misereri, & ignoscere nobis.

in MSS. fine & haberi iam dudum Micyllus & Bersmannus docuere. Igitur si emendatione opus, legendum duxerim. rapter agrorum. Seneca: Arcadii populator seri. Ouidius xiir. Metam. Troise populator Atrides. Ibid. lib. XIII. Operis nostri populator Acbilles. Agres autem, pro bobus in agris pascentibus, dixit Kennya alibi vocat; auni argenti-Noster inferius libro vii. vs. 281. que rapones, apud Nonium Mar-

credebant, sed & Homerus II; K. & Acteos inbeas mitescere campes, intelligere piguora adamaea: fic

> Et patrium nemus, & bello quos vitus amores.

fed viderint alii. Voss. Reser anorum castigabat vir eximins lfacus Voffius ad Pomponium Pater eins

- raptorque Amado-

Neurus. quod Amadoci Neuris sint vicini. sed castigandum,

- raptor agrerum Neurus.

Neuros lupinam formam induifse ex Geographic notifimum. qua de re inter caeteros Herodotus, Mela, Solinus. rapcoris autem vocabulum lupo congruit. Virgilio Aeneidos 11.

----- inde lapi con Raptores atra in nebula. apud Nasonem Met. x. habes. Raptoresque lupos, armatosque unguibus urses.

Columella libro VII. cap. XII. Cum & lupi repellere infidias & rapeorem forum consequi fugientem, praedamque excutere, atque auferre debeat. raptor agrorum, quomodo apud Plautum in Epidico. raptor bostium gloriosus. raptor & latro Inpus Phaedro. sic & lupum Oppianus dixit agreram repterent. Αργεννών δρίφων πολύπλοκον άς-

જલપ્રદર્પેલ્લ. cellum.

Neurus, & expertes canentis l'azyges acui. Namque, wbi iam viresque aliae, notosque refutat

Arcus.

areem rapere. atque hanc in Valerio nostro coniecturam etiam Andreae Schotto in mentem venisse video. Heinsius. Schottas agnorum corrigebat, sed Vosfius, quem hic compilauit Bulaeus, agrorum etiam protulit. Pius amorum explicat puellae, vel puellarum & coniugum raptorem vt inf. 268. nostrosque feret qui viffor amores. sic raptus amor Propert. 1. 1v. 26. quando alia puella amantem ad se transtulit. & I. XIII. 2. abreptus amor, Vt Broukhusius capit. BURM.

v. 122. Neurus | Potest effe nomen proprium ducis Iberum, ve Sotaces & Latris. in Plin. lib. vi. legitur Sotales vel Zotales, & apud Ptolem, Latris pro fluuio. Lasrin ponit infulam in Ponto Plin. IV. cap. 17. Maser. Regio véveis vocabatur, quae nunc pars maxime orientalis Lithuaniae est. v. Plin. H. N. IV. 12. pag. 218. ibique Harduin. HARL.

v. 122. Iazyges] Iazices [Bonon.] Pii, lunt. Arg. Colin. Gryph. Incyces Aldi; sed Maserius, laziges, a lazix, vt Mastiges a Mastix deduci oftendit. lazyges vero rectius. Burm. conf. Ouid. 11. Trift. 191. ibique notam. HARL.

v. 123. Notusque refutat Argus] Scribe, Arcus. dicitur arcus refutare fagittarium senem, quando est inhabilis illum expedire. Codices pene omnes Argus ostendunt. Sabellicus legit

cellum. rapere wrbem Lucano pro anger, vt respiciatur, quod Hevastare, libro 111. 99. & v1. 14. rodoms ait, languore extinctos: nam & langor dici posset, inter eas distiones facile est paritatem inuenire, si tollis addisue. Qui vero cum aris defendendam iudicabunt dictionem Argus, nescio fi Meyee admittunt, quod onus exponunt & molestiam, vnde keyálses infestus. Ego sanc angor admitto cum Sabellico. Infuper videbunt oculatiores vtra dictionum magis conducet, notus an motus. nec velim notus prorfum abiicere, quum sensus esse possic optimus, vbi angor notus scil lazygibus; quod enim inter omnia terribile est & horridum, semper timetur, vnde & lazyges quantumlibet longo senio frati vix dignos se arbitrantur, aut videri volunt, qui iugulentur, at quum iam omnibus nocus est languor & virium attenuatio, tunc a filiis caeduntur. MASER. [Bonon. &] Vet. Paris. notusque refusat Argus. Lugd. & Argent. notusque refusat Arcus. notusque refutat Angor. quam scripturam recipiendam esse coniecit Sabell. & eam multis afferere conatur Maser, addens considerandum esfe, legine debeat, morusque refutat. vet. cod. notosque refutat Arcus, optime, CARRIon. ego vero pro vulg. Argus potius arcus, quam angor, legerem. Minor enim est literarum inuersio, & magis credo illud, quam hoc eruditis iudiciis arridebit. Significat enim laziges, cum le viribus destitui sentiunt, & nec arcum, qui sibi diu fuerat in vsu, pol-

764 C. VALERII FLACCI

Arcus, & Inceptus iam lancea temnit heriles,
125 Magnanimis mos ductus aus, haud fegnia
mortis

Iura pati; dextra fed carae occumbere prolis, Ense dato: rumpuntque moras natusque parensque,

Ambo animis, ambo miseri tam fortibus actis.

possum tendere, nec iaculum hastamue iacere, mortem sibi propria manu consciscere. BALBUS. Forte,

Namque vbi iam effoetae vires. quomodo apud Maronem,

mella gelidus tardante fe-

Sanguis bebet, frigentque effoctae in corpore vires.

possis etiam, inualidae vires. quod propius ad vulgatam scripturam accedit. vel vires coffae, aut quaffae. deinde etiam, motusque refutat Arcus. sic libro 1.393. libr. 1v. 609. Heins. In nostro codice erat, notusque refugit argus. sed correctum alia manu, refutat. quod rectum. refutat arcus, id est, negat, non amplius tractari & tendi vult ab inualido, sic refueare pro recusare poni, docuit Heins. ad Claudian. 1. in Eutrop, 91. negare autem ita dici idem ad lib. 11. de Rapt. 180. & Gronou. Diatr. Stat. cap. xLv. & contra fequi dici, quae facilia funt & cedunt, non repugnant. de quo nos alibi. Heinfius notauerat Columbum voluisse, nodosque refutat Arcus. lazygas vero arcu valuisse docent viri dogli ad Ouid. Ibin. 135. Вивм.

v. 124. Incepeus] Vide Zinzerl-Promul. Crit. cap. xLIII. WEITZ.

v. 125. Magnanimis wox dictus auis] Scribe, mos ductus anis. mos ille longe a parentibus deductus est, segnia iura non pati mortis, hoc est, senecturem oderunt atque detestantur, nec sub mortis iure vitam transigunt, verum illam praeuermnt. dicitur aliquis pati iura mortis, quando patitur iugum & dominium mortis, moriturque non quando ille voluerit, sed quando mors. in eum mors est imperiosa, quoniam auctore Lucano, non cogisur vilus Velle mori. Pius. mox dietus pri. Vatican. & Regius irem edd. Bon. & al. at mos duffus etiam Sabellicus, Heinfius & Maser. probarunt. HARL. Vulgata recta, vt enim ducere genus, nomen & fimilia, sic morem bene dicitur. vide Heins. ad Ouid. 11. Fast. 424. & 111. 733. & infr. v11. 137. de more vero hoc vid. Claudian. 1. in Rufin. 330. Burm.

v. 125. Morsis Iura] Horat. L. Od. 28.

Debita iura, vicesque superbae

Te maneant.

hinc imperiofam Proferpinam dixit idem 11. Sat. v. 110. Burm, inra pati etiam cod. iura patris dentra. fed &c. ex Bon. HARL.

v. 127. Rumpuntque] Rumpitque codex noster. Burm.

v. 129.

Hic & odorato spirantes crine Micelae,:

Cessaeque manus; & qui tua iugera nondum
Eruis, ignotis insons, Arimaspe, metallis.

Do-

v. 129. Hic & odoratus Micael] Mychael est in prisco codice. fi coniicere liceat, & in re dubia industriae locus est aliquis, crediderim populos eos, quos Prolemaeus in v. in ora Colchidis ponit, & Michlepfes flue Mochleffos iuxta diuersitatem codicum vocat, ab hoc poeta barbarie parum emollita, ve in pluribus nominibus propriis Maro fecit, Mycelas appellari, vt idem fit Mycael qui Micblefus. quinam populus fit Mycael, vel vt alii scribunt, Michael, non memini me legisse. Prus. Quod Sabellicus legit Metletae, ii verus est codex meus, ideo contigisse puto, quia Valerius loquens de Iberia, potuit nomen principis fubiungere, inditum ab vrbe lberiae, sic vt Meslesis legatur, etsi anud Prolem. in v. conspiciatur Mésasta iuxta Zálissov. Maser. Vulgati, Hic & odoratus spiranti crine Michael. apud Valerium, inquit Niniuita, Michael nomen est vnins Caspiadarum: qui dicuntur Iudaei, arque ex hoc loco Erasmum, Philelphum, & alios plerosque constanter affirmat erraffe, alios per synaeresim excusat. Sabell. autem putat legendum, spiranti crine Metletae. vet. cod. odorato spirantes crine Micelae, quam scripturam, etsi nihil inveniam quod cam adiunet, vt concinniorem tamen repraesentandam curaui, CARR. Micelae Carrionis liber. Micael pro Mycaei primus Vaticanus. Micael re-Aldus, Meletae. HEINS. Illud Michael prouenit a manu

Monachorum, quos saepe nomina sibi notiora antiquis supposuisse docuimus ad Ouid. 111. Art. 35. sic apud Martial. v1. 18.

Sancta Salonini terris requiescit Iberis

Qua melior stygias non videt ombra domos.

vbi Saloments repperi in codice Vossiano. vnde ridicule hic Maferius de Iudaeis, qui apud Caspios fuissent, somniat, & hine pro Cessaeaque manus etiam legi posse, Esseeque, vt ad Esseos pe Essenos Iudaicos respiciatur, proponit. cessaeaque noster codex. BURM. odoraus-Michael ex. Bonon. HARL.

v.130. Cesseague And Schott.
11. Obseru. cap. 39. ex Zenobio, cent. 5. Adag. 25. νόμος καὶ χώςω, haec intelligenda putat. Caessia in alicnius ortu stere, in obsetu autem gaudere: Καίσια δεί νονομένοις δακρύστον, δεί δε κπονόνους χαίρυσε. Idem quoque secerunt Thraces. Weitz.

v. 131. Ignotis infons Arimaspe metallis] Libro I. At quibus arvorum studiumque insontis aratri. But. Ex hoc loco apparet, temere virum eruditum in notis ad Marcellinum scribere de Arimasporum iustitia nihil apud antiquos legi. Quin & huc quodammodo spectat quod Eureyiras di-&i fint, sic Stephanum audimus. "Ευεργέται Σκυθικόν έθνος. Στράβον; д нај Адинастич Глеусто, гист уде मधेद देनो मॉद Aeyës Xespavos नर्गाण्यमтос, бімомвйная то екффес, кай бты หมพริทัยลุง. Ita locus ille vulgo mancus ex MSS. 78 #410 Salmaſш Doctus & Auchates patulo vaga vincula gyro Spargere, & extremas laqueis adducere turmas.

sii restitui debet. spos confuderit Stephanus. Ariaspi enim in Drangiania sunt, ab Ariafpe vrbe id nomen fortiti, cognominatique Orosangae, id est, Eugystan, postquam Cyrum fame laborantem copiis suis sustinuissent. Testis Diodorus lib. xvii. & Curtius lib. vii. quamquam apud hunc Agriasoi, apud illum Aeipáswa dicantur. Vide & de iisdem Herodotum aliosque. At non verofimile est Argo nauem ad iftos Euergetas, id eft, Drangianos peruenisse, nec id vlli veterum traditum. lmo absurdum id est. Quapropter omnino Arimaspi intelligendi, quos fupra Pontum Euxinum in Scythia Europaea Geographi ex sententia poetarum constituunt. aut igitur Ariaspos & Arimaspos, ve dizi, confudit Stephanus, aur verique dicti fuerint Euergetae: Ariaspi, quod in Cyrum; Arimaspi, quod in Argonautas suifsent benefici. Quod fortasse verum est. Voss, adde Plin, 1111. H. N. cap. 12. HARL.

v. 132. Doctus & Auchaces] Prisci codices habent, Auchates. Plinius hos populos, vel ductorem ab his populis cognominatum, vocat Anchesen. Pius. Vetus cod. Doctus & Auchates, CAR- xisse, vt iugularent, codem mo-RION. Auchates in scriptis. re- do vt retiarii & laquearii in spe-&c. Augira funt Herodoto haec caculis Romanis solebant. fefel-1111. 12. Harduin, eos illam par- hic est attrahere, laxo in se latem tenuisse ad h. l. scribit, queo contracto. vt ita vincula quae nunc Vkrania Polonicae adducere lib, v. 160, adduttae badictionis ortum versus solis dici- benae inf. vers. 771. sic adducetur. HARL.] & Solino. deinde re arcum, frena & similia. vide

Quamquam cum sequatur paulo post, vagis subuerear, ne Ariaspas & Arima- pellibus; hic loci malim reponi, cana vincula. Vt retiarios fuifie denotet. apud Nasonem lib. r. Ar-

> Hos cana contento retia fune trabunt.

HEINE. Auchates etiam Voffius ad Melae lib. 1. cap. 19. & 11. 1. Anchaces Edit. [Bonon.] Pii, Ald. lunt. Arg. Colin. & Gryph. Buz-MAN.

v. 132. Vincula Egyro] Sic vet. cod, omnes vero vulgari, vincula Cyro! inepte. CARR. lam Maserius gyro vindicauit. noster codex, syro Burm.

v. 133. Extremas laqueis adducere surmas.] Pius explicat, quod Auchetes populus veniebat rapiens secum turmas, quae Cyrum fluuium trahebant captiuum, & laqueis iniectis catenatum, vt Romani Nilum & Eufratem, fignificare volentes, se Aegyptum ac Orientem vicisse, ita illos signisicare volentes, se olim Armenios vicisse. inepte. videtur respicere Flori locum ex lib. IV. 2. vbi ex auro captiuus Oceanus & Nilus in triumpho Caelaris. sed sensus hic est, Auchates, laqueis suis iniectis hostium collis, etiam in extrema acie politorum, eos.adducto laqueo, in terram detra-Auchetae Plinio [H. N. lit virum vis vocis adducere, quae

ad

Non ego sanguineis gestantem tympana bellis Thyrlageten, cinclumque vagis post terga silebo

Pellibus. & nexas viridantem floribus hastas. Fama, ducem, Ionis & Cadmi de sanguine, Bacchum,

Hac quoque turiferos, felicia regna, Sabaeos, Hac Arabas fudisse manu: mox rumperet Hebri

140 Cum

ad Laërt. 1. 74. Burm.

funt illi Scythiae populi, quos Plinius lib. Iv. Thyffagetas appellat, doctiores expendant. vt sem floribus bastas. Voss. turpe & barbarum nomen poeta was noster codex. BURM. fabuloso nominis etymo conuefliuerit: non ausim affirmare, an Tyragetae scribendum sit, dubitant aliqui, de quibus ab eodem fit mentio, quod nobis vix videtur. alii Thuffagetas Valetium in Thursageras a Thursis, id est, Thyrsis Bacchicis deriuasse, de quibus Plinius in vr. & Stephan. Outemptres 13mg may) the Mainter Mamer, de Hesseros. Plining IV. Strabo & Ptolomaeus attigerunt. fed penes eos scriptum est oveanytrus. Pius. Thyrfageten reche hic legi monstrat, quod a Thyrfis id nomen deducat Valerius. Aliis funt Thy fagetae. Vosstus. Codex noster Thyrfs gerit. Burm. Plin. Iv. cap. 12. Theffagetae legitur in ed. Harduini, qui eam tenuisse partem, animadvertit, quae nunc Moscouia dicitur, atque propter reliquorum, qui memorantur, populorum vi-

ad Ouid. 1. Fast. 305. & alibi. cinitatem hanc lectionem, Thufgenus vero hoc pugnae, rete vel fagetae, veram effe iudico. Thyflaqueum iniicere collo aduerfarii, fagesae vocantur a Pompon. Me-a Pittaco deducunt. vide Comm. la 1. cap. 19. fin. HARL.

v. 136. Pellibus & nexas viriv. 135. Thyrsogeteu] An hi dantem floribus bastas] Lego, Nexas vibrantem floribus bastas. Bu-LAEUS. Forte, & nexis viridan-No-

> v. 138. Turiferos, felicia regua, Sabaces | Sabacei Arabiae felicie populi funt, apud quos folos tus gigni tradit Plin, lib. x11. cap. x1v. Virgilius 11. Georg. vs. 117. folis est suren virga Sabaeis. Idem 1. Georg. vf. 57. India missis ebur, molles fua sura Sabei.

v. 139. Hac Arabes fudiffe manus] Scribe, bac manu. hoc exercitu & legione. Pius. Manus eriam Ed, [Bonon. &] Maser. Arabas dunisse manus Ald. Burm.

y. 140. Cum inga] Peffime Carrion ex cod. suo inga: cum vada legerentur antea. quod nostri codices confirmant. Thyrfagetae Stebhano funt Overyira. Heins. Iuga & vada etiam confusa vidimus lib. 111. 359. & apud Claud, in Eutr. 11. 353. nofter codex hic habebat, nata, mihi placeret, sumperes Haemi Cum iuga, id est,

140 Cum vada, Thyrfagetas gelida liquisse sub Arcto.

Illis omnis adhuc veterum tenor, & facra aeris

Pulsus, & Eoae memoratrix tibia pugnae. Iungit opes Eumeda suas: sua signa secuti Exomatae, Torinique, & slaui crine Satarchae:

145 Mel-

transiret aditus angustos, vt solent in montanis regionibus effe, Haemi, & claustra cum exercitu peruaderet, ita luuenalis de Hannibale Sat. x. 153. montem rupis acero. quod imitatus Sidon. Apoll. Carm, 11. fi ruperit Alpes Poenus. moster 1. 588. Oceanus cum rumperes aduena Calpen. & Lucan. 111. 63. ne rupti repetant confinia monses, ita rumpere viam est, remotis omnibus, quae obstant, viam facere, de quo ad lib. 1. 4. Haemus vero & Hebrus alias quoque a librariis confusi. vide lib. 11. .515. BURM.

v. 140. Liquisse] Fadisse noster codex. Thyrsassas hic Ald. & lunta, [& ex. Bonon.] BURM.

v. 141. Veterum tenor ld est, mos a veteribus traditus constanter retinetur. Ouid. Ep. x1v. 14. dumque tenor vitae sis sine labemeae. veteres ita absolute lib. 1v. 419. vt priores alibi. postet & a vetera deduci, sed malo prius, BURMAN.

v. 143. Emoda fuas Niniuita ait, Emodam apud Valerium pro vrbe poni. Diodorus lib. 111. Emodam montem effe dixit, Sacas ab India difterminantem. Prolemaeus, Strabo, & Plinius Emodos montes recenfent, vet. cod. Eumeda. quod malo. CARR. Enmeda ex V. C. reposuit Carrion.

inepte. Emoda omnino legendum. non modo fide aliorum codicum, sed & omnium Geographorum, qui Emodae, non Eumedae montis meminere. Voss. Eumeda Carrionis liber, primus Vaticanus, Emeda. Oemeda Regius, vulgati, Empda. mox Exomatae bene scripti. peius vulgati, laxametae. quomedo cos Mela appellat Pomponius. Exemetae funt Plinio Sarmatiae populus. pro Torinis in primo Vaticano, Torynique. Toresaeque legit Pius. qui sic didi Straboni, Periegetae & Plinio; ditat sus mulctes, non ditant Regius codex, sic & in Prudentio variant codices. Virgil. Georg. 111. 309. Quam magis exbausto sumanc-

ris vbere muldre.
Aldus, mellis bonos Torines. Heins.
Emeds noster codex. Burm. Eme

da ex. Bon, HARL.

v. 144. Torinique] De Torinis nullibi mentionem reperio. quare Toretas ficibendum aliqui dacum, de quibus Stephaaus. Toretas gens Pontica, de quibus agit Apollodorus. de his inter Scythas Plin. vt. [cap. 5, vbi vide Harduin. HARL.] icribit in codicibus emaculatis. Apollonius, Toretas, inquit, natio funt Ponticas. Strabo Toretas appellat. Dionysius cum Plinio & Pomponio Toretas.

ARGONAUTICON LIE VI.

145 Mellis honos Torinis; ditant fue mulcire Setarchen;

Exomatas venatus alit, nec clarior vilis

Arctos

Torees, vt mirer Eustathium Oreess legiste, sunt qui Varini scribunt, has aliqui in Germania, alii in Sarmatia Europae ponunt. nunc Varnos distos, iunces Phenas, quos Tacitus mire socios appellar, quos aliqui Pruenos aut Lituanos putant. Pius. Andre marise: Twintque ex. Bonon. HARL. v. 144. Dissus l'Legitur &, di-

v. 145; Disant J. Legitur & mulfirum. Horat. Epod. xvi. Veniums ad multira capellae. Virgil. 111. Gaong. 309. Quo magis enbansia spumaueris viere multira. M. a e. r. disan ex. Bonon. & antea suaniore

Sono bener. HARL.

. IV. 146. [ausmatas] Qui legunt Remasas, failuntur, auftore Hermolao, fateor fane apud Pomponium mendum haberi, vbi legitur, Xamethee, verum apud Despauter, vbi citatur, fua signa secuti Axemetes, credo a Chalcographis factum id effe, credentibus i delendum, quod principium debuit esse carminis & sinis. MASER. Vet. cod. Emmagas. [v.aduers. 569.] Hermolaus lib. vi. cap. vii. pro, Sarmetac, imquit, scribendum elt, lazamarae: Prolem. andor eft. Item Mela. ostio stuminis proximi Iaxamosac. Stephanus ponit populem iuxta Macotin Inxametes, quos Ephosus Sauromatas appellata; Vopiscus vita Caesarum, Exemetas pro Insurasus i voçauit, librarionum culpa, sieut & in Valetio scribendum est, Jaxamatas, de quibus Amministe lib. Iv. dicite genres fermonum, institutorumque varietate dispares esse laxamaras, E

Macoras. hace Hormol. & eum secutus Maserius, negantes inverea in veteribus libris aliter quam Exomasas legi, quam ego scripturam ut antiquam retineo. GARE. Exomasas Torinique. Hance verissimam lectionem esse, nou Issumasas, vt alii ex Strabone & Prolemaco restituunt, liquet ex eo, quod infra legitur:

Eurysus Exomatas egit ac-

Et sane Exemaras etiam appellat Plinius libr. vr. Dicii ergo non folum Iaxemerae sed & Exemerae. imo & Ixemasae quomodo legitur in Marcellini MSS. lib, xx11. ybi editum, laxamatat, ac apud Polyaenum lib. viri. [cap. 53. vbi vide Cafaub.] vbi integrum remansit Ipopáras. Nuncupati esiam Ixamere, fine u, vt facpe, in & mutato, Itabéray. Et hoc quidem modo scripsit Stephanus, altero Pomponius fub finem libri: ostio suminis proximi Iaxamathae. sed lectio haec ab Hermalao Barbaro est. Antea legebatur, Xamasbae: Vnde non dubito, quin repetita postrema praecedentis vocis littera Ixamotae fit legendum. Voss. Exemesue noster liber. & Ald. & lune. Bunm. Innameras ex. Bonon. & Pius sie . la Plinia feribendum centuit. Harduini, hoc nomen inuenire non, potui, nec Exemetas, Apud Pompon. Mel. .. 19. circa-fin. in ed. Gron. legitur lecamater, vbi Reinold dedit Sauremaras, Habitaffe videncur, vbi hodie Afof MCCE HARL.

Ccc v. 146.

Arctos equis: abeunt Hypanin, fragilemque per vndam,

Tigridis aut saeuas profugi cum prole leae-

Moestaque suspectae mater stupet aggere ripae.

Inpulit & dubios Phrixei velleris ardor

Cento-

v. 146. Venatus alis] Silius viii. 572. Hos venatus alis. Burm.

v. 147. Fragilemque per undam? Facilemque primus Vaticanus. forte.

Tanaimque per vdam,
Tigridis aut facuae profugi cum
prole leaenae.

vel, Tagarimque per vaum. Plinio libro vi. dein Tanaim amnem gemino ore influentem incolunt laxamatae. HEINS. Loco Plinii VI. cap. 7. ab Heinsio laudato in ed. Harduini legitur Sarmatae; non Jaxamatae. In fragm. Peripli Euxini pag. 2. Geogr. vet. gr. scriptor. minor. vol. 1. post Sarmatas effe dicitur genus Mocotarum, qui Iaxamasae adpellantur, yéves Tagequarão, qui locus est valde commodus. HARL. Rece Maserius fragilem exponit, glaciatam & sub pondere dissolubilem, fed quae non frangitur a laxamatis, adeo pernices funt equi. fic Ouidius 1. Art. 375.

Vs fragilis glacies, interis ira

&t ibi in MS. facilis, vt & alibi variatum in his vocibus. notureset & Heinfus, in voce onda
force latere momen fluuii ArRoi:
deinde ponest construi, profigi
eum prole signidis, une leaenae.
cum raptis manitum estulis venatores fuga se in tuta recipium;
et notus ille mos. vel profugi
signidis, aut laeaene comitatae sua

prole, vt Flor. III. cap. 22. prefugi feralis sabulae. vide ad Ouid. vI. Met. 189. fed prius puto verius. BURM.

v. 149. Suspettae] Quia ferae non fatis firma videtur glacies, cui se crederet. ita poetico tumore Flor. III. cap. 4. dum perfident glacie flumen equisarur, vbi vida Freinshem. alio paultum fenta luuen. Sat. Ix. 57. fuspettum ingumCumis, dixit imminencem montem Misenum Cumis. & sespets frera Senoc. Agam. vf. 464. quae tempeltates minantur, de quo vide ad lib. 1. 332. & quam locutionem familiarem poetis contra Scaligerum vindicat Barth. ad Claud. 1. de Rapt. 166. aggerste ripae dixit imitatione Virgilii vII. Aen. 106. Granineo ripae religavis ab aggere classem. Sil. VI.

Aggere se ripae sandem exhalevis in auras.

Stapes vero immora stetit, subito impedimento siunii, quem non ander transmittere. ve libr. v. 338.

Ingensi circum finpefalla pro-

v. 150. Inpulie & dables] Qui antes definauerant fo medios gerore, & neuri parti adiungi-Starius post nostrum xz. Theb-481.

Non utbil impalerae dubies, nk euraa notasses Tispbone frances

VIII

Centoras, & diros magico terrore Choatras. Omnibus in superos saeuus honor; omnibus artes .

Monstrificae: nunc vero nono conpescere frondes.

Nunc

labantem Impulit. BURM.

scribunt, Cancades, enumeratos a Plinio in eo situ, quo Centores; mihil tamen ausim immutare, priscis exemplaribus refragantibus. qui hos Centoras attigerit, neminem, quod sciam, memini. Prus.

v. 151. Chearras] Codex nofler, Cobatras Burm.

v. 152. Omnibus binc facuus fuperis bonor | Scribe cum priscis exemplaribus, emnibus in Superes faenus bouor. Pius. Syllabas breues produci propter caesuram etiam ab optimi aeui poetis vidimus ad Ouid. 11. Met. 743. & quidam Grammatici hoc fieri hic vi literae H. quae eandem vim, quam habent aliae consonantes, quae syllabam breuem ante se potineret: quod posterioris aeui poetis familiare esse scimus, etiam vbi nulla caesura est. sed corum gregi non debuerat Barth. xx1. Adu. 17. nostrum immiscere. alia ratio est in versu, quem ex libr. VIII. 259. profert,

Quis nouns incepsos simor impediit bymenacos.

de talis enim syllabae productione nemo fanus dubitauit, vt in periit, rediit, subiit, & similibus Heinsius saepe ad Ouidium & alii demonstrauerunt. secundas Barthio facit Reines, ad Inscr. Cl.

Virgil. IV. Aen. 23. animumque poetae perperam citat hunc ver-, fum, & plura ex sequioris aeui v. 151. Centoras] Sunt qui poetis loca adnumerat, & alia Buchnerus ad Venantii Hymn. de resurrect. vers. 67. & assentime Barthio Omeisius ad Iuuenc. 1. 301. iniuriam etiam poetae nostro fecifie Wasium in Senario suo oftendimus ad lib. 111. verf. 348. rede enim fecifiet Vir eruditus, fi exempla, quae firmandis eis. quae afferit, adducit, ex emendatioribus scriptorum codicibus depromsiffet. ita eodem cap. v. pag. 58. ex Virgilii lib. x. 126. producit.

Es Clarus & Haemon Lycia comitatur ab alsa.

1x. 405. & alibi. sed contendunt cum in Heinsi editione reclius legatur, & Themon, & in sequentibus duobus ex IV. Georg. asque pro & edidit, codem eriam capite exemplum huius productiositam producendam faciunt, ob- nis profert ex adulterino Ouidii versiculo lib. IV. ex Pont. 3. Indigni effectus omnibus ille magis. fed non vacat omnia negligentiae specimina corradere, cautius Vosfius lib. 11. cap. 15. exempla, quae in hanc rem produci solent, dubiae & controuersae esse lectionis admonet, neque vmquam hoc effici litera H. sed vi caesurae, neque ego dubito, magnam partem harum elegantiarum debere Criticis, qui rara coniectari soliti, loca poetarum, vt vitiose etiam leguntur, avide arripiunt. quamuis non negem, alixv11. p. 167. vbi ex alio libro quando id fibi permifife poetas, Ccc 2

Nunc subitam trepidis Macotin soluere plaustris. Maximus hos inter Stygia venit arte Coastes: Sollicitat nec Martis amor; sed fama Cytaeae Virginis, & paribus spirans Medea venenis.

Gau-

sed acri iudicio in his opus esse alii, incobo: prius tamen malo puto. feenes vero bener funt facrificia, quae victimis humanis

peraguntur. Burm.

v. 154. Nunc subitam trepidis Macosin foluere plaustris] Opinor reponi oportere, tepidis claustris. vt claustra glaciem appellet, certe in codice Regio tepidis plaustris legebatur. HEINS. Nec hic vila correctione opus esse puto, cum fubira res aliqua saepissime dicatur, quae subito mutatur vel accidit. ita vt subitam Maeotin folvere sit positum pro subito soluere. vide ipsum Heins. ad Ouid. Ep. xvIII. 160. fenfus ergo eft, magica arte Choatras, & alios subiro soluere Maeutin constri-Cham glacie, trepidantibus illis, qui plaustra per eam agunt, & metuentibus, ne foluta glacie fubmergantut, illa tepida clauftra absona sunt. si quem offendat subitam, reponere potest, folidam; quae vox saepe alterius locum occupauit, & maiorem artis magicae potentiam notaret, quae firmislimam eriam glaciem folueret. ita Statius x11. 525.

Truncaeque bipennes, Quis nemora & folidam Macotida caedere fuetae. Claudian. 11: Ruf. 26.

- Alii per terga ferocis Danubii foliunta tuunt, expertaque remos

Frangunt flagna rotis. ex quo loco & plaufira firmantur. vo casa gaudero multis docuit BURM.

v. 155. Choaffes] Alii, Coba- Burm.

vt saepe viri docti ostenderunt. fles, vt quidam scribunt, inchee, cam Festo, Mauro, & Seauro. Coaspes, noster liber. CARR. quod non improbat Maserius, vt a fluvio Coaspe, in Media, sit nomen ductum. Burm.

> v. 196. Nec Martis amor, sed fama Cytatae | Respexisse nostrum puto ad adagium Graecorum, quo amoris seltu infanientes comparantur lis, qui ex Marte furunt. Aelian. 11. Var. 44. 20 oles Br anthy evolution wante if Apos paverra, & lib. III. 9. noi à pa bià TOTO TO MOINDY \$5 "Ageor, AM' E Similis hic "Boutos, μένεντα. Ghoastes inducitur a nostro poeta Coraebo, apud Virgil. 11. Acneid: 342. qui

Illis ad Troism forte diebas Venerat, insano Cassandrae incensus amore.

BURMAN. Cytaca virgo est Medea, a Cytaeis [v. infra v. 426.] h. e. Golchicis dicta. v. ad verf. 198. HARL.

v. 197: Spirans Medea venenis] Sie supra vers. 129. spirantes crine odorato. inf. vit. 327. gicis spirantia telfa venenis. lib. v. 589. multa spirat comu flexias aura. quare non opus apud Claudian. iv. Conf. Honor. 592. corrigere,

Et variis spirat Nereia batca figuris.

& referibere, varies figures, fic olere, fragrare & similia ablati-Heihlius ad Ouid. xv. Ep. 76.

v. 159.

Gaudet Auerna palus, gaudet iam noche quieta Portitor, & tuto veniens Latenia coelo. 160 Ibant & geminis aequantes comibus alas Ballonoti; comitumque celer: mutator! equo-

TUD

Moe-

Aen. 296. Iqq. HARL.

coelo] Tuto coelo, recte Gronoui- vruntur, optimi & maximi. Arius capite x. Observationum in stoceles insuper Nucules Innes scriptores Ecclesiasticos. HEINE. maxime commendat. MAS. Vet. Pius toto exponit, coala totics cod, Moefus vet. Paris. Noefus, & toties longum iter coeli eme- quae scriptura cum locis iam notiri. Burn.

saepe versus suos inchoasse, & quod tueme Maserius illo Sidograuitztem incessus mire ita ex- nii, tuluisse, docet Barth. ad Stat. 11. Theb. 230. quam nemini obri potest. Burm.

per i habet antiquum exemplar. Quidam vocant a Belliaca vtbe, liaci scribunt. Prus. Despauterus docet posse dici etiam, Ballonosi, ex Sidonio. Mas. Balloniti pri. Vaticanus. Bellonothi viedentur effe apud Sidonium Apollinarem Panegyrici Maioriani. Car. v. verf. 476. HEINS. compara Homer. Il. 6. 679. sq.de hisce desultoribus laudatur in Miscell. Obsf. Salmasius ad Vopisc. Carin. cap. 19. HARL.

v. 162. Mesus] Inspiciant doci, an ad rem nihil faciat Nesus. funt enim Bellonoti Burgundiones, Nesi Basternaeque in Seythia Europaea, vt in Asiatica plerique eodem nomine, & de hoc putarim Sidonium dixisse, Bel suni adseriptam dicunt, Free ver

v. 159. Porsitor] Charon. Virg. lonotus, Rugus, [qui & Rogins] IV. Georg. 502. sq. inprimis VI. Burgundio, Nesus, Alites. eth apud Despaut, legitur, Vesus, Strabo v 159. Et toto veniens Latonia x1. equi Nefei, quibus reges minaris, non male congruit. CARE. v. 160. Ibant] Ab hac voce Quidam codices legunt, Nefas,

Bellomesus, Rugus, Burgundus, Nefus, Alites. servatam energiam notat, eius Inepte. Si quidem Sidonius scriexemplis & hic versus adnumera- pserat, Vefus, vt iam recte a viris dollis editum. Atque 2 Vev. 161. Ballonoti] Balloniti, fis & Gotthis mixtis nomen est Velo-Gotthorum. Omnino ergo vera Valerii lectio est, quam requas polt Apolloniam elt, & Bei- praesentauimus. Quam etiam non parum firmar Aelianus in Tacticis. cap. mxmvrr. im scribens. Τάττετω τουθεον χήμα μάλοτα πρός the meet vor "Iren Bueflague, be al duplement theyer, he elbrouting merafairar ikud Manu furus alç Ma. ABC. Vbi quod Valerius Moefes, ille Istri accolis adscribit: Quod idem est. Moesi enim ad Istrum Noc mos ille geminos liti. equos iungendi posterioribus sacculis apud Moefus desiit. Eadem enim confuerudo apud Bulgaros, quomodo hodie pars Moesiae nominatur, obtinuit. Quod confirmat gloffa, quam ad marginem Acliani in MS, regis Christianis Ccc 3 **T0**/2

Moesus: & ingentis frenator Sarmata conti: Nec tot ab extremo fluctus agit aequore, nec

Fratribus aduersa Boreas respondet ab vnda; 165 Aut is apud fluuios volucrum sonus; aethera quantus

 \mathbf{T} unc

reile Budykebie eurydde, Quod ve- conti Carrion e cod, suo & edd. ro hos duofimmes attinet, iidem iure probat. HARL. Consietiam plane funt, quos Latini defutto- Pius coniecerat. & per contum res vocant. De quo alias pluri- etiam iugum intelligi posse putat bus dicemus; ve & de auswaue nec aptari conto posse re frenare. ac Dimachis. confuse de iis viri do li pertracta- nam illis Sarmatis pugnafie infirunt. Voss. Pius ridicule, Me- nita loca veterum docent. eos sks, pro ex Mesopotamia veni- praelongos veraque manu regeente, quasi extremae syllabae ab- bant, teste Tacit. 1. Hist, 79. scissae essent, vt Homerus Cri pro frenator rece a Maserio exponi-Crithen, id est, ordeum dixit. eur, quia amentati erant conti-& do pro doma &c. deinde prae- & habena instructi, qua ciecti refert, Messum pro Messeniano po- trahebantur. vide infra ad verl. pulo a Plin. v1. inter Macoticos 237. Statius 11. Achil. 418. numerato. Burm.

licus legit, causbi, id est, currus. si vero quis malit antiquam . dictionem retinere conei, habebit vbi vide Barth. Aldina editio Pompon, Mela duce sensum non incongruum, ait enim lib. 111. cap. 4. gentem Sarmaticam babitu armisque Parthicae proximam, bellatricem &c. potest itaque legi, conti. solent enim tela amentare, tremes noster codex. Bunn. elequae torquent. est autem contas ganter & forsan vere legitur in [inquit Nonius] basta longior & cod. nec tot fratr. - respondet robusta. Virgil. duris contendere ab aula. Quia enim venti pro dicontis vnde in textu dicitur, in- is habebantur, ornate tribuitur gentis conti. quod Nonius non Boreze aula, i vide Broukh. 2d alienum a longiori interpretatur. Prop. 111. 5. 11.] fic tamen renec tamen minus apertum linquit tinerem comp. Homer. IL. B. 144. Pomponius sensum, si canthi ad- sq. 459. sqq. 465. &c. HARL. Mittit. trabunt figuidem Sarmatae curribus res opesque, semper castra Tantus apud, vel Quantus apud babitantes. MASER. Canti pro fl. v. sonus, aethera santus. hoc rota, etiam Pius coniecit, sed sensu. quantus auium clangot

Admodum enim sed conti vnice vera est lectio.

Quo turbine contum v. 162. Sarmata conti] Sabel- Sauromates, falcemque Getes, arcumque Gelonus

Tenderes. vitiole, Tarmasa consi. Burm.

v. 163. Nec tot ab extremo] Scribendum, non tos. ordo est, Boreas non tot agit fluctus ab extremo aequore. Pius. Al ex-

v. 165. Auchus apud] Scribe,

Tunc lituum concentus adit, lymphataque mi**fcet**

Millia: quot foliis, quot floribus incipit annus. Iple rotis gemit intus ager; tremebundaque pullu

Nutat humus: quatit vt saeuo cum fulmine Phlegram

170 Iuppiter, atque imis Typhona reuerberat arvis.

Pri-

tantus auditur tubarum, tympacum omnibus vulgatis, Auffus apud flunios volucrum sonus aethera, quantus: vet. cod. Aut is apud flunios volucrum quatit acthera clamor, vnde legendum conieci, vt exculum est. CARR. Carrionis liber mendose,

- volucrum quatit aetbera clamor.

puto, volucrum canor. mox pro-- aetbera quantus

Tunc lituum concentus adit. perperam Carrion reposuit, agit. nostri codices pro recepta stant lectione. extremo fluctus agit acquoro praecesserat. in pri. Vatic. lituum conceptus. quomodo & Aldinus codex, Non tot ab extremo. legit Pius. pro Aut is, ante Carrionem legebatur, Auflus. vnde Pius, Tantus, vel Quantus. Heins. Noster codex, Aus is apud fluuios volucrum clamor, aesbera &c. vnde canor Heinsii verofimilis fit. adie rectum. Silius x. 379. Fama debine gliscente sono iam sidera adibat. vide Virgil. 1v. 322. BURM.

v. 166. Tunc lituum] Lugd. & Argentor. [irem Bonon.] Tune

apud ripas fluminum auditur, lituum concentus adit. vet. Paris. cum Malerio, Tune lituum concenorum, armorum ac vocis diffo- plus adit. vet. cod. Tunc lituum nae strepitus. Prus. Vet. Paris. concentus agit; optime CARR. Conceptus noster etiam codex. Pius edidit, concaepsus, sed in notis concentus. Burm.

> v. 167. Incipit annus] Induit ex coniectura Pius, secundum illud Virgilianum, Induet in florem. Heins. Non tamen repudiat in ora codicis sui vir illustris, incipit, & pro auspicatur inuentam suam vernam, interpretatur. Burm.

> v. 168. Ipfe rotis gemit intus ager] Scribe, illus ager. Statius Theb. x11.

Isla gemit tellus: virides granis ungula campos

Mutat, & innumeris equitum peditumque cateruis

Exspirat protritus ager. HEINS. Tremis habet Pius in notis. BURM.

v. 168. Pulsu] Equorum scilicet. vid. lib. v, 612. Burm.

v. 169. Falmine] Flumine noster codex & editio Pii: sed iam Sabellicus emendauit. Burm.

v. 170. Typhona renerberat arvis | Sic ex. Bonon. antris legit Sabellicus. HARL. Typhona reverberat aruis ex Maserii editione emendaui. Perperam alii, Ty-Ccc 4

Prima tenent illine petriis Absyrtus in armis, Et gener; ingentesque inter sua millia reges. At circa Aesoniden Danaum manus, ipsaque Pallas

Aegide terrifica; quam nec déa lassat habendo, Nec pater horrentem colubris vultuque tremendam

Gorgoneo, nec semineces ostendere crines

Tem-

Typhea renerberat, aut vt habuit V. C. Carrionis, Typhoea verbe-Nam repugnat metrum, cum prima in Typhoeus semper corripiatur. Quod non satis at- 274. BURM. tendit vir eruditissimus, qui primam producere non dubitauit. Videtur eum in errorem induxifse corruptus Valerii textus, aut quod prima in Typhon semper producatur. sane similem errorem iam olim errauit (Martianus Calogiae & Mercurii,

Dissona Sacra Mitram, Ditemque, ferumque Typhonem. Nam prima Typhenis omnino produci debet. Vossius. Typhoen verberat etiam in scriptis nostris. quidam antris teste Pio. sed legendum, Typhona reverberat. Vt lib. 1v. 516.

na nefando.

516. Nostros iam zona reverberas HARL. ignes. fed hic puto iterum iterumque verberare, & repetere Horrendam codex nocher. Burn. saepe verbera notare, vt saepe illa verba composita ex re. vide netis in primo Vaticano. latet hb. III. 596. quoties enim co- aliud quid. HEINS.

natur Typhon furgere, lupiter iterum eum verberat & deprimit. Burm.

v. 172. Reges] Vide lib. v.

v. 174. Laffat] Fatigat, aut laxat, aperit, aut deterit. Pius. Laxas etiam noster codex, quod praesert Alardus, sed non explicat. laffare aliquis & farigare rem dicitur, qua frequentius vtitur. vide lib. 111. 662, ita limina lafpella lib. 11. de Nuptiis Philo- fare Stat. 1x. 723. vbi etiam laxare alii male reponunt. nondum ergo habendo, id est, gestando lassat aegida, antequam ea opus sit; solet enim parare ante pugnam Pallas arma sua, sed in ipsa pugna exserit. Horat. 1. Od. XV. II.

lam galeam Pallas & acgides Currusque & rabiem parat. Implerant clemers patrem Typho- babendo Pius capit passue, dum haberur, vt apud Virgil. VIII. nam prima in Typhoeus corripitur. Ecl. 71. cantando rumpitur anguis. Heins. Typhen noster codex. babere vero recte explicat tracta-Thiphoes Edit. Pii, Arg. Tiphoes re, gerere, vt apud Lucret. 1. Colin. & Gryph. renerberae mu- 313. vide ad Ouid. 1. Amor. VIII. tatum voluerunt forte, quia no- 51. Burn. Compara Hom. Il. tat remittit & repellit. vt lib. 1. B. 445. sqq. a. 439. – 451.

v. 175. Horrentem colubris]

v. 176. Semineces crines] Semi-

v. 178.

Tempus adhuc; primasque finit, conquirere pugnas.

Inpulit hos contra Mauors pater, & mala leti Gaudia, Tisiphoneque caput per nubila tollens 180 Ad fonitum litui, mediaque altissima pugna: Necdum clara, quibus sese Fuga mentibus .. . addat.

> Illi vbi consertis iunxere frementia telis Agmina; virque virum galeis adflauit adactis; Con-

v. 178. Mala leti Gaudia] Mole noster codex. perperam: rede Pius & Maserius observarunt, Flaceum hic imitari Virgilium, qui lib. vt. 278. mala mentis gaudia. Stat. 1. Theb. 229. mala gaudia matrum. Burm.,

v. 180. Ad sonitum] Ad sonisus editiones priscae ante Carri-

onem. Burm.

v. 181. Necdum clara] Scribe, necdum certa: praeterea venit & consequitur pugna nondum certa, quae non adhuc decreuit, an fe Graecorum mentibus insereret, Fugam ponit an Barbarorum. pro vna ex illis inferorum Furiis, quae egressae turbare studebant exercitum, ceterum Furia nesciebat, quibus se potissimum turbis insereret, an Graecis an Barbaris. ii quis, clara defendit, sermonem sequitur vernaculum. Prus. Periculosum ita ex ingenio corrigere contra scriptos codices. eodem modo vtitur Liuius voce elerus. lib. v1. 32. Extemplo pugnatum, & vt noudum Sacis claram victoriam, fic prosperae rei pugnam imber ingentibus procellis fusus diremit. vbi etiam Tanaq. Faber gnaram corrigit, & explicat cersam, quod genio Linguae Latinae convenire vellem

docuifiet. clara hic est idem, quod alibi manifesta, & Graecis Sanos, de quibus vid. ad Ouid. x111. Met. 106. Burm.

v. 181. Mentibus addat | Vide

ad lib. v. 286.

y. 182. Illi ubi confertis innxere trementia telis Agmina | Confertis Regius. inxere pri. Vaticanus, & addent superiori versu. Heins.

v. 182. Confertis telis | Conferere tela, eleganti tralatione; vti Bellum, praelia, vulnera serere dicimus. infra vf. 352. Medioque in corpore pugna Conferitur. vert. 539. Deus quoque consere dextram. lib. 111. vl. 122. Conferuere manus. Confer Zinzerlingum Promulf. Crit. c. 20 WEITZ. adde Rader. & Freinshem. ad Curtium III. II. 5. HARL.

v. 183. Virque virum galeis adflauit adactis] Nullum dubium de verbo adflare. sed galeas ada-Bas an quis dixerit praeter nostrum, nescio. Silius haec ex-

primens lib. IV. 355.

Pesque pedem premit, & nutantes casside cristae Hofilem tremulo pulsunt conamine frontem.

& lib. 1x. 323, Galea borrida flittu Adnersae ardescit galeae, Bc. Ccc 5

Continuo hine obittis, perfractaque caedibus arma,

Corporaque, alternus cruor, alternaeque rui-

Voluit ager galeas, & thorax egerit imbres Sanguineos. hinc barbarici glomerantur ouatus, Hinc gemitus, mixtaeque virum cum puluere

Calpius Aeaeum correpto crine Monelen 190 Ab-

& hine fortalle Columbus, vt notat Heinsius in ora codicis, maluit, Gladiis adflauit adactis. adigere enim gladium, ensem, &c. obvium est. Val. Max. 111. cap. 11. 5.23. quinque militum diurno proclio suffettura pila, una dexera, bostinm corporibus adegisti. Ouid. VI. Met. 271. ferro per pelius ad-##o. & XII. 324.

Ferrataque collo

Fraxinus, ve casu iacuit resupinus, adaeta eft. vide & infra 273. & 307. cunei adoli lib. 111. 164. & alibi pafsim: confirmat Columbi conie-Sturam, quod mox galeas repetatur, & quod continuo binc [id eft, ex gladiis illis adactis] obitus. gladios etiam & galeas librarios aliquando permutasse, videbis ad Ouid. x11. Met. 466. Adflare vero est idem, quod tam prope confistere, collato pede, vt tangerent se, & ferirent. vide de vsu huius verbi Freinsh. Indic. in Florum; & Barth, ad Claud. 1. de Rapt. vers. 2. Bunn.

V. 184. Perfrastaque] Vide Heins. ad Ouid. x11. Mer. 273. BURNAN.

v. 186. Therax erigit imbres] Eiaculatur & emittir erestos imbres languinis. nam perfoffus tho-

rax micante fanguine faciebat veluti salientes & aquarum scattrigines. Egerit alii emendant, sensu apertiore, per patefastam loricam fanguis fluebat, Pius. Sabellicus legit, torrens erigit. omnes vulgati, thorax erigit. vet. cod. thorax egerit, optime, CAR-RION. Eadem verborum erigere & egerere confusio supra lib. 1, 157, sic apud Virg. 111. 423. Sorbet in abruptum fluffus, rursusque sub auras

Erigit alternas. vbi codices multi, egerit. & vl.

Inserdum scopulos avolsaque saxa sub auras

Erigit. & ibi nonnulli, egerit. Lucan. v1. 294.

> Spirente noto, cum tota cavernas

Egerit, & torrens in compes defluis Actus.

alii, erigis. vide ad Sil. IV. 280. Burman.

v. 188. Mixtaeque virum cum puluere vitae] Et haec singularis Flacco locutio, quam Pius explicat, corpora vitalia quidem, sed vulnere strata. Burm.

v. 189. Cafpins Acaeum] Vetus. cod. cum Lugdun. Cespins Actaerm. CARR.

v. 189.

190 Abhulit; hunc pariter Colchi Grafique lequunthe street

Missilibus: rapit ille necem, praedamque re-Le a Molinquit: com

Nec sociis iam cura viri. Dypsanta Caresus, Strymonique obscura spergentem vulnera funda Deiicit: Albani cadit ipse Cremedonis hasta: 195 lamque later; currusque super turmaeque so-

runtur.

Pro-

ad Ouid. II. Met. 476. Burm. correpso Crimenon enfe. cod. HARL.

v. 190. Hinc pariter] posset legi, bunc; scil. Caspium, qui Monesen auferebat. Maserius. Obsecuti Maserio Carrion & sequentes editores. Bugu.

v. 191. Rapit ille necem] Et hoc mire dichum. Pius explicat, pro raptim ad le arcessit, cui consentit Maserius, consequitur fubito necem, & coastus relinquere Monesen, quem spoliare parabat. relingui tamen in textu habet editio Pii, & Arg. Colin, & Gryph. vt & Ald, & lunt. Buass. relinquis cod. Carrion. & ex. Bonon. bene, HARL.

v. 193. Obscura funda] Vim hums vocis explicuimus lib. 111, 526. & ita hic vult, Caresum ex infidiis, & occulro loco funda vulneraffe aduerfarios: ita Liu. x. 1. ex loco obscuro multa valuere accepte, maximeque lapidum te nec Aldi, nec reliquae editilitem ignauum iocus apud Terent. Eunuch. Act. IV. fc. 7. legunt. CARR. Fundam tibi nunc nimis vellem dari, us su illes procul binc en occul- ola Super u ducta, nostes coto caederes. unde posset effici, den. i. e. fequencum Bunn.

v. 189. Correpte crine] Vide funditores, dum alii pede collato rem gladiis gerunt, procut ex occulto hostes solitos fuisse fundis infestare. Bunm.

> v. 194. Deiicis] vide ad lib, 1. 191. BURM.

v. 194. Cadit is Cremedonides bafta] Chremonodis habet priscum exemplar, [& pr. Vatic.] res fris vola & non magni momenti. Pro Us, Medenidis ex. Bon. Cremedonis Carr. & Heinsti codd. Pins vero recte iudicat. HARL. Iremedonis noster codex. in Aldino erat, Albani Cader ipfe Medemidis bafta, tamquam Cader' effet nomen proprium. Pii & luntae editiones, caditis, vitio credo operarum. Burm.

v. 195. lamque latet \ Verfus hi duo in libro manu exarato desiderantur. Valeriani tamen sunt, quamquam eosdem Mycillus Statio lib. vii. Thebaid. tribuit; an vero ille exemplar habucrit, in quo eos inueneris, nescio: ceriffa. Illustrat vero hunc locum ones ibi eos versus constituunts egregie Gnathonis parasiti in mi- quin liber Bononiensis, Aldinus, & vierque Parifienfis hoc loco

v. 195. Ferumur] Seque, line-

v. 196.

Processer Meles & Hidesmenus; incipit halla Ante Melas: leuis ast abies elusit vtrumque; Enfibus inde ruunt: prior occupat sere citato Cassidis ima Melas; infracta est vulnere cer-

200 Mixta perit virtus: nescit cui debeat Ochreus, Aut cui fata Tyres. dum sibila respicit fron Cuspidis Argiuae, Pyliam latere accipit hastam. Viderat Hyrcanos paribus discurrere fratres Castor equis; pater armento quos diues ab omni

205 Nu-

v. 196. Es Hidasmenus | Es Fidesmenus lunte & Ald. Meles Fidasmenus noster. Burm.

v. 196. Incipit basta Aute Melas] puto, incisas baftam. libro primo 409. pellis &, inruit bafta. Heins. Nihil muto. folebant enim in congressu prius hastis & iaculis committere pugnam, quibus emissis ad gladium veniebant. incipere basta, vt supra vers. 167. quot floribus incipit annus. Burm.

v. 198. Enfibus inde ruunt: prior occupat aere citato Cassidis ima Melas] Force, furnut. adeantur annotata libro 1. vers. 144. pto sere citata. occupat, aerigitase primus Vaticanus. scribendum Vtique,

- prior occupat aera Cy-EACAC

Caffidis inea Melas. me dubita, hoc est, Colchae Caffidis. sie de infra v. 543. pro Cysaeus etiam citatis legebatur ante Carrionem. fic infra, cufpis Argina, & basta Pylia, &, manis Ocbalis. Cyta vel, Cytaca Colchorum cinitas. hinc Cyraeis Medea Propertio. supra v. 156. fama Cysacae Virginis. HEINS. Neque hic contra omnium librorum le-

enim gladium notat, licet enim ex ferro fuerit, acris tamen nomine, vnde olim omnia arma fiebant, apud poetas venit vide Cerdam ad Virgil. 11. Acn. 470. & Franc. Fernandii de Cordous Didascal. Multipl. cap. v1. vide fupr. ad verf. 27. citatum aes vero est celeriter vibratum, motum. vt lib. 111. 527. citatae forores, vbi vide. Burm. aptum vltimae antiquitati est voc. aes; non ferrum. v. Riccii diff. Homer. tom. 1. diff. 16. HARL.

v. 200. Mixta perit virtu] Eleganter & acute dictum. pro non posiunt singulorum facta dignosci prae turba & tumultu. Sil-

1. 312.

Clara nec in numero virtus latet. alio sensu dixit Ouidius 11. Fast. 227. fraude peris virsus. Bull. v. 200. Debeat Oebreus] Sic

vecus codex. alii, Ocheus. CARR. Noster, Occus. Burm.

v. 201. Sikila] Nubila nofter codex.

v. 204. Armente] Vitiole, " maro idem liber, ceterum rarior illa constructio, dines ab armenso. Seruius enim notat ad Virgil. 1. Aeneid. 14. veteres iunxif-Stionem aliquid nouarem. aes se tantum genitivo casui & ad 805 Nutrierat, fatisque viam mondinarat infiquis; Tum magis atque magis peditem candore noemitato a mili

Tyndariden incendit amor: fimul. obiius ha-

Rechus in aduersim Gelae iacit alipedemque: Constitit excusso victor duce: risit ab alta

210 Nu-

exempla, paullum alio sensu Oui- legerem iraque, dius 1x. Bp. 95 .-

Quaeque redundabas fecundo vulnere serpens

Fertilis, & damnis dines ab

ipsa suis. Pius male haec cepisse videtur, qui coniungit nutrieras ab omni armenso, scilicet separatos ad militiam eligens, nolens cos verfari inter armenta. Burm.

v. 207. Incendit amor | Equi scilicet, qui candore Cyllarum fuum, quem domi reliquerat (vid. lib. 1. 426.) referebat. Burm.

v. 208. Subito iacit] Graniter iacis liber Carrionis. primus Vaticanus, gleacie. Regius, Gelae iacit. non male, certe later nomen proprium. pro alipedemque Constisis. opinor, alipedemque Infilis. Inflire cum quarto casu frequenter jungi ad Claudiani Confulatim Manlii Theodori pluribus probadimus. Apaleius Met. vii. Ipse quoque insuper lumbos meas ixfiliens refidebat. pollis &,

Infilit excusso vetter duce." Arusianus Meshus deliberes. Infilire illane rem. Salluftius Hift. V. peractis LXX. annis armatus equum infilit. Heins. nofter coacie alipedemque. Pius; alipedem'

11. Aeneid. 22. ve rarum notat que conflisis coniungit, & expli-Statium ablatino iungere, cuius cal equum celerem confidere fecamen constructionis plurima sunt cit, donec ascenderet, non male,

> bastam Pestus in adnersum Gelae iaciea alipedemque Confistis excusso vellor duce.

vt confistere active sumatur, pro constituere, morari equum, ne excusso duce aufugeret, & ipse deinde eius tergo insilire posser. vide Voss. 111. de Analog, cap. 4. vellor hic non est equus, vt Vollet, vult, sed ipse Castor equalidens, ve notissimum est, ita dan quamquam non contenderem, si quis viffor malit retinere. Burm. Burmanni emendationem comprobat Markland ad Statil Silu. 1. 2. 45. pag. 19. &' ita explicat. Rifit, lactatus est Inpiter hoe filii fui praeclarum facinus cernens: & statim cognouit, equitem effe Castoreni, [non Pollucem, hic enim caess gandebat] quia babenas prebenderat, frenum occupaneres equi: hoc enim elt prensis babenis. &cc. HARL.

v. 209: Conflisio excusso victor Arrel Vix dubite quin legendum fit weller, non wifter. Veltorem enim equum appellat Valerius. dex, bafia Pettus in adversam gle- Non est de hac coniectura dubicandem, Vose.

T. 209.

210 Nube pater, prensique equitem cognouit has benis.

> At pariter luctuque furens visuque Medores Tyndaciden petit, & superos sic voce preca-

> Hune, age, vel caelo comitem me reddite fratri:

Primus & hic nostra sonipes cadat inpius hasta, Credita qui misero non rettulit arma parenti. Meque venit contra, captinaque terga mini-

Dixerat: Actaei sed eum prior hasta Phaleri

Deii-

v. 209. Rift ab alta Nube pater] Ita solent poetae deos inducere, laetos & se delectantes fortibus suorum factis. vt hic lupiter, qui tam subito Castorem videbat equo, quasi Cyllaro suo, inequitantem. & contra dolentes faciunt infelicibus suorum casibus. Statius VIII. Theb.

Hunc laudat ab als

Iuppiter, bunc tardus frustra miferatur Apollo.

IX. 820. Audit & mixto rist Latonia fletu. i. Achil. 644.

Rist chorus omnis ab also Astrorum, & tenerae rubuerune cornua Lunae.

alitet etiam in contemtu deos zifiile irritos conatus hominum docet Stat. x. Theb. 913. vbi. vide Barth, Burm.

fi feribatur, rifi, prae dolore age ex. Bon. HARL. furebat Medares [vr prifei codi- v. 214. Inpins] Qui fratre exridere casum eine, quo a Iuus- Bunu. ne Graeco spoliarus equo fuerar, v. 217. Aeaei parentis] Aectae. & resupinus excussus. fi rist lu- sic enim legit Sabellicus, erat aupiter, quid putas, alios facturos, tem adhuc fortis Acetes, non, . (C. .)

Prus. Vetus codex, visuque Medores. CARR. Forte, nifuque va apud Maronem,

Connixi incurrunt baffis. Risuque Medores Pius corrigebat. alii, Medones. HEI'NS. tes ex. Bonon. HARL.

v. 212. Precasur] Profatur codex noster, in margine, precatur. BURM.

v. 213. Hunc age] Codex nofter, nunc age vel celfo, nunc Pius in notis agnoscit. forte, Hunc ego vel caeso comitem me reddite fratri. vt fit abruptus fermo: bune ego scilicet occidam in vindiam fratris mei, vel me comitem addite fratri. sic lib. 1. 202. Musi ego, &c. Virgil. 1. Aeneid. 135.

Quos ego: fed motos praestas. componere fluctus.

y. 211. Visuque Medores] Quid vbi vide Seruium. Buum. Nunc

ces habent] cum videret, omnes cuffo nouum vectorem patitur-

Deiicit: ad focias fonipes citus effugit slas. Quis tibi fatales vinquam metuisset Amyclas 220 Oebaliamque manum, tot, Rhyndace, montibus inter

Diviso, totidemque fretis? cadit inpiger vna Inquine transfosso clari Taulantis alumnus Semidea genetrice Tages; cui plurima filuis Per-

fractus senio. Quin & Diodorus ait, ipsim fuisse ab Argonautis caesium in pugna. Atqui in Catalogo non fuit nominatus. nam in armis patriis prima tenebat Abfyrtus. Igitur non videtur improbandus textus habens, Dareneis, vt nomen sit viri. facile enim est ex p posse d sieri, si quod caput est superius renoluatur. Prius erat Attei, inquit Sabellicus. saris norum est Asticus dici, & Allens, pro Atheniensi. Potes cum Sabellico legere, Assei, seu Darentis dixeris, seu Parensis, pro viro Aezeo & Colchico. fic mules inveniuntur appellati- ce ex. Bonon. HARL. va in proprietatem transire, vt Equises, Harpe & alia. MASER. Multae variaeque funt in vulgazis libris lectiones, quarum nulla tamen cum hoc loco congruit, si eam excipias, quam vet. cod. habet. Allei sed eum prier basta Phaleri. CARR. Actaeus Phalerus recte dicitur. vide in Catalogo Argonautarum in Phalero. Pius intelligit hastam, quam Pater Aeacus, five natus in Colchico locq, dederat Medori, & quo spohiarus erat a Castore. Astei Mafer, & luntae Edit. Aeaet Pii, Ald Argent. Gryph. & Colin., tur. HABL. Edit. Attaei se dum prior basta. parenti noster codex. per socias vigilat materna foror] Cur non alas Pius Graecorum & Acetae paterna? nihil est ea vox hoc parentis, Bonon. HARL.

v. 219. Quis tibi.] Hic versus legebatur post vs. 215. in codice nostro. Burm.

v. 220. Tor Rhyndace] Sabellicus locum hunc emaculare volens, ait, Tu vide an, sothryndace fit melius, quam shorrindace. credo voluisse, tot Rhyndace. ponere. MASER. Cum fuperius in vet. cod. legatur, Rhundace, hic tamen constanter Rhyndace reperio, ea qua dixi v Graeco cum a nostro affinitate. CARR. Multis disputat Maserius, posse. Rhyndaeus & Rhyndaces dici. yt. Qaxes & Oaxes. Burm. Rhyda-

v. 220. Inter] Pius capit, tamquam vna vox effet, interdiuifon id est, separato. exprimit autem-Homericum illud II. A. 156.

Μάλα πολλά μοταξύ Ούρεά τε σειδεντα, βάλασσα το **Ϋχήεσσα**

ego illud inter ita capio, montihus inser, id est, qui sunt interpoliti. aduerbo polito pro adiedino, tot montibus interiedis diviso. Burn. mox vns etiam cod. ima Bonon, quae duo vocabula in cod. nostro & ed. Bonon. quam plurimis locis confundun-;

v. 223. Cui plurima filuis Per-, intelligit. Burn. aeaei - besta loco. fed nec vidro, quid situae,

Peruigilat materna foror, cultusque laborat. 225 Tenuia non illum candentis carbala lini,

Non

ad rem faciant. ne quid lectorem moremur, a Valerii manu esse, opinamur,

--- cui plurima telis-

Peruigidas nocturna foror. vel certe, plurima telae. vt apud Silium libro xvi.

Ludentis per colla iubae.
fic inf. 699. Bose flamina telae,
pro filuse, reponendum esse monemus. & lib. 1. 428.

— quod gemina mater spettabile sela

Duxis opus.

mollurus forer, vt apud Maroneit.
Georgico primo, vers. 390. seq.
Apollonius libro IV, [v. 1063.]

"EVVUXIV RAMSHEM YOUN TRAGEGYOS

λλίσσει. Signum vero sedulitatis & continentiae matronalis lanam nocturno tempore, aut telam facere. id Incubrare veteres dicebant. Varro de vita Pop. Rom. Cum interes Incubrando faceres iuxea ancillas finam. Talis Lucretia a Liuio & Nasone describitur. Notte fera deditam lange inter lucubrantes ancillas in medio dedium fedentem inveniunt inquit Liuius, vid. Maro lib. v111. 409. fqq. & mater Euryali libro 1x, 488 fqq. Propertius libro IV. El. 3, [33. vbi vero vide Broukh. 1

Noctibus bybernis castrensia pen-

Es Tyria in calastos vellero lecta fuos. ita scribendum, ni mauis, in ra-

dies vellera texta fues. vt telae radios intelligat. vulgo,

Es Tyria in radios vellera fellafies. noster quoque-libro 117 140.

Anse serum longe mulcers infomnia peufo.
ceterum vt hic notturna foror laborat cultus tratti: fic apud Curtium libro v. cap. 11. Alexander
ad Syligambin, Hanc veftem, que
indusus fum, Sororum non desum
folum, fed esiam opus vides. Ad
quem locum operofe complura
huius rei Freinshemius congeste.
apud Claudianum quoque in Epigrammatis ad Honorium,

Accipe parua euae, Princeps venerande, Sororis

Munera, quae manibus tennit ipfa fuis.

HEINS. Ingeniosa hace est Heinfii emendatio, quam tamen veram praestare non aufim. Pius explicat, plurimas Nymphas a Silua matre prouenientes cam comitari, vt coniungat, foror materia filuis. fed maternam fororem, (ita enim placuit Poëtae potius, quam poternam) explicarem de fotore genetricis Tagis, quae erat semides, & ideo a nobiliore parte generis eum commendat: illa vero pro fororis filio vestes & cultus texebar. plurima coniungendum cum pernigilat & laborat, id eft adfidue & diligenter operi inuigilabat. ita Horat. 1.1 od 7.

Plurimus in Innonis lioneren.
Aprum dicet equis Argun.

Aprum dicet equis Argun.
vbi vide Xylandri noras. Flor. v.
2. multur in ev proclie Caefar. &
ita passima ahi. in Stair ego latter
nomen proprium credo, quod
quis dicat, nife codice adiatus?
ter vigilir etiani noster codir.
Boan.

v. 225. Candentis carbafa villa]
Sic reposition haber coder Bononientis. funt plures, qui haben,

Non auro depicta chlamys, non flaua galeri Caesaries, pictoque iuuant subtemine bracae. lamque nouus mediae stupefacta per agmina pugnae

Vadit eques, densa spargens hastilia dextra; 230 Ful-

eandentis Nili. sed a textus can- Pall. 352. Pius capit de filamendore secedunt in Nilum, seu Me- tis, quae praesuuntur orae galerilonem. his tutior est progressus, ex holoserico, vel panno bombysi legerent, lini candentis. & for-cino. Burm. san, candensis Nili si ad id refergyptiaco & Colchico lino & Sarquem secum trahit. MASER. lini rede cod. Carrion. & noster collatus. HARL. Villi Pius in notis; Nili quoque noster codex, quae lectio forte venit in mentem licredebatur, Aegyptiorum coloni, & quia in Aegypto texebantur etiam vela & carbaía, de quibus vide Heins. ad Claudian. z. in Eutrop. 357. carbasa vero senuia hic funt veltes ex ferico tenuissimo textae, vt Ouid. IV. Met. 104.

Ore cruentato tenues lanianis omictus.

Plaut. Mercat. 111. 1, 20. Possin' tu, si vsus venerit, subtemen tenne mere. Senec. Hipp. 329.

Tennem Tyrio subtemine pallam. Apulei. Florid. 111. Quid? qued & vestis textu tenuis, tactu mollis, purpura radians, tenuiarii hinc, qui velles tenues texebant. vt in antiquis lapidibus apud Gruterum & Reines. Clas. xs. Ins. 84. & alios. Burm.

v. 226. Flaus galeri Caesaries] Multa de Galeris & corum vsu notauit Salmalius ad Tertull. de secunda editione Carrionis, vnde

v. 227. Picto subtemine] Carlicet phurimum remote, rion e cod. suo dedit subtemine. quod dictum est in lib. v. de Ae- & hanc scribendi rationem tam auctoritate Varronis de L. L. lib. donico. ve candor & carbasa non IV. quam Caristi Sosi patris lib. r. ad Nilum transiret, qui dicitur Instit. Grammat. Pierii ad Virgi-Melo propter lutum & limum, lium & Dion. Lambini ad Horatium, denique Florentin. Pande&. in 1. 70. princ, & f. vlt. tit. de legatis libr. 111. l. 22. fine tit. de auro, argento copiose vindicat. adde Drakenb. ad Sil. Ital. v11. brariis, quia & Colchi erant, vt 80. vulgo subtegmen, contra codd. alios, HARL. Accurate Salmafium ad Capitol. Pertin. cap. v111. de famine & subtemine agentem vide. Pius pro limbo hic capit. BURM.

v. 228. Nouns eques | Pins exponit, qui modo militiam auspicatus, vel admirandus nouo robore & viribus. sed rectius Maserius de Castore, antea pedite, nunc equum nacto, exponit. Iam nonis Ald. vitiole, pugna etiam Edit. Pii. Burm.

2. 228. Stupefacta per agmina] opinor, flipara. vide notas libro v. 337. Silius libro 1x,

Stat niucis longum stipato per agmina vallum

Dentibus. cap. 11. §. 2. Vs animaduersis

frontem bostium flipatam. HEINS, v. 229. Vadit eques | Vidit in Ddd

230 Fulmineumque viris proturbans ingerit ensem Huc alternus & huc: cum faeuior, ecce, inventus

> Sarmaticae coïere manus, fremitusque virorum Semiferi: riget his molli lorica catena;

> > Id

in Alardi, Heinfii & alias irrepfit. ita saepe vitia propagantur. sed vadere verbum in hac re est proprium, cum quis alacriter, magnis passibus & impetu quodam incedit. Virgil. 11. Aeneid. 358. per sela per bostes Vadimus, vi. Aen, 203.

Ille ducem band timidis vadentem passibus aequat. infra VII. 235. cui vadis Ibero &c. vid. Barth. ad Stat. viii. Theb. 296. & hinc patet stupefacta aemina non moueri debere: intelligit enim hostium; cum sipata effent sociorum intelligenda, quibus stipabatur Castor. Hostes vero stupebant Castora insidentem equo aduersarii, quem deiecerat: in nostro codice erat, vadit equus densa aspergens b. d. an, densa afper agens bastilia. vt supra ad lib. 11. 179. agere tela & timilia vidimus. sed & spargere rectum & obuium inf. vs. 698. Lucan. 111. 227. & passim. Burm.

v. 230. Fulmineum ensem] Fulminis instar irrumpentem. Bul. Vid. lib. 111. 119. male, flumineum edit. Pii. Burm.

v. 230. Viris prosurbans ingeris ensem.] Sic vetus codex, alii profundens ingerit. CARR. Heinfius malebat, viro. forte, viros proturbans. In editionibus priscis & codice nostro, profundens, sed Claud. bell. Gild. 198. proturbat auita Quemque domo. 11. Rufin. 476. regem Proturbat plebeius egens. & nulla differentia inter equum &

gerit vero Virgilianum verbum. vid. Barth. ad Stat. 1x. Theb. 304. apud quem etiam lib. v. 230. mallem,

Impellitque minis atque ingerit en∫em.

vulgo, inferit. Pius explicat, praemittit, Burm.

v. 231. Huc alternus & buc] Sic ex. Bonon. HARL. Hunc & bune editiones Pii, Maserii, luntae & Aldi. cum Pius tamen in notis, bue probet, & bis hoc hemistichium placuisse Poëtae noter. vt lib. IV. 266. BURM.

v. 231, Cum saeuior Crebior adscripserat Heinsius. sed vocem hanc faeuns placere Flacco faepe vidimus. mox, fremisuque codex noster.

v. 233. Molli catena] hoc vocabulo artis excellentia exprimitur, vt infr. 364. Molles galeae Gefander babenas. catena, mollis, tam affabre & artificiose facta, vt rigidam loricam alligaret molliter. & ita contra dura dicuntur, quae rudius & non elaborate fatis sunt facta. vid. Ramirez. ad Martial, spectac. Epigr. 1. Burn. riget & ex. Bonon. HARL.

v. 234. Id quoque segmen auis: et equi] fic ex. Bonon. HARL. Scribo, id quoque tegmen equi, feb equi, vt fit hic fenfus, rigida catenataque lorica tedus erat eques, fed & equus erat opertus ferro fimili, vt vulnerari non poset, passim. vid. ad Sil. 1x. 447. In- equitem erat in ferro, nisi quod

Digitized by Google

ARGONAUTICON LIB. VI.

Id quoque tegmen equis; at equi porrecta per armos

Et caput ingentem campis hostilibus vmbram Fert abies obnixa genu; vaditque virum vi,

Va-

787

wmbra lanceae vastissimae equum totum porrecta vmbrabat. Prus. Omnes vulgati, id quoque tegmen anis, & equi porrecta per armos. vet. cod. id quoque tegmen equis agitur porrella per arms. CARR. perperam Carrion, per arma. equis agequi porretta prim. Vatic. in Regio, ac equi. lege, at equi perrecta per armos. Heins. Id quoque tegmen anis, age qui porrecta edition. Pii, Iuntae, Arg. Colin. & Gryph. & codex nofter, id quoque tegmen equis, at equi Ald. & Carrion. quod secuti sumus. senfum effe puto, equos etiam fuiffe loricatos catenato ferro, sed contos, quos equites Sarmatae gerebant, porrectos prominuisse per armos & capita equorum, & genibus equitum sustentatos & inmixos. Silius lib. xv. 686.

Nec non, cornipedis tergo de more repostus, Sustentata genu per campum pondera conti

Sarmasici, prona aduerfos vrgebas in bostes.

hos contos loro amentatos fuisse supra vs. 162. vidimus, vt si longius eiecti fuissent, retrahi possent, vel si vellent, possent, vel si vellent, possent equites manu emittere loro dimisso, instar iaculi, vnde addit, docilis relegi, docilisque relinqui. inst. 253.

cursibus exsuis bassam,

Dunque reconlectam rursus locat.

locas scilicet ad genua, vnde per
armos & caput equi protendebatur. fers vero umbram, quia longus ille contus vmbram faciebat

hostibus, quam tamen melius, si erectus fuisser ab equite gestarus, facere dici posser, quia runc latius vmbram iaceret. vt apud Stat. x11. Theb. 730.

Vs vero aequoreus quercum Marasbonida Thefeus Extulit, erestae cuius crudelis in hostes

in boftes
Vinbra cadit, campunque truceus
lux cufpidis imples.
vbi Barthius hunc locum recte ad-

voi Bartnius nunc locum recte adducit, & de magniloquentia hac veterum vatum agit. obnins genu veto est genu sulta, sustanta, innitens. vt inf. v11. 595. Obninsique genu superes. noster veto codex, obnena habebat. Burm.

v. 236. Abies obnine genn] Lucem huic loco Lipfius accendit lib. 111. de milit. Rom. cap. v11. quem non pigeat adire. Bul.

v. 236. *Vaditque virum vi, Va*dit equum] Sic Bonon. & cod. Cartion. virum vis coniecit Heins. HARL. Melius vadis equi, vt ad solum equitem referatur, qui impulsu vndae subsequentis ferebatur. vt equi pernicitate; qui equus erat docilis relegi, & docilis relinqui, vt decilis fit cafus genitiui. qui equus erat docilis manere in loco aliquo, vnde non moueret se, nec alio auerteres. Pius. Pius male de equo accepit, quae de abiete siue conto Poëta intellexit. at recte legit, vaditque virum vi, Vadit equi, quamquam equum perinde effet. sensus vero est, contum illum du-Ddd a pliVadit equum, docilis relegi docilisque relinqui, Atque iterum medios non altior ire per hostes. Orbibus hos rapidis, mollique per aequora Castor

240 An-

plices vires accipere, & ab equite, qui eum frenatur, vt supra loquitur, & torquet, & etiam ab equi citato gradu; ita enim contus ille erat aptatus, vt emitti & retrahi possit, & iterum locari sede, vel penitus emitti loro dimiffo, quod per relinqui intelligo: licet fi quis relingui, pro suo loco iterum locatum manere, capiendum effe velit contendere, non repugnabo. fed relinquere pro emittere manu etiam Martial. x 1. 50. Nunc plorat speculo fallax ancilla relicto. id est, cum cecidisser e manu, ve ex sequentibus patet, male pro attrito vel confumto capiunt alii. vide fupr. 111. 685. Maserius +d docilis referens etiam ad sequentia, de iuuentute Sarmatica explicat, quae docilis ctiam fit ire non altior. perperam. nos senfum, quem dedimus, verum esse credimus, & omnia de conto intelligenda, qui si relectus fuerit, & iterum locatus sede, non altior potest ire per medios hostes, sed eodem, quo prius, tramite emisfus per armos & caput equi, non altior, vt iacula, quae alte torquentur, fed humilior in hostium confertas turmas ciicitur. Pius, qui omnia de equo capit, exponit, vel non altiori vel maiori gradu se tollens: vel tandem illis, qu' non aptior legunt, affentitur. vt sit aptissimus, qui inferatur in aciem hostilem. & iterum capit pro etiam. omnia frustra. omnibus fraudi fuit, quod tà do-

lucrint, fed vide ad Ouid. r. Amor. xIV. 13. BURM.

v. 238. non altior ire per boftes] non lentior puto. vel, non tardier, vel, audentior, v. infra 681. & tv. 284. Baptifta Pius accedit illis, qui aptior legunt. Heins.

v. 239. Mollique per acquors Castor Anfractu] Molli lorica casena praecesserat. puto, volucrique. pro orbibus rapidis. Perperam Carrion, rabidis. Heins. Nec hic quidquam mutem. mollis enim anfractus equi per acquora, id est, campos, est non praeceps & incitatus slexus, sed lenis & arte quadam moderatus, vt eo sensu, molles clini, clementes, lenes &c. dicuntur. vid. Barth. ad Stat. vi. Theb. 260. apposite Silius iv. 491.

Dumque vada & molles aditus
per devia flexo

Circuin petis

Vbi vide Cl. Drakenborchii notas.
notandum vero quod anfrattum
hic tribuat equo, & pro flexu ponat. de quo vid. Barth. ad Stat.
v. Theb. 520. mollis igitur anfratus equi, est cum circumagenti equiti obsequitur facilis
equus freno, nec duro ore relucatur, vt Ouidius 11. Amor. 1x.
29. describit,

Vs rapis in praeceps dominum, fpumantia frustra Frena retentantem, durior oris equus.

capit pro esiam. omnia frustra. Idem, per flexos exiguo in orbe omnibus fraudi fuit, quod 10 do- pedes, intellige apud Ouid. IV. cilis rei inanimatae tribuere no- Ep. 80. quod hic per mollem anfractum.

Anfractu leuioris equi deludit anhelos,
Immemoresque mori: fed non isdem artibus
aeque

Concurrunt, vitroque ruunt in funera Colchi. Campesus, inpacta latus inter & ilia quercu, Tollitur; ac mediam moriens descendit in

245 Ocba-

fradum, in quem Castor sciens flectere equum, eum circumagebat; & ita deludebat longos illos contos, qui cum recto tramite porrigerentur & emitterentur, longiori tempore & spatio campi opus erat ad emittendos & recolligendos, hos ergo leui, id est, agili & non cataphractario (vid. ad. lib. 1. 389.) ve Sarmatarum, equo eludebat Castor, gyro exiguo & molli. eodem modo, vt Romanos folo scuto pectori adpresso, & manu insidenti capulo, Germanorum praelongas hastas (id est contos) quas artis in locis non protendere, non colligere poterant, crebris adfultibus, & velocitate corporis inutiles reddidiffe, narrat Tacitus 11. Annal. cap. 21. quia vero orbes rapidi, & mollis anfractus sibi contraria esse videri possunt, ego mallem, erbibus bos rapidus, mollique &c. vt Castor rapidus, id est, celer & velox, eluserit orbibus mollibus & molli anfradu hostes sessos. qui toties longos & difficiles anfractus & gyros facere cogebantur. Bunm. Nil mutem : fubito circumagere (herum tummeln) & facile leniterque flectere equum potuit Castor. Non sibi funt oppolita, licet aliquantum diuerla. HARL.

v. 241. Inmemoresque mori] Inmemoresque sui malucrim. HZIN-

stus. Pius exponit oblitos mortis, prae tumultu Martis. Maserius, cum vitae essent prodigi. melius, non curantes, aut cogitantes de periculo, cui se exponerent persequentes Castora, qui leui equo & molli gyro cos eludebat, & captato tempore, vt mox vers. 294, inuadebat turbatos, & non satis tegentes se & munientes latus, ita lib. vill. 137. volat ipfe seneetae inmemor Acetes. Stat. 1. Achil. 311. turbae securus & immemor aeui. codem sensu vtitur saepe Statius voce nestire. vt vII. Theb. 674. de Leone greges inuadente,

Pracdam videt & fus vulners nescit.

& lib. v. 345.

Tantosque inbet nescire labores. De verbo meminisse vidimus supr. lib. v. vers. 584. hinc iam satis essicitur, nihil esse mutandum. Burm.

v. 244. Mediam moriens descendis in bastam.] discendis prim. Vatican. an describ? HEINS. Et noster codex, discendis. sed nihit muto. eques enim erat Campesus, quem aduersarius hasta quercea ex equo tollit in altum, vt mox vers. 250. vebis. itaque eleuatus ille, at mox moriens, descendit in hastam. vt contra, vbi ex alto vulnerantur, dicitur hasta vel ensis descendere in illos, ita hie Ddd 3

Digitized by Google

Oebasus, infestum submisso poplite Phalcen Euasisse ratus, lacuum per luminis orbem Transigitur; tenerae liquuntur vulnere malae. Contra autem geminis fidens thoracibus, iclum Sustulit, & gladio Sibotes ferit vltima teli,

Nequicquam: iam cuspis inest, nec fragmina curat

Ambenus, & trunco medium subit Otrea ligno.

contra eques vulneratus ab hoste, qui iam erat inferior, descendit in eius hastam. Ouid. 111. Met. 67, de priori modo,

Toto descendit in ilia serro. Vbi vide notata, & Barth. ad illa Claudian. Bell. Getic. 601.

Altius band unquam toto descendimus ense

In iugulum Scythiae. Burm.

v. 247. Transigitur | Sabellicus pro eransfigieur, (quod etiam in ex. Bon. est,]. volebat, transfigit. neutrum placet; hoc non admittit quantitatis regula, illud verbi natura. Maser.

v. 247. Tenerae liquuntur] Sic cod. Carr. ed. Maser. al. linquuntur Bon. Lugd. & Argent. tenero prim. Vatic. ed. Bonon. HARL. Linquuntur noster codex & Argent. Colin. & Gryph. quod Pius scribit, quosdam pro pereunt, in nihilum abeunt, capere. ille in notis liquuntur (vitio operarum tamen editum linquuntur) explicate franguntur, dissoluuntur, quo sensu Lucretius saepe, sed male illuc refert illud Martialis, quod paullo ante ad vers. 237. adduximus, Speculo relicto, quasi hoc a reli*quor* descenderet, cuius verbi nulla est auctoritas. Burm.

v. 248. Geminis thoracibus] Id est, duobus, ve capit Barthius ad Stat. IV. Theb. 174. Pius expli- Virgil. x. 797.

cat duplici & grani: quales clypei septemplices & similia, quod verosimilius puto. Burm.

v. 248. Ichum Suftulit] Suftinet, ni fallor, vt apud Maronem,

--- contra ille repugnans Suffinet a ingule dextram, & vin viribus exit.

HEINS. Reclius Pius, erexit lanceam, vt feriret. ita efferre vtitut Silius 1x. 626.

Extuleram dextram atque aduersum cominus ensem. Buru.

v. 249. Ferit vltima teli Nequicquam] Sic distingue. deinde, At Sibotes legit Pius. HEINS.

v. 249. Vltima teli] Extremum teli, finem hastae. Bul. interpretatur primam acuminis lanceae partem. male; cuspis inerat iam corpori, Sibotes vero secat gladio lanceae partem vltimam, quae manu Ambeni tenebatur, qui trunco illo ligno, fine cuspide Otrea vulnerat. Burm.

v. 251. Otrea] Ocres noster codex; subire vero proprium in hac re verbum, ve iam notauimus lib. IV. 299. artis enim id gladiatoriae, ita subire & interiorem fieri aduersario; ve ille armis suis vti non possit, inf. 322.

Vbi congressu subiis Gesander iniquo.

Zameri

791

Seminecem Taxes Hypanin vehit, atque remissum

Pone trahit fugiens, & cursibus exsuit hastam:
Dumque reconlectam rursus locat; inruit vitro,
Turbatumque Lacon, & adhuc inuadit inermem.

Inpulit aduerfo praeceps equus Onchea conto, Nequie-

Iamque adfurgentis dextra, plagamque ferensis Aeneae fubiit mucronem.

Sic ad amoris certamen transfulit Propert. 1. eleg. 9.

Acrius illa subit, Pontice, fi qua tua est.

vbi vide Broukhusii notas. Burm. Ocrea Bonon. Onchea cod. HARL.

v. 252. asque remissum Pone trabit fugiens, & cursibus exuit bastam] Recius videtur fore,

Pone trabit fugiens, & calcibus
exuit bastam.

Heins. Nihil muto. primo vebit hasta Hypanin transfixum. vt fere apud Statium lib. v111. Theb. 495. Hasta viri per pedus abit, par-

mamque tenenti

Excutit, & Summa fugiens in cuspide portat.

& Silu. xv. 686.

Tunc quoque transfixum telo, per membra, per arma Confulis ante oculos, magno cla-

more Sabellum

Afportabat onans.
Deinde eum remissum, id est, vulnere debilitatum & confectum, in terramque pondere suo delapsum post se trahit. sic lib. 111. 334. equus ceruice remissa. ita cera remissa, est mollis, liquesacta, apud Seren. Sammon. cap. xv1. arcus remissus Horat. 111. od. 27. pro retenso & soluto. ita hic Hypanis

ante vulnus rigido & erecto corpore, nunc soluto & languido trahitur per terram. Taxes vero dum cutrit & trahit vulneratum, hastam extrahit & eucllit ex vulnere: eleganter vero exsuit, quod imitatur Statius lib. 1x. Theb. 287. Megnoque e vulnere telum Exsuit ips gemens. Ita ex codice Mediceo Ouid. 1x. Met. 52. Exissiti pos gemens, adduttaque braches solute. Vbi vide adnotata. Burm. exuit, Boron. Harl.

v. 254. Locat | Vocat noster codex. male. reponit loco suo ad genua, vt supra vidimus. Burns. v. 254. Inruit utro] Imo, uter. simile mendum sustuliamus libro 11. 522. Heins. Retinendum utro. id cst, prior, antequam ille in statu & gradu se repossisser, occupans & praeueniens. vt lib. vt. 198. prior occupat. vid. ad lib. v. 21. sic vitur illa particula utro Terent. Eun. I. 1. se utro accusation de la vitro de la vitro accusation de la vitro accusation de la vitro de la vitro accusation de la vitro acc

Cerui luperum praeda rapacium Sectamur oltro.

Noster libro 11. 124. coniungit prior & viero; vides illa prior, iamque aduolat viero. lib. 1v. 39. viero petis. & passim. Burm.

v. 255. Turbasum] Vid. ad lib. 1v. 293.

v. 256. Onches conto] Ita vetus D d d 4 codex. Nequicquam totis reuocantem viribus armos. In latus accedit sonipes; accedit & ipse Frigidus: arma cadunt; rorat procul vltima cuspis.

260 Qualem populeae fidentem nexibus vmbrae. Si quis auem fummi deducat ab aëre rami,

Ante

codex. alii, Ochea. CARRION. Onchea tocho codex noster, obscurior vero huius versus sensus videtur, quem ego ita explico. equus Onchei praeceps, id est in caput ruens, vt recte Pius, impulit etiam, id est, effudit Onchea, qui contum aduersum ferebat Castori. iungo enim non impulit conte, sed Onches aduerfo lebat, affedit. Bunu. conso, id est, qui ferebat aduerfum. ve obuius ille vsus ablativorum: male Pius Onchea conto aduerso percussum explicat. contus enim armatura Onchei Sarmatae, non Castoris, qui leui equo & gyris vtebatur. Oncheus yero tentabat reuocare armos, id est, rursus erigere equum labentem, sed ille labitur in latus, & iple eques morte propinqua frigidus. sic renocare hastam pro retrahere Ioseph. Iscan. v. 408.

as ille Obliquam renocans bastom sic excipit ambos.

& ita renocuntes dominos infra vs. 409. qui currus retorquere volebant, dixit. aduersus consus, scilicet in Castorem protensus. vt mox vers. 270. aduersae bastae. Sil. 1v. 207.

Aduersumque viro rosas obnius ensem.

1x. 626.

Extulerat dextram asque aduerfum comminus enfem. Claud. 111. Rapt. 71.

Namque modo adversis innadi viscera telis.

Gigant. 79.

Tunc concisus enfe Pelerum Transigit aduerfo.

Armos vero non de homine dici, fed de equo vidimus ad Ouid.x11. Met. 137. Burm.

v. 258. accedit] Heinlins ma-

v. 261. Ab aëre rami? Fastigio, fummitate. sic Maro in Georgicis, [11. 123. vbi v. interpr.]

Vbi aëra vincere summun Arboris band vllae iactu potnere sagittae. Pius.

Carrion e cod. suo; deduces el arbore rami. & Bulaeus putat, hanc lectionem defendi posse simili loco apud Virgil. v. Aen. 504. aduersique insigitur arbore mali: B arborem rami esse ipsam arborem: neque arborem semper nome grandem slipitem, sed quandoque frutices. Vulgatum tamen, quod exquisitius est, iure defendunt Zinzerl. Promuls. cap. 10. & Vossius; loco Virgilii a Pio jam laudato. HARL. ab arbore perperam Carrion. vulgatam lestionem Zinzerlingus rece tuetur ex illis Virgilianis, Vbi aëra &c. Theb. v. 565. vt rede iam castigarunt homines eruditi.

> nemorumque per atra donfi

Diffultant nexus. libro v1. 281.

Ante manu tacita cui plurima creuit harundo; Illa dolis viscoquè super correpta sequaci Inplorat ramos, atque inrita concitat alas.

Parte alia infestis (nam fors ita junxit) in armis Styrus adest, laetusque virum cognoscit Anaufin;

Et prior: En cuius thalamis Aeëtia virgo Dicta

Inminet, & refugae sterilem rapit aëra filuae.

Lucanus libro 1x. Quam segnis Scythicae strideres arundinis aër.

HEINS. Vid. Gronou. ad Statii locum priorem. BURM.

v. 262. Ansel Prius hoc tacite fiebat. nisi legamus, arre. Pius. Sabellicus pro Ante reponebat, Arte. Inepte. Ordo verborum Valerii est. si quis, cui ante manu tacita plurima arundo creuit, deducat auem ab aëre summi rami &c. plurimas arundines, easque ità arbore animaduerteret, tacita manu arundinum ordinem erigebat, fcie Anaufin | Scribo, laetusque vt tamdiu in altum excrescerent, viri, simillimus locus exstat libro donce auis visco, quo suprema arundinum illita erat, corriperetur. Cantum autem adhiberi in pacisque meae. eandem lectionem genere istoc aucupii necesse erat, vt auis facilius falleretur. Martialis lib. xIV. 218.

Non tantum calamis, sed cantu fallitur ales.

Callida dum tacita crescit arundo manu. Alii fistula vtebantur. Dionysius

Cato, Fistula dulce canit, volucrem dum decipit auceps.

--- non qui fallacibus undis Vossius. Hoc aucupii genus non recte cepit Pius, qui sub arbore, aliam arborem vifcatis ramusculis plenam sublatam vult. in quam transilientes, vt in veram arborem auiculae, visco alligatae fallebantur. rece Vossius explicat post alios multos. vid. ad Petron. cap. x1: & CIX. & hic Weitzium. Burm. creuit etiam cod. crescit Bonon. HARL.

v. 265. Nam fors adiunxis] Ita omnes vulgati. vetus codex, nam fors ita iunxit. CARRION. Ita iunxit non male Carrionis liber. Tale enim erat genus nisi, fors ita duxis. sic, fors tulis illud aucupii. Accipiebat auceps Ouidius. vbi vide. forfiem iunxis prim. Vaticanus & regius. forte, aptabat, vt vna alteri includete- fors rata iunxis. vel duxis. Heins. Itaque si auem in summa Forsisaniunx noster codex. Burm.

V. 266. Laetusque virum cogno-IV. 297. vbi habes, anidus viri. laesus viri, supra, Laetus opum Maroni quoque reddidimus Acneidos primo, vers. 441. vbi videantur annotata. & ad Ouid. vrr. Metam. 435. Heins.

v. 267. Thalamis] Thalamos malebat Heinsius. sed cum idem sit sensus, vulgatam non muto. ditta autem proprie: nam ditta prius, vel pacta, tunc sponsa vocabatur. vt recte Pius & alii, passim obuii. Burm.

Ddds v. 262. Dicta manet, nostrosque feret qui victor amores.

Non, sit: inuitoque gener mutabere patri.

Tum fimul aduerfas conlatis cursibus hastas
Coniciunt: fugit adductis Albanus habenis
Saucius, atque datum leto non sperat Anausin,
Nec videt. ille autem telo moribundus adacto,
Ad soceros, pactaeque sinus en coniugis, inquit,
Styre, fugis; vulnus referens, quod carmine

Sustineat, nullisque leuet Medea venenis.

Dixerat: extremus cum lumina conripit error;

Voxque

v. 268. Feret] Id est, auferet. vid. lib. 11. 577. BURM. v. 269. Non sie] Verus coder,

En, air. CARRION. Lego, Non, air. subintellige patiar. Nec aliter scripti nostri & priscae editiones. quod a Carrione mutari nequaquam debuit. apud Maronem,

Dardanium toties sudaret sauguine litus?

Non ita. mox, pro, conlatis curfibus, opinor, conlatis viribus. Heins. mon feres Pius & Maserius supplent. Burm.

v. 271. Addustis] Manu compressis, quod faciunt qui sugere volunt. aptant habenas, ne nimis suant. abdustis pro remissis noscio quis legit. cursus tantum fauorem [an furorem] respiciens. repugnant prisci codices. Paus. Recte. ita tendit, id est, adducis frena Euhippe vers. 377. & contra irruens, Gesander admiss babenis inst. vers. 303. Burm.

v. 272. Datum leto] Lette non fperas noster codex. mendose. sensus est, saucium Styrum sugisse. fed ignoratie nec vidifie Anaulim fimul letali vulnere, quod sperare non poterat, consectum a se. Burm.

v. 274. Ad Soceros] Et focer & focrus intelliguntur. vide ad Quinchil. 1x. de Inft. Orat. cap. 3. p. 817. & ad Decl. CCLXXIX. & Calp. XII. Ouid. 1v. Mer. 61. & Virgil. 11. Aeneid. 457. ad foceros dixit. vbi vid. Seru. & German. Valent. Burm.

v. 275. Vulnus referens] Maluerim, vulnusque refers. Heins. v. 275. Carmine] laudd; feu cantus magicos intelligit. Vide

v. 277. Conripit borror] Error Carrionis liber. & prim. Vaticanus, [item ex. Bonon.] vere.

nec

Voxque repressa gelu, percussaque vertice tellus. Hinc animos acies auget; magnoque doloris 280 Turbine Gesandrum Mauors rapit: ille mo-

Increpat, & stricto sic vrguet läzygas ense: Nempe omnes cecidere senes, nempe omnis ademtus

Ante

Maronem Aeneidos IV, 690. fqq. eculi errantes de moribunda. Silius lib. v11. de Bibulo moribundo, erratque niger per lumina fomnus. Statius Theb. x11.

- ille oculis extremo errore Solutis

Labitur.

idem pietate Abascantii, vt quidem illic optime restituit Gronovius Diatribes cap, xLVII.

Ismque cadunt vultus, oculisque nouissimus error. Obtusacque aures.

Heins. Rede errer, quia morientium oculi non agnoscunt praesentes, prae tenebris, quae illis obducuntur. eadem varietas apud Ouid. xv. Met. 198.

Me luridus occupat borror. vbi MS. error. vide ibi notata.

v. 279. Magnoque doloris] [Bonon.] Lugd. & Argent. acies auges, magnosque dolores. vet. cod. acies auget magnoque doloris Turbine: melius. CARRION. Animes acres opinor. Mauors scilicet. HEINS. Acies auget magnosque deleres editiones omnes priscae, sensus vero in illis nullus vel intricatus. mallem, Hace eni- nes | Sarcasmum hunc rece exmos facies auget, magnoque doloris Turbine &c. hoc spectaculum, zugas senes non naturali fato obiscil. caedes illa Anausis, quam rent, sed a filiis interficerentur, videbane eins socii, incendebat vt supra vers. €25. dicit, non

nec aliter adgnoscebat Pius, apud animos illorum, & praecipue Gefandrum, quem dolore magno Mars stimulat. sic. Ouid. 1. Trist-III.

> Hace facies Troise, cum caperetur, erat.

Ita mox vers. 411. Libyco nec ralis Imago Litore. fic facies cinitatis pro statu, in quo est. vid. Zinzerl. Promulf. cap. xxx11. & Cl. Drakenb. ad Sil. 1v. 593. Stat. x. 524. baec pugnae facies. ita & in fimili casu speciem dixit Virgil. Aen. 11. 407.

Non tulit banc speciem furiata mente Coroebus.

vbi Seruius interpretatur, inisriae fuciem. voces vero has, acies & facies permutatas videbis apud Ouid. IV. Met. 463. vbi vide notas Heinsti, & apud Quind. vrrt. de lnst. Orat. 111. pag. 702.

v. 281. lazigas] caue lazyeas [quod vero iam fuit in ex. Bonon, non, Isficas, vti Maserius ex illa editione profest. HARL.] cum Carrione reponas. Iazya lazygis, Vt lapyx lapygis. HEINE. Sigurgitis azicas codex noster. mendose, vid. supra 122. BURM.

v. 282. Nempe omnes cesidere seplicat Pius: cum enim apud Ia-

omnes

Ante pater, quae vos subito tam soeda senectus Conripuit, fregitque animos, atque abstulit iras? Aut mecum mediam, iuuenes, agite, ite per vrbem,

Argolicamque manum; aut caris occumbite natis.

Inruit,

omnes dicit senes interfectos, sed superesse hos, qui licet aetare effent iuuenili, senes tamen ignavia & languore videbantur: quare exhortatur eos, vt secum velint pugnare strenue, vel a filiis, tanquam reuera essent senes, occidi. ironiae inseruit vocula nempe, vt saepe apud Ouidium xIII. Met. 339.

Nempe capi Troiam probibebant fata fine illo.

& obiurgationi simul inseruire docuit Freinsh. ad Curt. x. 11. 25. Ademsus vero proprie de illo, qui ante saralem diem rapitur, vel, vt vetus Barthii Scholiafter, ad Stat. 1. Theb. 627. qui visae suae cursu non expleso praeter spem moritur. quod pluribus ibi Barthius illustrat. Ouid. x1. Met. 273. Fratrem lugebas ademsum. & vers. 331. Nasam delamentasur ademsam. noster lib. 1v. 315. Nullus ademsi Regis amor. cadere autem & ademsi coniungit exemplo Horatii lib. 11. Od. 4.

Barbarae postquam cecidere turmae Thessalo victore, & ademtus He-

Thessalo victore, & ademtus Hefor. Burm.

v. 284. Abstulie iras] Irae hic virtutem bellicam notant, vt pasfin noster, Statius & alii vtuntur. vid. Barth. ad Papin. lib. Iv. & 23. & 114. & alibi millies. Burn. v. 285. Mediam per wrbem] Forte,

Aus mecum Acaeum innenes, agise, ise per boftem Argolicamque manum.

HEINS. Violentior correctio, quam vt eam probemus. Quare enim non potuit Gesander adhortari suos, vt in ipsam Colchidis regiam vrbem irruant? ad summa enim hortari solent duces, vt saltem minora virture sua confequantur, nist enim vrbem capiant, & Argonautas sternant, domi manu natorum esse cadendum dicit. Burm.

v. 286. Caris occumbite natis] Scribe, claris occumbise factis. aut vincendum est, aut strenue agendo moriendum. Prus. Lugd. & Argent. aus claris occumbite factis. vet. cod. caris occumbise natis. quam lectionem Maser, laudat. Natis, inquit, quibus pulcro eritis exemplo, si insigni morte ante senium cadatis. Ego vero aut nasis, aut factis occumbere, Latinum esse non puto: legendum itaque conieci, claris occumbite fatis, & meam conieduram inueni a verusto Parisiensi comprobari. CARRION. Alii, faffis. Carrionis liber & primus Vaticanus cum Regio [& ed. Bonon.] caris natis. optime, pro quo tamen claris factis substitutum Pius Voluit. supra, 125.

Magnani-

Inruit, & patrias coeptis ferus aduocat vinbras:
& apparatu praeter milites, comparari largès, dyogaiss, & δτύλες, vel vt Arcerius legit, deau, medicos, mercatores & famulos. huc etiam Suidae Wides aduocans, Téξιν Έγενες άτην, quem Silius lib. 11. 331. inglorium ordinem vocat, tam secure Arcerii notas compilans, ve pro Silio, Statium citauerit. fed mittamus ignauum fucum: in Scythia & Colchide talia fingere non sani cerebri est, ad quorum castra mox ait Aron, non esse pascua, nec sepem. agitur hic vero de vno homine, qui combus sumtis Pana mentiebatur, & quem Aron inuadit & occidit. quem inglorium per malues vocat, id est, turpem, infamem, quia, in patriis scilicet sedibus, suetus erat, ita mutato habitu, furtis depopulare stabula & greges, quo nihil apud Scythas turpius: mullam enim scelus apud eos furto granius, teste Iustin. 11. 2. quare & hic fraudem nouam vocat, & inulta furia, quae non cum Pio explico, quali apud illam barbariem fint inulta, sed quia latebant eius furta, quae noua fraude committebat, & ideo inulta tulerat. BURM.

v. 532. Cum cornibus] nihil quidem intereste puto, saltem nunc, quia ita soler, an cum vel quum scribamus. sed ne quish praepositionem esse putet, scriberem,

Hispidus, inque dei latuit terrore Lycei.
Hac tunc attonitos facie defixerat hostes,
Quem simul ignota formidine bella mouentem
Vidit Aron; Pauidos te, inquit, nunc rere
magistros,

Et

tem, quum. licet omnes editiones cum, etiam alianocis quum exhibentes: vnde dubito an editores non pro praepolitione acceperint. ordo enim est, suetus depopulare stabula &c. quum auxit frontem cornibus, & latuit. &c. Hac facie etiam nune prodibat in aciem. Burm.

v. 533. Hispidus Hipsidus editiones [Bonon.] Pii, Maser. & Iunt. Arg. Colin. & Gryph. quod pro viri nomine sumsere. Pius, quia supra legerat, inglorius armis, illis verbis nomen Hipsidus coniungit. Burm.

v. 533. inque Dei latuit terrore Lycaei] De Panico terrore exponit Ang. Politianus Miscell. capite xxvIII. & supr. lib. III. Argon. & in Adagiis Erasmus. SCHOTTUS. Deus Lycaei Pan vocatur. Lycaeus enim Arcadiae mons, vbi Pan educatus & cultus. Huins formam affumfit Otaxes, homo imbellis & praedo, nulla armorum gloria celebris, sed furtis notus. Solebat enim depopulari greges, impune & licentissime, ob terrorem scilicet, quem incolis incussit deum mentitus. Igitur in pugna quoque cornua assumit, & terrorem Panicum inter hostes excitat, victoriam reportaturus strategemate. At enim Aron fraudem animaduertens, personatum Faunum mascule fubit, & se non pauidum opilionem effe sit, sed fortem bellatorem, qui non curet istius modi

μορμολύκεια. Nene Deum mibi finge, inquit: hoc est, frustra sub perfona Panis aut Fauni latitas, non enim laruam tuam timeo. anoque consere dextram, hoc est, prodi ad certamen etiam in habitu illo Panico, senties me simulatam divinitatem tuam non metuere. Haec mihi videtur genuina huius loci fententia, quae etiam solertissimo Alardo probabatur, in quodam schedio nuperrime ad me transmisso. Bu L. Male de Otaxe capit Bulaeus: agitur enim de Arne vel Arme. hunc terrorem vidimus lib. 111. 56. vbi panidum praesepibus aufers pecus. Deus vero Lyceus, non Lycei cum Pio & Maserin, rectius puto. ita Pan Lycens Virgilio virr. 344. vbi vide Servium. & ita Graecis Ausses pasfim. Burm.

v. 535. Simul ignota] codex noster, agnota. & certe non vero-simile est, Arona statim ipsi exprobrasse sistum illum terrorem, si ignota ipsi fuiste fraus, quare ego mallem, quem simul ac nota &c. simul ac vidit Aron, eum lam nota illa & solita domi arte, etiam vti in bello, inquit &c. Burm.

v. 536. Pauldos se, inquit, nunc] Lege, pauldosne, inquit, se rere. Heins.

v. 536. Magistros] Absolute pofuir pro pastoribus, vel gregum custodibus, ve & infr. v11. 400. Armentorum mogistros Quid. 111.

Ggg 4

Fast.

Et stolidum petiisse pecus: non pascua, nec feps

Hic tibi: nocturnis mitte haec simulacra rapinis;

Neue

Fast. 61. dixit, vbi editio Neapolis & quidam codices perperam, ministris. vide & lib. Iv. Fast. 747. & ita saepe Poëtae. Virgil. 11. Georg. 529. Manil. 11. 27. Stat. 1x. 190. Aus. Ep. 57. & alii. BURM.

v. 537. Stolidum pecus] Ita proprie oues dicuntur. Prop. 11. Eleg. x111. 8. Et flolidum pleno vellere carpe pecus. Burm.

v. 538. Simulacraque Penos] Scribe, vetusta lectione ansam dante.

Non pascua, nec bos Hic tibi, nocturnis mitte baec fimulacra rapinis.

hoc sensu. Hic neque sunt pascua, neque boues, quos furari possis. mitte haec sunulacra, & indue Pana, cum abigere armenta volueris & abiurare, nos pastores non fumus, qui terriculis inanibus moueamur. miere, manda, repone, reserva. Pius. Diuersissime versus hic in omnibus legitur & interpungitur. Lugd. & Argent. non palcus nec bos Hic tibi nocturnis mitte baec simulachra rapinis. vtrumque vero Paris. non poscua nec bos, Hic tibi nocturnis mitte baec simulachraque Panis. vet. cod. non pascua nec spes Hic tibi no-Aurnis mitte baec simulachra rapinis. CARRION. Non pascus nec bos bic tibi nosturnus: mitte baec simulacraque panos. ed. Bonon. HARL. Non pascua, nec spes ve-MS. Carrionis depromea est. Ar- voce. Burn.

nes villo & cornibus se ornarat ad incutiendum hostibus terrorem. Aron his an motus negat illi cum pastoribus timidis rem esse, nullaque ei hic esse pascua aut spem nodurnis rapinis, quaproprer simulachra haec dimitteret. Vossius. Nec spes Carrionis liber, vnde Salmasius ad Spartianum pag. 31. nec feps. bene. similis error insederat Prudentianos codices praefatione contra Symmachum. vers. 74. vide ad Ouid. Heroid. Ep. xx. 144. pro fimulacra rapinis vetus codex, fimulacraque panis, forte,

--- nocturni mitte baec fimulacra panoris.

vel, simulamina Panis. Heins. Noster codex, nunc pascua vexes Hic tibi n. m. b. simulacra peanis. in edit. Maser. lunt. Ald. nodurnus: quod factum, quia simulacraque panis legebant, & ita nocurnis nihil habebat quo referretur. & forte ceperunt nocturnum absolute pro fure. vid. ad Petron. cap. xv. mittere vero simulaces rapinis nocturnis vix placet; quare, cum mittere pro omittere, deponere, faepius occurrat, forte vulgata lectio, nocturnus mitte baec simulacraque Panis, ita posset defendi: nocturne fur, & abactor pecoris, depone nunc, quum luce & die res geratur, haec cornua, & alia, quibus Panem simulas, ornamenta adscititia. sed puto ram arbitror lectionem, quae ex adhuc vicus latere in vitima

v. 539.

Neue deum mihi finge; deus quoque consere dextram.

Sic ait: intentaque adiutum missile planta Dirigit, & lapsis patuerunt vulnera villis.

codex noster & lunt. & Ald. BURM.

v. 540. Intentaque adiutum misfile planta] Pulchrum schema, quando volumus mittere telum, pedem intendimus, ac alterum crus explicamus, & mox iaculamur, quo corporis nifu miffilia iuuantur. Plinius noster in hanc sententiam cum libr. v111. cap. 42. laudat equorum dexteritatem, ita scribit; Ingenia eorum inenarrabilia, iaculantes obsequio experiunsur. difficiles conatus corpore ipfo nixuque inuantium. Eft enim ita in Plinio scribendum, non inuitantium. Plus. An, extenta. Vt extenso gradu apud Propert. 11. El. Iv. 6. vt ibi legendum monuimus. vel legendum, intentaque adintum missile babena, id elt, amento. fed prius placet; procurrebant enim iaculatores. HEINS. Nihil mutandum puto: intenta enim planea, est gradu incitato, in hostem cum impetu promoto, quod missum telum adiuuabat, eodem modo, vt supr. vers. 236. contus, vadit vi equi & viri. sic lib. 111. 103. en, insensis quem viribus, inquit, experiar. vbi intentae vires sunt omni modo auctae, & gradus. incitatae. fic intentus Amm. Marc. xxviii. 5. Erupis Saxonum multitudo, & Oceani difficultatibus permeatis, Romanum limitem gradu petebat intento. Livius xxxv1. 21. cum dixisset, Catonem Romam ingenti curfu pernenisse, addit, a porta ad prae-

. v. 539. Confere Dextram] Dextra torem M. Iunium iter intendit. & ita ille saepe intendere iter, fugom, & fimilia. Sallust. Iug. cap. 91. omnem equitatum curfu tendere ad Capfam jubet , deinde ipfe intentus propere fequi. Ita Silius 111. 466.

lamque Tricastinis intendit finibus agmen.

ve ibi rece Heinsius pro incedis legebat. fraudi fuit interpresibus, quod plantam ceperint pro parte pedis ita dicta, cum idem fit intenta planta, quod gradus intensus; vt noster saepe hac voce solet vti. sic contra Mercurius, le-. nis plantis lib. 1. 841. id est, leniter incedens. & cunffatae plantae lib. vii. 4. quae intentis oppositae. & alibi noster & Poëtae alii centies. adiutum nisu etiam Silius lib. v. 326. dixit. vid. fupr. ad lib. 11. 528. Burm. miffile dextra cod. HARL.

v. 541. Et laxis] Venus coder, & lapsis. CARRION. Nescio quo iudicio in emendando Valerio vfus fuerit Carrion, qui vulgatorum codicum lectionem retinuit,

Et laxis patuerunt vulnera vil-

Arnes enim ille villis corpus intexerat, quibus lapsis vulnera patuisse ait Valerius. Vosstus. Malim, lapsis, vel, cassis pasuerune vellera villis. HEINS. Lapfis iam Pius vindicauit, decidente enim veste vel pelle hircina, patuit illum non effe deum, sed furem: quippe vulnera eius manifesta fuerunt. antea latuit in terrore Dei Lycei, nunc patent vulnera GERS de:racta

Nec minus Aeolii proles Aeëtia Phrixi Fertur & ipsa furens; ac se modo laeta Cytacis Agminibus, modo cognatis oftentat Achiuis. Atque hos, in medio duri discrimine belli,

Laudi-

detracta persona & simulacro Panis, haec opponi inter se debent. BURM. quare non dubitaui, veterem lectionem, quae etiam est in ex. Bonon. lapsis reponere. HARL.

v. 543. Ipsa | Proles Acetia Phryxus, vel legas, ipfe, Phryxus scilicet, proles Acetia. sed quoniam sequitor laesa, nihil mutandum. Pius.

v. 543. Furens] Furens, est furore bellico percita, & proeliandi cupiditate quafi ardens. Virgil. 1. Aeneid. [490. fq.]

Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis

Penthefilea furens.

vbi similiter in laudem dicitur. Bulaeus.

v. 543. Citatis | Omnes vulgati, modo lacta citatis. vet. cod. & Maserius, modo laeta Cytacis, multo melius, ve ostendit Sabellicus, cui refragantur Florent. & Bonon, libri. CARRION. Nofter codex, ipse furens, ac se non laeta *citatis*. Burm.

v. 544. Oftentat] Vid. fupr. ad vers. 61. Burn.

v. 545. Duri belli] Malim, crudi. Ouidius,

--- crudaque bella colant. durum tamen bellum Lucanus Crederet quis, dixit. Heins. rectius reponi, dubii belli, quia ancipitem Martem indicauerat fupra verl. 512. & feq. & ita dubium Martem Virgil. 11. Georg.

29. & infiniti alii. vide ad Vellei. 11.79. fed nihil mutandum: perpetuum enim belli epitheton est, durum, quod huic optime conuenit, vbi tot caedes editae. fic dure pugna supra vs. 298. & dura proclia Horat. 111. Od. 20. & Liuius x L. 10. vbi Gronouius etiam mallet, dubia. eadem confusio apud Lucan. IV. 770.

> Nullo dubii discrimine Martis

Ancipites steterunt casus.

ibi enim in Hamburgensi est, duri. cui non obstat lectioni discrimen. Nam sic & lib. v. 723. Summa videns duri Magnus discrimina Martis. vbi alii codices, diri, alii, faeni. & Stat. Ix. Theb. 566. Sic anceps dura belli vice Mauors. idem Lucanus v. 265. Eripuit partem duris Hispania bellis. Ouid. x111. Met. 296.

Quid? quod me duri fugientem munera belli

Arguit.

apud quem & durum bellum est in MSS. lib. x11. 5. & lib. 1. ex Pont. VIII. 6. Dura pharetraso bella mouente Geta. vbi Heinsius reposuit ex vno codice, dira. quod vero Heinsius hic, crude, velit, sollemne illi fuit, hanc vocem pro dura obtrudere. sic apud Sil. xvi. 118. pro dura fuga, crudam maluit, & xrii. 532. dura Gradiui forte creatos mutat in, cruda forte. male. vide inf. vers. 280. & dubium bellum Liu. xxxv1. 624. & ita duros cafus Quinct. de ' Laudibus inque ipsis, gaudens vbi vidit Iäson; Macte, ait, o nostrum genus, & iam certa propago

Aeoliae,

de Inft. Orat. 3. ex Cicerone profert, vbi nunc dubios legitur. de quorum verborum confusione vid. ad Ouid. v11. Ep. 116. BURM.

v. 546. Laudibus] Lege, caedibus, vel, firagibus. Heins. Et hoc mutare nihil attinet: laus enim & laudes saepius pro militari virtute & fortibus saciis poni a Poetis & aliis solet. Virgil. J. Aeneid. 461.

Sunt bic etiam sua praemia landi. vbi Seruius, landi, virtuti, vt, Primam merui qui laude coronam. & plura adiecit Cerda, vbi laudes ex Propertio adducit. & ita illa Ciceronis pro Sextio, cap. 2. non aggrediar ad illa maxima, priusquam docuero, quibus initiis ac fundamentis bae tantae summis in rebus laudes excitatae fint, explicat Abrahamus, & exemplis illustrat. & ita cape illa Tibulli, 1. 1. 57. Non ego landari curo, mea Delia. & IV. I. 88. Laudis E assiduo vigeas cersamine miles. quae ad castrensem laudationem restrinxit Broukhusius; ego licet hine laudationes illas dictas non negem. latius extendere mallem. & omnium ore virtutem bellicam celebrari, capere: nam hinc & laus & gloria [de qua lib. 1. 77.] militari virtuti per kuesedeyiav quamdam, & militibus attribuitur. Loca si quis conquirere velit, sexcenta inueniet, vide & fupr. lib. 1. 104. BURM.

v. 547. Maffe] Erit forte, qui tantum referet ad Argum Acoliden: eius namque modo Valerius meminerit. ego sane tutius legam, messi, vt referatur ad il-

lud, atque bes in medio. ait, o Madi iuuenes, nostrum genus, appolitione facta, ve cum Plinio 11. 12. ponamus in plurali, me-&i ingenio. iungitur frequentius casui, qui potest genitiuus esse & ablatiuus, vt maffe virtute, & virtusis &c. at vero si masti minime placeat, dicas a Poeta pofirum matte, non habito respe-Qu ad genus, neque ad numerum. cum dicis, malle nous virtute puer &c. salutatorium ponis casum sing. masc. vbi autem T. Liuium citas dicentem lib. 11. 12. Tu vero abi [inquit] in te magis quame in me bostilia ausus, inberem malle virtute effe, si pro mea patria ifia virtus staret. & Cicer. Macte virtute esto. vides a vocatiui natura decidiffe, positumque hic pro resto, illic pro accusativo. sic modo adstrues. O nostrum genus & propago, air, macte esto. vel velim, iubeoue, aut si quid simile est, vt opto, si velis, non incommode ex praecedentibus interpretari. erant enim honoribus cumulati, audique amplioribus, edita de hostibus strage memoratissima. MASE-RIUS. quam fudat hic interpres? tu lector, vide de hac locutione Scalig. Epist. 20. Schol. Barthii ad Stat. VII. 280. malte exponit landande, & virtute plene. & ad 11. Theb. 495. vbi cum genitiuo, matte animi, probus es & fortis. vide & Voff. de Analog. lib. 1. cap. 47. in fine. mattus a magis deducit Cl. Perizon. Sanat. Mineru. lib. 1v. cap. x 1v. n. 24. hic vero legendum, malle, nec obitar

Aeoliae, nec opina, domus: fat magna laborum

Dona fero, satis hoc visu quaecumque rependo.

Dixit, & in Sueten, magnique in sata Ceramni
Emicuit, clipeumque rotans, hunc poplite caeso
Deiicit, illum aperit lato per pectus hiatu
Argus; vtrumque ab equis ingenti porrigit
aruo

Et

obstat genns quod sequitur, non magis ac lib. 11. 154. vbi miseres dixit, praecedente rā proles; vbi vide. Burm.

v. 548. Nec opina | Non credita proles domus Aeoliae, sed quam stimus & explorato cernimus. opinamur incerta, scimus vera. Prus. v. 549. Satis boc visu quaecumque rependo | Puto,

Fata boc visu quaecumque rependo.

vel,

Fati boc visu quodeumque rependo. Heins. Codex noster, fais. sed seq. vers. fata iterum leguntur, quare nihil mutarem, & explicarem vt fere Pius & Maserius: hoc visu, omnia quaecumque mala in hac nauigatione perpessus sum, rependo satis, & magnum laborum pretium me tulisse credo, cum viderim vos tam fortes. quaecumque, vt lib. 1. 157. fat multa parato, In quaecumque vocas. visus nostro saepe ita ponitur de re, quam videmus. vid. fupr. verf. 211. lib. v11. 121. & alibi. Burm.

v. 550. Dixie ve insuetem] Scribo, dixie. At in Suetem. hace verba dixit lason, cum Argus modo hunc, modo illum sternit: est enim nomen proprium Suetes. denima pro magnaque in sata scride

bendum, magnique in fata. Ptus. Insuerum Aldus. sotte, in Sutae, vel Butae. Heins. Insuerum magnique in sulfa Tyranni noster codex. Cerauni editiones priscae, quod Maserius vel a Ceraunus, vel per apocopen a Ceraunius deducit. Burm. insuerum? magnaque in sata Ceraumi. ed. Bonon. vitiose. Harl.

v. 552. Illum aperis] Pro, vulnere corpus eius patefacit, Virgil. x1. 666.

Cuins apertum

Adversi longa transverberat abiete pestus.

& x. 314. Latus baurit apertum. fic vulnera patere dixit Florus 11. 7. Burm.

v. 553. Ingenti porrigit auro J Ense aurato: sunt qui legunt, aruo, hoc est, per aequor campestre. Pius. Vetus codex, porrigit islu. Carrion. Porrigit aruo scripsi side omnium editionum, quae ante cam Carrionis prodierunt. Ipse ex MS. ediderat, Ingenti porrigit islu. Quod non ita placet. Ingenti porrigit aruo dixit Valerius, ve Propertius lib. 11. vii. 21. multa porresium arena.

Viderat informem multa Patreclon arena

Porregum.

Item

Et Zacorum & Phalcen, peditem pedes haurit Amastrum.

Sanguinis ille globos, effusaque viscera gestat Barbarus & cassa frendens sublabitur ira. Dat Calais Barifanta neci, semperque propinquas

Rhipea

Item Silius lib. iv. 295. ua ruina.

defendant, porrellus in arma ruina, Nimirum vt zavreugiav inpla apponere. Vosstus. Sine Bunn. dubio aruo rectum: idem enim Pius notat, quia mortuorum pedes extendi solent, ita notat Scaliger ad Catulli Epigr. LXVIII. perrettum pro mortuo dici, & Homerum & alios ravius ita vti, quos imitantur Latini, duce Virgilio 1x. 589.

Multa porrectum extendit arena. wid. infr. vers. 716. Ingens ve-20 & muleus, in his locutionibus, iubet ex spatio terrae, quod cadauera occupant, illorum staturam ingentem colligere. sc Ouid. VIII. Met. 422.

Immanenque ferum, multa tellu- Burn. re iacentem.

BURMAN.

V. 554. Es Zachorum & Phalcen] Vtrumque Parisiens. cum Lugd. & Argent. & Zacorum & Palcen, peditem pedes baurit Ama- dens irae melius convenit. vide frum : alii, Anastim. vet. cod. vt ad Ouid. v111. Met. 437. BURM. excusum est. CARR. Palchem --awastrin ed. Bonon. HARL.

V. 554. Amastim] Legune alii, hus Idmon Labitur. Bulagus.

Amastrum, ab Amastri forte Pa-Procumbit lata porrectus in ar- phlagoniae metropoli. MASER. Amastrum etiam noster codex, & Ita recte Modius, sunt tamen, qui ita edidit Carrion, rectius: quo nomine & alius apud Virgilium in pugna inter Aenean & Turtelligamus. Sed altera lectio si- num, lib. x1. vf. 673. Amustim ne dubio vera est, ve ex Vale- erat in Edit. Pii, Iunt. Ald. Arzii & Propertii locis apparet, No- gent. Gryph. & Colin. Pius talo enim in re clara plura exem- men in notis Amaferim agnoscit.

v. 555. Viftera gestat.] Non est, quod supra vers. 508. latis placebant haec Francio, qui leprosternitur aruis. porrigere veto gebat, calcat, vt apud Ouid. X113 Met. 390.

> Terraque ferox sua viscera traxit.

Tractaque calcauit, calcataque rupit &c.

Sed modestior Ouidio noster Poeta, & magis verotimilia narrara gestie, quam vltra fidem ingenië luxuriem extendere. Quere intelligamus, eum vikera ex corpore effula manibus sustinuisse. qui gestus maxime est naturalis: cum sufficere vires ad effusa viscera calcanda, vix sit credibile:

v. 556. Ridens] Alii scribunt. frendens, aliqui, fridens. Pius. Ridens Carrionis liber: [& ed. Bon.] quod effet, ftridens. HEINE. Ridens etiam noster codex. fren-

v. 556. Sublabitur] Occidit. moritur. Libro v. fatisque rapaci-

v. 558.

Rhipea venali comitantem fanguine pugnas. Centum lecta boum bellator corpora, centum \$60 Pactus equos; his ille animam lucemque rependit

Crudelis: tandem dulces iam cassus in auras Respicit, ac nulla coelum reparabile gaza. Labitur intortos per tempora caerula crines Tunc quoque materna velatus harundine Peucron.

At genetrix imis pariter Maeotis ab antris Inpleuit plangore lacus, natumque vocauit,

v. 558. Rhipes] Ita Heinfins fere semper edidit, alii Rhiphes, vel Riphes. sed Graecis P'swais. vid. Daufquei Orthograph. Bur-MAN.

v. 559. Laeta bonu Pinguia. funt qui non leeta scribunt, sed tetta, pro electis & melioribus. Pius. Laeta boum [Bonon.] Lugd. & Argent. vet. cod. laesa bominum. CARRION. Quid funt lacta bominum corpera, an pinguia? Nugae. Omnino legendum est: Censum letta bominum bellater corpera &c. Vossius. Laesa bominum Carrion ex suo codice, cum ante boam legeretur. scribe Centum letta boum-corpora, lib. III. Dat Cererem lectumque pecus. ibid. *lectas aurasa fronte bidentes*. lectus de more bidentes passim apud Virgilium. & apud eundem, le-Aiffima masrum corpora. Silius lib. xııı.

Corpora lauigerum procumbunt lecta bidentum. si quis tamen laeta malit, non repugnarem. Virgilius lib. 111.

menta videmus.

Aeneid. 220.

vbi Seruius. laeta, id off, pinguia, nam in animalibus, in quibes cognosci non potest sousus, lactitiam pingue corpus oftendit, nom mens, us in bominibus. HEINS.

v. 560. Rependit] Vid. Pium, qui de Calai accipit, puto vel in bellator, vel in bis ille latere aliud nomen proprium. Bugu. conf. Hom. II. 1. 406. fqq. HARL. v. 561. Iom cassus] Quia cosso

ira praecesserat, Heinsins hic ma-

lebat, lassus. Burm.

v. 562. Reparabile Gaza] Buchnerus de commutata ratione dicendi; cap. 8. in fin. notat, potuisse dicere Poetara, nullis opibus reparabile caelum, sed grandius & numerolius visum Gazs, exemplo Virgilii, Buam.

v. 564. Pencon] Sic ed. Bonon. HARL. Fencron in altera editione Carrion, quem sequuti alii. an forte, Leucon, quo nomine rex Bosporanus fuir, de quo Strabo lib. v11. pag. 301. Bur-

v. 565. Pariser | Heinfius malebat, patries, vt ad lacus refe-Lacta boum passim campis ar- ratur. sed pariter impleuit, lacus & vocauit natum. Bunn:

v. 568.

Iam non per ripas, iam non per curua volantem

Stagna, nec in medio truncantem marmore ceruos.

Eurytus Exomatas agit aequore. Nestoris ha-

Inmoritur primaeuus Helix (nec reddita caro Nutrimenta patri) breuibus praereptus in annis. At Latagum Zatenque Daraps; illum exigit hasta.

Hunc

v. 568. Mermore] Dubitat Pius an de cautibus, an de mari

sequale, puto. Burm.

v. 569. Eurytus Exbomatas] Scribe, Axematas, pro Inxamasas, quos in catalogo Valerius dem redditam. Bunm. fupra nominauit. Iaxamatas vematus alis, est enim apud varios außores varia lestio. Plus. Codex Bonon, haber, Examarbas. I meum exemplum Bonon, haber exbomatas. HARL.] diximus laxamasbas legi vbique, a qua dicione capitalis litera videtur nunc detrada, si Axamaibas admittimus, nisi quis dinersos dicat Exbomatas a laxamatis. MASER. lnterpres, vt fibi constet, putat legendum esse, Axamatas, pro lasematas. prima litera detraca. Exemates. & ita plane legendum Ptolemaeum Ponticas vrbes nocenseo. CARRION. Adde supra minare, Ablasam & Zelem nec taad vers. 146. compara Homer. men ab illis haec nomina dedu-II. A. 477. & P 301. HARL.

[quod & Pius notauerat] transtulisse docet. eius scrinia impucapiendum; sed intelligi mare dentissime compilauit Alardus. glaciatum, durum ve marmor & Weitzius quaedam de suo & aliunde adiecit. vide & Apollon. Rh. 1. 283. Iustin. x11. sam foedam illi alimentorum suorum merce-

v. 57 (. Primis ereptus] Vet. cod. brenibus praereptus. CARRI-ON. Ita non male Carrionis codex. sed forte,

Nutrimenta patri, breuibus praecepta sub annis.

HEINS.

v. 572. Ablatacum Zetemque I Alii [ex. gr. Bonon.] habent, Zetren: si illud gratum est, pro Calais fragre non fumatur, nam verumque Herçules cecidit: facile est in his nominibus Scytharum quidquam immutare; si quid au-Ego constanter in vulg. & vet. tem addis aut tollis, integra adlibris, & hic & superius inuenio, huc videtur manere dictio. Scio da esse vellem afferere. Ma sen. v. 571. Nutrimenta] 900 mrique, Omnes vulgati, Ablatacum Zede quibus vide doctifimum Me- temque Daraps; illum exigit basta persium ad Theocriti Epig. xvIII. Hunc fugat, ingenti subiti tum qui Valerium haec ex Homero sanguinis unda Vidit. vet. cod.

Hunc fugat; ingentem subiti cum senguinis vndam

Vidit,

At Lasaeum, &c. vt imprimendum curaui. CARRION. Legunt aliqui, Ablatacum Zelenque. Nimirum ve haec nomina ficta fint ab vrbibus Ponti Ablata & Zele. Perperam si quid iudicare valeo. Vulgata lectio verissima est, vt vel inde liquet, quod Latagi praecedenti libro meminerit etiam Ablasacum Flaccus. Vossius. Zetenque noster codex., Burm.

v. 572. Illum exigit basta? Lege, illi exigit bastam. Heins. Vid. Inpr. ad lib. 1v. 390. nihil tamen mutamus, licet locutio infolention, quales multae in nostro Poeta, videatur. & reste Pius explicat, eiicit vel expulit illum vita. sie noster 111. 382.

Ferroque morantes

Exigere binc animas. Ouid. vrr. Met. 338, Telisque Teneffam Exigite. & videtur haec locutio ex Graecis sumta, qui ita fere verbo ¿fáyeiv vtuntur. fi Diog. Laërt. 11. 13. de Anaxagoτα, έκ ένδγκων την υβριν, έπυτον έξηγεγεν. & cap. 15. δ δ' έυτον εξήγαγεν βιότε, quae addi possunt exemplis a Budaeo adductis in comm. Gr. Ling. p. 380. vbi tamen cum addere, se nusquam alibi meminisse id legere, notat Victor, vi. Var. 11. quod ego in editione Stephani non repperi. in nostro codice erat, esigit, an erigit, vt fupra verf. 244. tollere, & 252. vebere vidimus. Et ita ex equo fixum halta sustulisse posset capi. vid. ad lib. 1. 157. Burm. conf. Valcken. ad Euripid. Phoeniss. vers. 1427. pag. 481. ĦARL.

Scribe. bunc fugat ingenei. illum traiicit, hunc fugat vulneratum & fugientem cum magno sanguinis fluento, cum vnda- ingenti fubiti sanguinis fugat hunc. Vada capitur pro nimia copia fanguinis amissi. Prus. Non lego cum codice Bonon. bine fugis ingentem Subiti quum sanguinis vudam. sed, bic fugis. vt sit dictum per epanodon. sensus est, Zetes fugit, in praesenti tempore, postquam se graui vulnere percusium agnouit, ingentemque fanguisis vndam vidit, & pedus ferri lucidi extremitate perfofium, aut liuens vulnere, fi placet liuens legere, quod non est inconcinnum. Lucentia tamen commode legi potest, quum dictum sit propter teli trans pectus eminentis fulgorum, qui autem sensum terminabit in vitima dictione. legat. onda ingenti. Sed hoc nimis quam remotum mihi videtur. ne tamen legas, Hine fugit ingentem subiti cum sanguinis undan, monemus. Maserius. Bonon. liber, bune fugie, quam lectionem irridet Maserius, ipse potius irridendus, cum legar, bane figit: nulla carminis ratione habita. meminit cuiusdam Latagi a Mezentio interfecti Virgilius Acneid. lib. x. CARRION. Iniuriam Carrion, facit Maserio, qui in notis legit, bic figit, [vti etjam Heinsius putat. HARL.] sed vitio operarum in textu editum erat, figit, contra eius, vt ex notis apparet, mentem. sed rece editum a Carrione in fecunda editione, Hunc fugat, ingentes v. 573. Hine fugit ingentem] fubiti cum fanguinis undam Vidit. Latagum

Vidit, & extremo lucentia pectora ferro. 575 Ecce autem muris residens Medea paternis, Singula dum magni lustrat certamina belli, Atque hos ipla procul densa in caligine reges Agnoscit, quaeritque alios Iunone magistra, Conspicit Aesonium longe caput: ac simul

580 Huc oculos sensusque refert animumque fauentem:

> Nunc quo se raperet, nunc quo diuersus abiret, Ante videns; quotque vnus equos, quot funderet arma,

> > Oran-

Latagum transfixerat Daraps, ex tenebat Daraps, ad quam vsquë cuius vulnere cum ingentem fanguinis vim prorumpentem, & verl 244. Campefus Tollitar, & trans eius corpus lucentem hastae cuspidem, in se intentam videret fam. videat lector, si quid me-Zetes, in fugam se coniicit. ita lius ex his verbis obscuris efficeve Darape vno ichu transfoderit re queat. Nos nihil certi adfir-Latagum, & Zetem, quem pone mamus, sed coniecturas nostras eum sterisse fingere debemus, fugauerit terrore cuspidis per corpus traiectum fulgentis. Ita vt non etiam Zetes fuerit vulneratus, vt Pius exponit, sed terrore illo in fugam coniectus. lucentia vero non debet mutari. nam vel pedora lucent ferro, vt saepe arma & enses & hastae fulgere & lucere, dicuntur. vid. ad lib. 111. 100. vel pettors lucent, id est, translucent, quia perforata funt, vt Pius volebat. sic, licet non perforata, Statius lib. ¥111. 525. dixit inguli vitalia lucent, id eft, apparent oculis, nirent. Si, vt vidimus, erigit pro exigit, legi liceret, & fingere, hasta sublatum gestasse Latagum, posset ita capi, vt extremum ferrum non effet cuspis trans pedius

pectus Latagi descenderat, vt supr. mediam moriens descendis in baeruditioribus expendendas proponimus. Burm.

v. 580. Animum fanentem] Ouid. 11. Trift. 55. bunc animum fauisse tibi. Burm.

v. 581. Dinersus abires] Vide lib. 1v. 387. Burm.

v. 582. Quodque vaus eques, quod] Lege, quorque vnus equos, quot fuderat arma. Pius. Quodque vaus equos, quod fuderas. ed. Bonon. quoque fud. cod. HARL. Omnes vulgati, quod fuderat arma, Orantesque viros quam denfis fifteret armis. de quo Maserius: magna, ait, lasonis laus est, qui orantibus vitam concedebat, vicisse contentus. vet. cod. quot funderet arma Orantesque viros quam densis sterneres bastis. eminens, sed pars, quam manu melius & elegantius. Carrion. НЫЬ Lege, Orantesque viros quam densis sterneret hastis. Quaque iterum tacito sparsit vaga lumina vultu, Aut fratris quaerens, aut pacti coniugis arma, Saeuus ibi miserae solusque occurrit Iason.

Lege, funderet enfe, sic infra de sae illae bastae, quas non nisi inhoc ipso lasone,

--- ac modo saeno Enfe, modo infesta rarescunt cuspide pugnae.

Heins. Quot fuderat arma noster codex. Burm.

v. 583. Orantes] Vt sibi parceretur. funt, qui scribunt, borrentes, arma horrida indutos. & pro fifteret armis, prisci codices habent, bastis. Pius. Ineptistima lectio. Emendo:

Horrensesque viros quam densis sterneret bastis.

Mirabatur enim 'Medea, vnum Lasonem sternere viros horrentes tam densis hastis. Sic Virgilius 11. Georg. 142. .

Deufisque virum seges borruit & lib. IV. Od. 9. bastis.

Idem x 11. Aeneid. 663.

- Strictisque seges mucronibus borret.

Quos locos eo appofui, ne quis de emendatione nostra dubitaret. Palantesque Aldus. Vossius. non male. Herns. Mutilus hic erat codex noster, qui a primo vocabulo huius versus transiliebat in sequentem, recto tramite Orantesque, iterum hoc modo. tacito sparsit vaga lumina vultu. Illud oranses minime placet, vix enim tam ignauos Scythas, qui adhuc strenge pugnauerant, fingere Poetam credimus, vt pro vita rogarent. neque laus inde magna lasoni veniret, si imbelles & veniam salutemque petentes ferret, eum vt faenum & durum sterneret, praeterea turbant den- fingebat, & ea specie ipsi occur-

epte conjungere licet cum serneret; ita enim vni lasoni densas tribucremus hastas, quare ego puto, legi aptius posse,

Obstantesque viros quan densis sterneres bastis.

hoc sensu; & quam sterneret viros obstantes densis hastis: obstabant enim turmatim, densis proiectis hastis, per quas perrumpebat lason, & sternebat viros, haec vera Herois & bellatoris laus. vt Horat. lib. 111. Od.

Cum per obstantes inneunn coternas

Ibat insignem repetens Near-

Et per obstantes caternas Explicuit fue victor arms.

Errantes Sabellicus probabat magis. quod & defendi posset. Buz. MAN.

v. 584. Vaga lumina | Opponuntur illa oculis, qui in vnum locum figuntur, vt saepe Poetse. Sic. VII. 104. fixa solo lumina, & passim. sed hic inquieti animi indices celerrime in omnes partes circumferebantur, vid. de voce vagus fupr. 111. 558. Burm.

v. 586. Saeuns Iason) Scio saeuum etiam in bonam partem dici de forti & bellicoso, vt Pius explicat. & mox ora faeve dicit vers. 605. sed hic Medea iam sibi metuens, ne repulsam ab hospite rebat:

Tunc his germanam adgreditur, ceu nescia, dictis:

Quis, precor, hic; toto iamdudum feruere campo

Quem tueor, quemque ipsa vides? nam te quoque tali

590 Attonitam virtute reor, contra aspera Iuno Reddit agens stimulis, ac diris fraudibus vrguet: Iplum, ait, Aesoniden cernis, soror; aequore tanto

> Debita cognati repetit qui vellera Phrixi; Nec nunc laude prior generis, nec sanguinis vsquain.

rebat: nam ex virtute bellica colligebat, eum non facile amori vacaturum: & ita iusta erit oppositio inter faeuum & miseram, quae more deperibat, huius enim vocis propria in amore infelici fignificatio est. Burm. vero lason saeuus dici poterat, quod vnus tot hostes fudit: Medez vero misera, quod & animum fauentem fenfit verf. 580. & fratrem pactumque coniugem frustra quaesiuit v. 586. HARL.

v. 588. Quis precor bic] Prior placebat Sabellico. Burm.

v. 590. Aspera luna 1 Ita saepe dici, & Virgilio lib. 1. Aeneid. 279. notum, quia semper viris egregiis & fortibus, vt Herculi &ce. inimica fingitur. hic vero propria suberat caussa appellationis, quod virgini huic, quae ante castos toros seruauerat, & virginitate tremenda, vt altera Pallas, erat, stimulos & aculeos addebat, rece Pius, quam virgini nocere non pudebat. ita lib. idem notant. quare forsitan scri-11. 271.

Dens bace, dens afper verisque

Implicait.

Stat. 1x. Theb. 106. Premit aspera virgo. Burm.

v. 592. Aequore tanto] Vid. ad lib. 11. 375. Burm.

v. 594. Nec fanguine quisquam] Sic quoque ex. Bonon. & forfan vera est lectio. Nemo inter pugnantes majore laude generis ortusque nobilitatus & celeber est. & nemo maiore necessitudinis vinculo nobis iun dus. Ita gens & sanguis hoc loco differre videntur. HARL. Vet. cod. nec fanguinis vsquam. CARRION. Corruptum hunc quoque versum puto, ita varie editur. pro prior noster codex, precer, vt & lunta & Aldus ediderunt. quae confusio est frequens. de qua agemus libr. v11. 163. deinde quaenam differentia, quaeso, inter laudem generis, & fanguinis, quae plerit,

Nec Hhh 2

Adspicis, vt Minyas inter, proceresque Cytacos, Emicet effulgens; quantisque insultet aceruis: Et iam vela dabit, iam litora nostra relinquet, Thessaliae felicis opes, dilectaque Phrixo Rura petens. eat atque vtinam, superetque la-

600 Tantum effata, magis campis intendere suadet.

Dum

Nec nunc laude prior decoris, nec fanguinis usquam. sine decus de forma & dignitate corporis sumamus, vt millies apud alios & passim apud nostrum, vid. 111. 180. & hoc libro vers. 62. & 470. & alibi. siue de fortibus factis, & inde acquifita fama & gloria. vt lib. v. 540. & v111. 117. & alibi. Virgil. 11.

Es nos aliqued nomenque decusque

Gellimus. facilem vero harum vocum permutationem esse, docet locus Ouidii Epist. xv11. 54. vbi pro Tanzalidae Pelopis Tyridareique genus. Heinsius ex optimo Puteaneo rescripsit, decus, cui suffiagatur Bernensis codex. Francius volebat, buic nec laude prior generis, nec fanguinis vsquam eff. BURM.

v. 595. Citatos] Scribe, Cysacos, id est, Colchicos, ita prisci codices habent. Pius. Ita & Sabellicus & Maferius. & fimilis aberratio fuit supr. vers. 543. BURM.

v. 596. Insultet aceruis] de turmis pugnantium capit Pius, eri, rede explicat Pius. ita plenam per vegeat & infiftat explicat ne lib. 111. 572. nec longius acrem 70 infulter; sed intelligendi stra- Intendens aciem. vide Heins, ad torum hossium & cadauerum cu- lib. v11. 114. sed quia supra vers. muli, quibus ve victor infultabat. 580. oculos fenfumque animumque

vid. lib. 111. 274. & fupr. 523. Ouid. v. Met. 88.

Exstinctos morientum calcat acernos.

Liuius xxIII. 15. Seminecem eum ad Cannas in acerno caesorum corporum innentum remiserat. XXXVII. 43. Romani per acernos corporum, quos in media maxime acie cumulauerant, pergunt ad cafra diripienda. Ita acerues Faber apud lustin. 11. 11. castigabat, vbi alii mordicus caternas defendunt, nescio an satis idonea au-Coritate, sed de quo nunc agendi locus non est. Burm.

v. 597. Et iam vela dabit] lllico, post partum hoc decus, & impetratum a patre tuo vellus. fic lib. r. 223. Et iam, iamque bumeri. Burm.

v. 598. Dilectaque] Delectaque codex noster. Burm.

v. 599. Eat atque vtinam] Petat malim, vel, redeatque vinan, Aut redeat vt lib. v11. 139. quocumque modo. Heins.

v. 600. Effata] Affata [Bonon.] Maserii, Iuntae & Aldi editio. BURM.

v. 600. Intendere] Acrius intufaucsDum datur, ardentesque viri percurrere pugnas. At fimul hanc dictis, illum dea Marte fecundo

Inpulit, atque nouas egit sub pectora vires, Ora sub excelso iam dudum vertice coni 605 Saeua micant: cursuque ardescit, nec tibi, Perse,

Nec

favenem coniunzit, cur hic separemus? nam & intendere simpliciter, pro animum intendere, saepe solet poni. vid. Cl. Graeu. ad lust. 1. cap. 8. ita idem lustinus lib. x111. 6. ad nuptias Cleopatrae intendie. Burm.

v. 602. At simul] Lege, ac. Heins.

v. 603. Egit sub pectore] Scribe, fub pettora. fignificat enim morum quemdam in animum Medeze, potest & defendi, sub pettore, fed illud verbum egit magis ad motum spectat. Pius, Omnes vulg. Intulis atque nouas egis sub pestore vires. vet. cod. Impulis asque nowas egit sua pectora vires. CAR-RION. Mirum est, quam semper fere fluctuauerint librarii in hae locutione. Ita supra lib. 1v. 4. eamdem varietatem vidimus. Ideoque affentior Pio, hic fub pe-Hara praeferendum, quia verbum egit & impulit hoc requirunt, contra vbi actus ipse iam pectori quafi inhaeret, fub pellore. vt apud Virgil. 1. Aen. 37. Aesernum feruans sub pellore vulnus. vbi Seruius, pro in pellore. vt etiam codices quidam habent. sic lib. 1v. 563. ediderunt, dirum-

quod proprius ad nostri verba accedit, sed ibi non primum surorem iniicit deus, sed stimulat iam ante ipsi iniectum. Lucan. 1. 247. Be saciso muses voluums sub per-

Es saciso musos voluuns sub pectore questus.

vt rece Grotius edidit ex scriptis. & lib. x. 336.

Habitant sub pettore manes.

Statius 11. 145.

At Inachio tenuis sub pe-Gore regi

Tratta quies.

vbi Behotii codices, fub pettora.

ibid. verf. 321.

Talem sub pettore nuben
Consilio voluens

& 481.

Tacitoque simul sub pettere regt Precantur.

& ita passim Poetae, agere vero proprium in hac re verbum, ve mox 609. vimque recentem Sensie agi membris. Lucan. 111. 506. Ignis agis vires. vid. supr. 111. 393, Burm. conf. Hom. ll. e. I. sqq. Harl.

apud Virgil. 1. Acn. 37. Aeterstum feruans sub pettore vulnus.

vi 605. Cursusque ardescit]

cursus lasonis ardentior sit. aut
cursus lasonis ardentior sit.
aut
cursus lasonis ardentior sit.
aut
cursus lasonis ardentior sit.
aut
cursus lasonis ardentior sit.
aut
cursus lasonis ardentior sit.
aut
cursus lasonis ardentior sit.
aut
cursus lasonis ardentior sit.
aut
cursus lasonis ardentior sit.
aut
cursus lasonis ardentior sit.
aut
cursus lasonis ardentior sursus
cursus lasonis ardentiors
cursus lasonis ardentior
cursus lasonis ardentior
cursus lasonis ardentior
cursus lasonis ardentior
cursus lasonis ardention
cursus lasonis arde

Nec tibi, Virgo, iubae laetabile sidus Achivae.

Acer vt autumni canis, iratoque vocati Ab Ione fatales ad regna iniusta cometae. Nec sua Crethiden latuit dea, vimque recen-

610 Sentit agi membris, ac se super agmina tollit :

Quan-

laetabilis, sed magis terribilis appartit Persi & Medeae, cui vtrique feret terrorem, & clades. Burm.

v. 606. Laesabile] Ne legas cum codice Bonon, letbabile, non enim fuit lasonis aduentus illis laetabilis, sed potius asper & leshabilis. ideo negatio non patitur, vt asperetur dictio, nisi forsan quis diceret sidus lesbabile & pestiferum, nec Persae, nec virgini profuisse. Maser. letabile Pii, Argent. Iunt. & Ald. BURM.

v. 607. Acer ve Ausumni canis] Vide, quae notauimus lib. v. 369. proprie vero acrem vocat, quia întolerabilis caloris austor crede-Statius III. Silu. 1. 53.

Istusque Hyperione multo Acer anbelantes incendit Sirius agros.

Ita & Sol acer Horat. 1. Sat. vI. Ast vbi me fessum Sol acrior ire lauatum

Admonuit. Vid. Cl. Graeu. lect. Hefiod. cap. 10, deinde congruentius Sirio hoc epitheton, quia & Comis dicitur & id animal proprie acre dicitur. Horat. Ep. x11. Quam canis acer. Cicero pro Roic. cap. 20. quod fi luce quoque canes latrent, cum Deos salutatum aliqui

curlu & impetu Iasonis non fuit venerint, opinor, ve crura suffringantur, quod acres fint, etien tum, cum suspicio unlla fit. vid. ad Phaedr. 111. Fab. 7. Cererum rece Maserius notat comparationem fumtam'ex Homeri Iliad. x.25. BURM. comp. Apollon. 111. 956. qui lasonem coram Medea venientem comparat Sirio. HARL.

v. 608. A Ione] Vet. cod. ... Sic. Aeneid. Es mi geuss ab loue summe. Et in Bucolicis: Ab Ioue principium Musac. Iouis omnia plena. Et Calpurnius Ecloga 4. Ab Ione principium, si quis canit aetbera, sumat. & alibi facpe. CARRION. vid. Heins. 2d Onid. 1. Fast. 236. Burm.

v. 608. Ininfla] Heinfius in ora codicis, innifa. sed Tyrannos indicari rece Pius norauit. Buk-MAN.

v. 609. Sus] Sibi fauens. vid. ad lib. 11. 626. nofter codex male, bacc sua Trethiden.

v. 610. Sentit agi] praecessit modo, agis sub pectore vires. lege hoc loco, ali: & deinde, tolli. Heins. Sic & Heinfius apud Phaedrum 11. 8.

Quem conuocata inbes occidi familia,

Praedamque tolli. pro tollit. Burm.

v. 611.

Quantus vbi ipse gelu, magnoque incanuit im-

Caucasus, & summas abiit hibernus in Arctos. Tunc vero, stabulis qualis leo saeuit opimis Luxurians, spargitque famem, mutatque cruores:

615 Sic

era gela. HEINS.

loco, quoniam praepoluit, incameit. Pivs.

v. 612. Abiit] Ita Florus 111. 10. wine crenerant Alpes. vid. ad lib. IV. vers. 203. Burm.

v. 513. Tunc vero] Forte, aus vero. HEINS.

v. 614. Luxurians] ld est, sibi indulgens, & quali ipia eaede fe oblectans. Statius lib. VII. 12. de Marte.

Caracque in sanguine gen-

Luxuriat. Burm.

v. 614. Spargisque famem] Insolentior locutio iure videri potest. vult enim diuersa occidendo animalia; & modo in haec, modo in illa saeuiendo & irruendo, exstinguere famem. sed nescio, an ita quis vmquam locurus fuerit, Forte vl-& an ita loqui fas fit. tima litera m ex sequenti mutat est repetita ab incauto librario, & legendum, spargisque fume, musasque cruores. vt fit fenfus, Leonem fame stimulante ita saeuiisse, vt sparserit, & subinde mutauerit caedes, & nunc in hanc, nune in illam pecudem inlatus fuerit, amat noster illud verbum spargere. ita spargere faces lib. 1. metus 11. 115. & 111.55. vulnera VII. 193. lumina VI. 584. fagittas mox 698. & alia his similia. sic Virgil, x11. 50. ferrum

v. 611. Ipfo gelu] Puto, vbi fpargere, & pastim alii. vid. Gell. 1x. 1. ceterum respexisse credo v. 611. Imbre Niue in hoc Flaccum ad illa Virgiliana lib. 1x.

> Impastus cen plena Leo per onilia turbans

[Suadet enim vesana fames] manditque trabitque Molle pecus, mutumque metu,

fremit ore crueuto.

vbi mandit trabitque est idem, quod spargit & mutat cruores, & quod sic simpliciter fame, ille dicit plenius, fuadet fames. & hine alii Poetae colores duxere, vid. Sil. 11. 683. Seneca Thyeste 707. pro Leone Tigrim substituit, vbi notabilia verba funt. famem dubiam tenet, id est, dubitat, quo pecore famem sedare velit; vt coena dubia dicitur. vid. & Stat, lib. vIII. 474. qui locus egregie nostrum illustrat: nam & ibi Tydeus mutat & hostes & arma, ve noster mox & ense & hasta rem geret. Spargers cruorem alio paullum sensu dixit Lucret. lib. 11.

Quod genus e nostro cum missus corpore Sanguis Emicat, exfultans alte, spargitque cruorem.

vers. 194.

Et Virgil. x11. 308. Sparfe late rigat arms cruore. hic vero est spargere cruorem, os cruentum in varia animalia & diuersa inferre. non enim vno contentus, statim alia inuadet: vt eleganter Horatius 111. Od. 2. de Leone,

Hhh 4

615 Sic neque parte ferox, nec caede moratur in vna

Turbidus; inque omnes pariter furit: ac mo-

Ense, modo infesta rarescunt cuspide pugnae. Tunc & terrificis vndantem crinibus Hebrum, Et

Quem cruenta
Per medias rapis ira caedes.
mutare vero eleganter etiam dicitur, qui non cidem rei vel loco inhaeret. vid. Heinf. infr. ad
lib. v11. 587. & ad Ouid. x111.
Met. 937. & creberrime eo verbo delectatus Statius. vid. lib. v.
720. v11. 71. 1x. 716. 849. x1.
521. & x11. 657. & non infelix
meliorum Poetarum imitator lof.
Iscanus lib. v. 341. de Hestore,

Vulnerat, interimit, fugat, indefessaque mutat

Spicula.
fic mutare bostem dixit Sil. v. 287.
& vi. 238. Burm.

v. 618. Undantem cornibus] Sic vulgati ante Carrionem, & Zinzerling, probauit, quoniam cornua fluminibus tribuuntur, quod quidem abunde norum est: isque laudat Zitzmannum ad Rutilium I. v. 179. at enim Hebrus h. l. nomen non fluminis, sed viti est. Carrion. e suo cod. dedit sudantem crinibus: atque ego rationibus criticis & austoritate Vossii ac Burmanni morus, dedi ondantem crinibus. Heinsius coniecit, nutantem cornibus. Harl. Omnino legendum arbitror,

Terrificis undantem crinibus He-

Sic Ammianus de Germanis lib. xvi. eoque vista folisum facuicusium comae fluentes borrebant, & elucebat quidam furor en oculis.

Comas fluentes dixit Ammianus, quos noster crines ondantes. L'adam vero crinium restissime dicas, vt Martialis lib. v111. epigt. Lv. de Leone undam iubae dixit,

O quantum per colla decus, quem sparsis bonorem, Aurea lunaiae cum slesie vudo iubae.

Non enim affentiri possum viro doctifimo, qui vadam hic pro splendore poni arbitratur. Vossrus. Vndantem tuentur omnes editi ante Carrionem, & noster codex. Crinibus vero facile amplederer, cum Cornibus undare inquditum sit, & rationi contrarium. nam frustra est Pius, qui sanguine madere exponit, quamquam & ille crinibus legi in priscis exemplaribus testatur, quibus +) undare egregie conuenire vidimus iam ad lib. 111. 525. verba vero vudare & sudare a librariis esse permutata, apparet ex notis Heinsii ad Claudian. Epith. Pall. & Celer. vers. 5. In Carrionis vero prima editione vitio operarum, credo, Oebrum legitur, pro Hebrum. Bunn.

v. 619. Caput eripit] In ora codicis sui scripserat Heinsius, abripis. sed nihil opus. Ouid. 1v. Met. 784. eripuisse capus cello, voi etiam Heinsium perperam nouate ostendimus. sic & ereptus pro intersecto Stat. viii. Theb. 431.

Re-

Et Geticum Priona ferit: caput eripit Auchi, 620 Brachiaque, & vastis voluendum mittit harenis.

> At genitus Ioue conplerat sua fata Colaxes; Iamque pater moesto contrista sidera vultu, Talibus aegra mouens nequicquam pectora curis:

Hei mihi, fi durae natum subducere sorti

Moliar, atque meis ausim confidere regnis!

Frater adhuc Amyci moeret nece: cunctaque
diuum

Turba fremunt, quorum nati cecidere cadentque.

Quin

Repulit erepto cunei ductore Manalca.

vbi vide Barth. Burm.

v. 619. Anchi] Lege, Auchi, cuius mentionem fecit in catalogo. Pius.

v. 620. Brachiaque | Et hic notauerat Heinsius, forte, Branchisdae, vt mox vers. 640. Tydrum Phasiaden dixit. Burm.

v. 621. Colaxes] Sic verus codex & Maserius, alii omnes, Coraxes: male. CARRION. comp. Hom. II. 11. 433. sqq. Ceterum Valerius putarit, Iouem Fato superiorem effe, quamquam aliter explicari possit; inde tamen nec ex hac imitatione, nec alio modo effici poterit, vti auctor quidam in Obs. Misc. pag. 183. vol. 4. opinatur, Homerum Fatum louis imperio subiecisse: saltem equidem, quantum ab hac opinione alienus sim, satis ostendiste videor in Opusculis meis, sect. de Theologia Homeri. Nec Valerius personam Theologi, vti Homerus sustinuit. HARL.

v. 622. Contriflet] In nostro codice erat, concriflet. vid. supr. 111. 427. & hic Weitzium. Bur-Man.

v. 624. Durae forsi] Ita Ouid.
11. Fast. dura cum forse. vbi alii codices, dira. & Silius x111. 532. dura Gradiui forse creates. vbi more suo, cruda Heinsus malebat. vid. supr. vest. 545. sic dura kx lib. 1. 834. fors facus lib. v11. 441. Burm.

v. 625. Molior] Moliar vulgati ante Carrionem, quod murari non debuir. HEINS. Arqui [Bonon.] Pii, Maserii, Iuntae & Aldi habent, molior. & fortasse melius, si legatur, distinctione posita post molior.

Vique meis aufim confidere regnis,

Frater &c.
hoc fenfu, quamuis fratus mea
potentia hoc moliri auderem,
non tamen vti illa expedit: nam
& reliqui diui, quorum filii morte,
& reliqui diui, quorum filii cecidere cadentque, fremunt. ne erHhh 5

Quin habeat sua quemque dies: cunctisque ne-

Quae mihi. supremos misero sic fatus honores 630 Congerit, atque animis moriturum ingentibus

implet.

Ille volat campis, inmensaque funera miscet Per cuneos: velut hiberno proruptus ab arcu Imber agens scopulos, nemorumque operumque ruinas;

Donec ab ingenti bacchatus vertice montis
635 Frangitur, inque nouum paullatim deficit
amnem.

Talis in extremo proles Iouis emicat aeuo; Et nunc magnanimos Hypetaona Gesithoumque,

Nunc

go in me odium & tumultus moveam, habeat sua dies vnpmquemque sine discrimine. Burm.

v. 628. Habeat] Vide fupr. ad lib. v. 284. de fua die vid. ad lib. v. verf. 12. Burm.

v. 628. Negabo] Lege, negaro. Heins.

v. 630. Implet] Vide ad lib. 11. vers. 126. Burm.

v. 631. Funera mistet] Idem porat, quod paullo ante musas, id est, diuersos hic & illic occire neces. & hoc libro vs. 428. Funera mistebans campis. Burm.

v. 632. Hiberno proruptus ab arcu] Pius, postquam diu suctuauerat, & vel de arcuato ponte, vel montis vertice arcuato sumi posse notauerat, verum tandem esintum vidit, qui est, postquam leis sustice quem bibernuss vocace notat Malerius, aquis hibernis

pastum, quia ex Oceano aquas haurire credebatur. sed biberuus est tempestatum auctor vt biberus supiter lib. 111. 578. sic imbrifer dicitur Tibullo lib. 1. El. 1v. 38. & Stat. vII. Theb. 427. & 1x. 405. comparatio vero deducta a Virgilio lib. xII. vers. 450. de voce proraprus vide ad lib. Iv. 507. Burm.

v. 633. Inber] Iber olim lectum notat Sabellicus, qui emendauit, imber. nihilominus Iber Iunta ediderat, & vitium hoc non correxit Aldus. vid. inf. 685. Burn. Iber quoque ed. Bonon.

v. 633. Operumque] Aedificiorum, vt ita opera publica dicuntur. Burm.

v. 637. Gesteboumque] Gesteumque cod. col. lat. Gessoninumque, ed. Bonon. HARL.

Iris fulfit: quem bibernum vocace notat Malerius, aquis hibernis Nunc Arinen Olbumque necas ism fasNunc Arinen Olbumque necat: iam faucius Apren,

Et desertus equo Tydrum pedes excipit hasta 640 Phasiaden; pecoris custos de more paterni Caucasus ad primas genuit quem Phasidis vn-

> Hinc puero cognomen erat; famulumque ferebant

fancius Apren, Et desertus equo Tydrum pedes excidit basta: 0mnes vulgati : Nunc Arinem Nolbumque notat, i. f. A. & d. e. T. pedes excipit bafta; CARRION. Ego roras libentius legerem, quicquid dicat Sabellicus. Eft enim metar leuioris multo incommodi. retat vero vehementioris, & virtuti Colaxis, atque irae conueniens, ad hoc Valerio nostro peculiare. BALBUS. Notat noster codex quoque. non male Heinsius in codice suo scripserat, rotat. Ita rotati viri lib. IV. 181. & hoc verbo frequentissime vtitur Statius, apud quem lib. vr. 536. ctjam abierat in notare.

– bic mixta Lapitbarum caede notantur.

Saxa, faces. fed Barth. & Gronou. ex scriptis, rotantur reponi iusterunt, simpliciter hoc verbo, vt noster, etiam veitur Papinius lib. 11. vers. 607. rotat ipse furentem

Deilochum, vbi est, interficit. quare necat eius verbi glossam este credimus. caput rosare & alia membra obuium est. norat Pius explicat, destinat ad caedem. Sabellicus etjam tune pro nune malebat. Bun-MAN.

pius obsidet bostis. Hace funt Medeae ad lafonem verba. in quibus an fidei, amicitiae, foederisque mentio vlla fiat, ipse vides, at quid Medea fecit, postquam haec locuta est? nempe vna ex comitibus suis relista, quae lasonem cum sociis ad vrbem duceret, ipla ad fluuium accessit, sacra, quae instituerat, peradura. Dixerat baec [inquit poeta] patriumque viem deterquet ad amnem, Sacraque terrificae supplex moues irrita notiis. an posthac dextras innxerant? profecto numquam, quippe qui rige, numquam postea conuenerant. quare cassigata & emaculata le-Qio illa nimirum erit, quam vt dixi, ipse interpres vult exterminate. Cur tibi fullaces placuit coniumgere dextras, Tunc pater, atque istis innenem &c. Vt fint Medeae ad absentem patrem verba per apostrophen, quod in oratione pathetica quam fieri crebro foleat, omnibus est compertum, cui nihil magis quam crebris sententiarum mutationibus fluctuare conuenit, vt Macrobio placet. Queritur ergo Medea, quod cum lason primum Acetam regem conuenit, vellusque aureum ab eo petiuit, cum eo amicitiam Acetas inire simularit, & non protinus eum monstris obiecerit. tunc enim ipia, quae non- sed ante exhibet, mihi a manu dum lasonis amore capta erat, Flacci esse videntur, & optime

libenter in eius caedem consensiffet, nullumque ex es inderorem molestiamque cepisser. Erit itaque ordo cum fenfu: o pater, cur tibi placuit tunc, cum lason primum ad te venit, dextras fallaces coniungere? id est, amicitiam falso inire? Atque cur tibi placuit non perdere protinus, id est, statim, iuuenem lasonem istis monstris? sunc euim [fateor] infa volcham. id est, mihi non ingratum omnino fuisset. BALBUS, cui subscribit Vossius, HARL. Tunc subscribit Vostius. HARL. poterasque istis luveneus non perdere Carrionis liber. vulgati, Tunc poteras nunc perdere, non gerdere etiam in duobus scriptis cor-

Tun' poteras istis innenem non perdere monstris? Regius codex duos subiungit verfus, nescio quo auctore,

Aeta parens, fi poscenti sua fulva negasses

Vellera, fo patrium vetnisses Phasin adire.

adgnoscit & Pius Baptista pro genuinis, ex codice Pomponii Laeti haud dubie depromptos. qui versu secundo adgnoscit, sed patrium. sed inserit hos duos post versum 345. qui sic ab illo exhibetur,

Tunc poteras istis innenem tunc perdere monstris. HEINS. Nofter liber, sunc poteratque. isti vero versus, quos Pius non post vs. 345. vt Heinsius,

con-

Rurfus ad Haemonii iuuenis curamque metum-

Vertitur: huno solum propter seu viuere gaudens,

Siue mori, quodcumque velit. maiora precatur Carmina, maiores Hecaten inmittere vires

Nunc

connectere fentum, folum obstat illud Aeta bisyllabum, pro quò Ouidii etiam auctoritate [vid. ad Epitt. vr. 103.] pugnat Pius, quod st non liceat admittere, vellem ita legere,

ellem ita legere,

Cur sibi fallaci placuis commis
sere densras

Arte pater? si poscenti tua sulva negasses

Vellera, fi patrium vesnisses Pha-

Tunc poseras istis innenem, sand perdere monstris

Prosinus. Ipfa etiam fateor, tunc ipfa volcham.

sua, mallem, quam sua, yt patri suris imaginem praebeat. licet, si quis sua, sibi debita, vt toties vocat, malit, non contendam. Burm.

v. 349. Es monisis codo mimor] En monisis puto. HEINS, Caclo vitiose olim lectum suife, notat Sabellicus. minor, non aetate, vt Weitzius, nec minor dignitate aut staru, vt Maserius videtur capere, sed quae victa sum confiliis & vocibus tuis, quibus succumbo & resistere nequeo, vt reste Pius. sie Ouid. 11. 221. Am. \$47.

Hac ego confiteor non fum perfectus in arte,

Quid faciam? monitis sum minor ipse meis.

Horat, 1. Ep. x. 35.

Donec minor in certanine longo

Imploranie opes bominis. qui eleganter saepe hac voce vitur. vid. 1. Od. x11. 57. 111. Od. vr. 5. 11. Sat. v11. 76. 1. Ep. 1. 106. & alibi. Silius v. 76. Hes fatis superi certaffe minores. Statius x1. Theb. 508. Er bent fecum portet minor umbra deloren. vbi vide Barth. eodem. senfu apud Graecos frant. Aristoph, Plut. ad. II. fc. 3. 'AAA' slri të zipësçëvertes Htrovet, omnes funt minores lecre, ld est, seruiunt lucro, non possunt resistere anaritiae. ita, testibus Scheffero & Perizonio, legitur apud Aelian. I.b. x 1v. cap. vit. in MSS. dvije frrus rá sielec. อ้ง. Herodian. 111. 6. รุรายง โรงจัเ & fimilia passim. & hoc postulat 70 cedo, quod & victis conuenit, vt Graecorum Yinny, Apollon. 111.796. µaeyosivy Vizusu. laftivi ae cedens, id est, vista a lascinia, indulgens. ita cedere & succumbert fortunae, de quibus ad Quin& VI. Decl. 16. BURM. adde Lucan. vii. 686. ibique Schol. caede ed. Bonon. HARL.

v. 352. Sine mori; quodenment velis] Seque mori, ni fallor. lego.

—— seu vinere gaudens

Sine mori.
male hace etiam diftinguebantar.
HEINS. Propeer to vinere gauden
nofter codex. propeer fo omnes
editi.

ARGONAUTICON LIB. VII. 949

Hortaturque sequi, breuibusque insurgere pen-

Illos caerulei primus ferit horror Olympi; lamque redire rogant, adsuetaque quaeritur

380 Haud aliter caecae per moenia deficit vrbis Incedens, horretque domos Medea silentes. Hic iterum extremae nequicquam in limine portae

> Substitit, atque iterum sletus animique soluti: Respexitque deam, paullumque his vocibus

385 Ipse rogat certe, meque ipse inplorat Iason.

Nul-

saturque suis --- pennis in Carrionis libro, in primo Vaticano, Carrionis ex MS. faexi. nil muta. ex Nasone vide-Met. viii. Hortaturque Sequi, damno fosque erudit artes, idem hemistichion in Claudiano etiam occurrit. Heins. Pinnis etiam no-Aer codex & editiones priscae, **L**olemni permutatione. BURM. pennis tamen ed. Bonon. HARL.

v. 378. Primus ferit borror Olympil Antor Olympi in nostro libro vitiose. ferit vero eleganter de fubito tremore, qui obucitur. Stat. 111. Theb. 422.

Armorum tonitru ferit, & trepidantia corda Implet amore fui. Bubm.

v. 379. lamque redire regant] . Lanque redire rogans ciptime le habet. nec audiendus Carrion, qui sinuitis codicibus nostris e suo MS. reponebat, redire volume. Heins. Cogane erat in nostro. BURM.

v. 380. Hand aliser caecae] Le-Rio naec, caecae, quae Editionum de illa fieret. Si mihi credatur,

v. 377. Hortaturque sequi] Hor- veterum auctoritate nititur, elegantior nobis visa, quam illa

Haud alin Acaeae per moenta &c. licer hauste hemistichion, qui Quod nescio quid absoni in se haber. Vossius. Et nobis magis placet eneca vrbs, pro noctis caligino tenebrofa, fatis enim intelligitur, quaenam fit, & Acaea est a glossatore. sic caecae fores Virgil. 11. Aen. 453. & alia obvia. Burm. Doctus quidam Britannus in Obff. Miscell. vol. 1v. pag. 190. fq. hos versus a v. 373. ita explicar. "Venus hic Medeam deludit, deducens illam extra vrbem ad occurrendum lafoni & in suam ruinam. Dea comparatur aquilae, teneros foedu ex nido producenti, vt volent. Vor pollida denotat curam & amorem aquilae, illiusque metum pro teneris pullis, ideoque hic impropria est, & totam comparationem tollit; nam Venus nullam effectionem erga Medeam habebat, neque curabat, quid Qoo legeIlla nihil contra, vocesque abrumpit inanes.

Et iam iam magico per opaca filentia Colchis

legemus callida. Vt vetus aquila decipit pullos, vt nidum relinquant, non ignara, quando semel eum reliquerint, eos volare debere: sic Venus Medeam noce e palatio suo elicit, ad occurrendum Iasoni. Et vt auiculae non sine horrore feruntur, cum primum, in aera producantur, sic etiam horret Medea propter facinus suum consus & pudore ad-

festa." HARL.

v. 386. Nullane culpa fubest ?
Culpa nec vila fubest. opinor.
versu praecedente puro, meque
infe imploras. HEINS. Me
infe imploras noster liber. deinde a prima manu, sabes; sed
im margine adscriptum, labes.
Buma. post certe & lason sunt
signa interrogationis in ed. Bonon. reclius, puto. Harl.

v. 387. Turpe viro feruire preeanti] An dubitanti Medeze, & pudoris adhuc aliquam rationem habenti conueniat tò feruire, nefeio. neque alicut feruire, proofficium praestare, consulere faluti & vitae Latinum satis esse puto, quare mallem legere,

Nec turpe virum servare precan-

feziptum erat viro precante, ve faepe, vnde fecerunt viro precanti. & firmatur nostra correctio fequentibus vers. 482. Seruatum pudeas nec virginis arte. & vers. 573.

borruit audan, Qui modo virgineis feruari cansibus Idas

Flebos.

& ita Ouidius, quem noster hie saepe respexit, lib. v11. 93,

Servature munere nofire, Servatus promissa daso. & in tragocia Medea idem Naso, teste Fabio lib. VIII. de Inst. Orat. 5. Servare potui, perdere an possim, rogas? Propert. 11. XIX.

Iam tibi Iasonia nosa est Medes

Et modo feruaso fola relicia

& 111. eleg. XIII. 21. Si deus et, tibi turpe tuam feruare puellam? vbi etiam codices, feruire. sed vide ibi Broukh. Burm.

v. 389. Magico fono] Voluens centus magicos & murmura, ve follemne in his facris, infr. verf. 464. Septeno murmure fertur. Ouid. x1v. Met. 58. Ter nonies carmen magico demurmuras ore Stridorem magicam vocat Tibul. 1. 11. 47. nofter, fremirum lib. vi. 441. Stat. 1x. Theb. 734. Oconfio miftes Murmura. Quind. Decl. x. cap. 7. borrido murmure imperiofisque verbis dei fupri monogue sorquentur. vide ad Petton. cap. Lxxxvi. & quae Meurius collegit in spicilegio ad Theocr. Idyll. 1. pag. 8. Burm.

v. 389. Colchis] Notis notter codex. quia saepe apud alius filmtia notis legerat librarius. Bur.

v. 390. Monstrasque conderivultus Numina] Legebam primo, Lumina, postea nihil mutari placuit. Et sane constat omnibus stellis numen tribui. Sic & Manilius



Numina, cumque suis auerti collibus amnes: Iam sabulis gregibusque pauor, strepitusque sepulcris

Inci-

lins lib. v. flellarum namina quinque, vbi non necessaria Scaligeri emendatio reponentis, lumina. Idem dictum sie de loco illo in elegia Pedonis ad Liuiam,

Sideris boc obitus terris instare monebat,

Et mergi Stygia nobile numen aqua.

Quamnis & hic restituat Scaliger. wobile lumen. Vosstus. Monstrata recondere. HEINS. Scio quidem stellas numina posse dici, sed an ira recte hoe loco dicentur dubico. cum sensus sitos magicos iam coepisse euaneficere stellas, quae antea monstratae erant, & visae sulgere omnibus, quare & lumina malim. vt lib. 1. 275.

Sparguntur litere curuo Lumina, nondum vilis terras monstrantio nautis,

nifi monstrata fit corruptum, & verbum aliud fit supponendum, quod numina coalla indicaret euanescere. & ita lunam & sidera intelligerem. forte cum fataque, quasi inuita decederent & hebescerent sidera. nam obuium hoc est in magicis facris, ve cogantur, subente venenca, pallere, & fugere ex coelo luna & fidera, vide ad Quinct. Decl. x. 15. vbi etiam legitur, cum federa mundo revelluntur, cum iubentur biberni fluuiorum flare decurfus. Lucan. v1. 499. de imperiolis verbis magae agens,

illis & fidera primum Praecipiti dedutta polo , Phoebeque ferena Non aliter diris verborum obfessis venenis Palluit, &c.

BURM. Equidem probo emendationem Doruille ad Chariton. pag. 13. montanaque — numina, n. Oreades. sic vocantur apud Ouidium 1v. Epist. 170. & Fastor. 11. 307. v3 amnes cum collibus adiunet, ait idem, Virgilius canens Libr. 11. Acn. 305. & rapidus montano sumine torrens. HARL.

v. 391. Cumque suis auerti collibus amnes | Credebant carmine magico etiam flumina aliorfum deduci, aut plane fisti. in Pharmaceutr. Et mutata suos requierunt flumina cursus. Bulaeus. Hoe vero stupendum, fluvios cum collibus auerti. quales vero illi colles? an, ex quibus fontes erumpunt? vt lib. 11. 53. fummis viularunt collibus amnes, an ergo illi retro acti simul cum fontibus, ita vt veniente Medea recedere in agros viteriores viderentur? certe incredibilia saepe Poetae magicis cantibus adscribunt. vt Nemes. Ecl. 1v.



Inciderat: stupet ipsa graui nox tardior vmbra. Iamque tremens longe sequitur Venus. vtque sub altas

395 Peruenere trabes, diuaeque triformis in vmbram;

> Hic subito ante oculos nondum speratus lason Emicuit: viditque prior conterrita virgo. Atque hic se profugam volucri Thaumautias

Sustulit: inde Venus dextrae dilapsa tenenti,
400 Obuius vt sera cum se sub nocte magistris
Inpingit pecorique pauor; qualesue prosundum
Per

ad Ouid. 11. 'Met. 256. vido & fupra lib. 11. 515. ita & Statius v111. Theb. 360. feptem arua pasentia vocat alueos Nili, vt reste exponit Barthius. quamquam in codice Bibliothecae Leidensis repererim, fempremque patentibus aluis, vel alueis. valles vero & coles commutari a libratiis vidi & apud Ouid. xt. Met. 277. xtv. 425. tv. Fast, 375. & alibi. Buraman.

v. 393. Inciderat | Vide lib. Iv. 744. Burm.

v. 393. Now I Id est, Luna. vide lib. v. 567, grauis vero vmbra, quia tenebrae eius inductae erant. vid. lib. 11. 56. BURM.

v. 394. Iamque tremens] Vulgati, Iamque tremens longe fequitur Venus acque sub altas. vet. cod. Ipse tremens longe sequitur Venus: vique sub altas: multamelius. Carrion. Vique Aldina edit. namque tremens nostes codex, [item ed. Bonon.] & provenere trabes. quod non spermendum, pro procedere. trabes veto pro arboribus, vt lib. vt. 76.

& lib. viit. 329, & alibi, vid. ad lib, iii. 484. Burm.

v. 398. Volucris Thaumancias alis | Étiam hic maluerim, volueri ala, & binc se sustulia, [atque bine est in ed. Bonon, nec ego reponere dubitaui. HARL.] pro vulgato bic; quod to inde melius omnino respondet. volucri ala concinne ante Carrionem legebatur, infeliciter etiam idem Carrion , dextrae delapfa cum dilapfa antea rectius legeretur. dehapfa tamen in scriptis. paulla ante, Inmque tremens longe sequitur Venus, male Carrion mutavit in, ipfa tremens, cum proxime praecesserit, stupet ipfa gravi nox tardier vmbra. Heins. Volucri Thanmantia folis noster codex. Burm.

v. 401. Impingit] Paulto ante inciderat. BULAEUS.

v. 401. Profundum per chaos]
Ita solent Poetae vocare. vt lib.
11. 606. pater profundi. Stat. 1.
Theb. 296. profundi lege erebi.
vid. Barth. ad Claud. 1. rapt. 2.
chaos autem pio inferis poni, vi-

Cingitur inde finus, & qua sibi fida magis vis Nulla, Prometheae florem de sanguine fibrae Caucafium, tonitru nutritaque gramina, promit,

editi. absorpta fuit vitima in fen nitru nutritaque gramina penie. a prima in vivere litera.

Rabat contenta venenis | Ne Pyrrhoniani quidem hanc lectionem in dubium vocitent. Carrion & recentiores edunt, notae, & interpretantur Circes, quae foror Acetae; sed quia vnquam notam pro confanguinea dixit. Ineptum hoc est, & noli de nostra lectione, quam veteres editiones firmant, dubitare. Vossius, Peffime nerse in posteriori editione Carrionis. HEINS. Sequitur ineptam interpretationem Alardus. nora venena funt folita, confueta, ve centies noster & alii. vid. ad Phaedr. r. Fab. 12. Heinfius etiam pro stabas maluerat, adstar, vel instar. Sed stabar pro erat, non tamen simpliciter, sed inest verbo stare vis contendentis aliquid efficere, vid. Gronou. ad Senec. Herc. Furent. 285. Huet. ad Manil. IV. 347. BURM.

v. 355. Es qua fibi fida magis vis Nulla] Vis nulla, id est, nullum venenum, tic & alibi loquitur Valerius, item Seneca in Me-

dez,

– docuie

Condere vires arte Prometheus. Non enim affentio Viro maximo reponenti, virus. Vosstus. Vid. supr. ad vers. 333. Burm.

v. 357. Gramina ponis] Lege, promir, effert, ex Phoriamo, vt Rhodius inquit, hoc est, armilla & arcula, Prus. Vulgati, [vti quoque ed. Bon.] Cancafeum to-

vet. cod. [item cod. noster colv. 354. Nunc fibi, nec notis lat. HARL.] Caucufeum promit nutritaque gramina ponit, non ita placet. CARRION. Gramina pokis secundus Vaticanus & Regius, etiam Carrionis liber, qui pro tonitru, quod hoc loco alienum, promit. opinor,

Caucasium promit, nutritaque

gramina tabo. exaratum primo fuerat, gramina mape, pro, tape fine tabe, nam & & p in veterrimis libris frequenter confunduntur. in primo Vaticano tota pagella hic defiderabatur. Heins. Heinsianam emendationem recepit vir quidam doctus in exemplari fuo Alardi. HARL. Promfit noster codex, quod rede Pius interpretatur, vnde tamen Maserius ad eum versum collegit hic posse ponit legi, nempe in finu. sic postes vers. 450. e sinu depremis. & ita quidam lib. VIII. 17. prowis legunt, vbi tamen meliores libei, prome. Florem vero de sanguine dixit, vt Apollon. 111. 853. av9ec. intelligit vero Aconisum, vide Passerat, ad Propert. lib. 1. eleg. x11. pag. 200. Heinf. ad Claudian 1. in Rufin, 152. illud sabo hic non accommodatum, cum fequatur facer cruor, qui est tabum & sanies; & Apollonio III. 852. Muntéeis ixue dicitur, & Cello lib. v. cap. 26. facer vero dicitur, quia adhibetur ad facra magica, & vim arcanam habere credebatur, vide Oor

Durat editque cruor; cum viscere vultur adeso
360 Tollitur e scopulis, & rostro inrorat aperto.
Idem nec longi languescit finibus aeui
Inmortale virens: idem slat fulmina contra
Sanguis, & in mediis florescunt ignibus
herbae.

Prima Hecate Stygiis duratam fontibus harpen 365 In-

ad lib. vr. 477. & fupra verf. 165. Male Pius interpretatur, vel impii Promethei, vel fatiloqui, quia mox deus dicitur. Burman.

v.358. Triflesque pruinas] Acres. Sic sriflis biems apud Virgilium, & trifles fucci pro amaris apud

eundem lib. 11. Georg. BULAEUS. v. 359. Duras editque cruor] Lege, alitque. BULAEUS. TÌ edieque nullum hic sensum habet. quid quod adeso mox sequitur. arbitror, Durat alitque cruor. [v. Heins. Ouid. 1. Am. el. 13. pr. vel, Induratque cruor. nimirum primo exaratum fuerat, Durat itque cruor. quod supinus & festinans librarius duas priores literas in alie ob cognationem literarum proxime praecedentium omituset, idque Bulaeo iam suboluisse deprehendo, secundus Vaticanus, Durabasque cruor, quod proxime veram lectionem accedit. Duras ogisque cruor vir eruditus castigarat in ora codicis Vaticani ex editione Veneta. mox, rorat maluerim quam, invorat. Heins. Durat bedique noster codex. Columbus coniecerat, obitque. Pius explicat, edendo consumit, & deliquescere facit niuium moles, vt posset in solum & herbas defcendere; at non niues edit cruor, sed inter niues & pruinas gra-

mina nutrita durat & edit, id est, fimul indurat, & corrodit, nec permittit, vt ad maturitatem perveniant. durat etiam male wisk explicat. cum sit actiua significatione capiendum verbum, vt vidimus ad vers. 338. Burm.

v. 364. Duratam fontibus barpen Intulit | Praestiterit, si quid video, durata barpe Inpulit. pro monstrata seges, malim, confraea. Herns. Et hic nihil mutandum : nam inferre barpen dixit, vt lib. 1.798. Seemas inferre faces. & ita inferre manus, arma, figue & fimilia, itaque nunc a dubitatione discedo, qua ad Quind. Decl. x 111. 14. dixi, me nescire 21 inferre alicui telum rece dicatur. quamuis tamen de loci illius le ctione nihil mutem. Intalit vero hic retinendum, quia non agitur de impellendis herbis, sed secandis, vnde harpe debebat inferri. in ipsa enim sectione, etiam aliquid arcanae artis & vis quaedam erat; vt docuit Broukh. ad Propert. 11. 1. 74. nec mes-Strata seges debet mutari. Hetate enim magistra famulae suse Medeae monstrauit hanc segetem. sic & Statius Hecaten docuise Colchidas vim huius veneai canit lib. 1x. Theb. 734.

Canensque facros, & conscia misces



Mox famulae monstrata seges, quae lampade **Phoebes**

Sub decima iuga foeta metit, saeuitque per omnes

· Reliquias saniemque dei; gemit irritus ille Colchidos ora tuens: totos tunc contrahit artus Monte dolor, cunctaeque tremunt sub falce catenae.

Talibus infelix contra sua regna venenis Induitur, noctique tremens infertur opacae.

Dat

Notte doces, monstratque feras ligat.

į.

مثا

Ti.

ď

ß.

<u>1</u>.

k

cts

1

T/s 715 1

15

4. , je

3

41

23

ું

تحلي

į مر

"بتية

16

,55

, ż

建分分提行的人并以外的大学

apud Ouid, vii. Met. 194. Burm. v. 365. Validas ariftas] Sunt, quas feras berbas vocauit Papinius, quae efficax & praesens venenum habent. Ouid. v11. Met. 123. Semina mollis bumus valido praetineta veneno. vbi vide quae noto. ita Propr. 11. Eleg. 1. 73. Non bie berba valet. potest tamen capi & hic pro duratis illo cruore facro, vt praecessit. Burm.

v. 367. Sub decima] Id est, decima nocte post nouam lunam, quando crescens & pernox est luna Ouid. v11. Met. 268. Addit & exceptas luna pernocte pruinas. alias & piena luna operari magicis facris solere docuit idem Broukhusius ad d. l. Propertii. Burm.

v. 368. Gemit irritus ille] At- BURM. qui supra iam narrauerat, Prometheum ab Hercule liberatum esse, sed intelligendum puto, de tempore, quo flos ille colligebasur. Heins. Eumdem scrupu-

Murmura, secretis quae Colchi- vit, vt de tempore, quo flos ildas ipsa sub antris le ab Hecate colligebatur, intel-Maserius non totum ab quarentibus berbas. Hercule destructum, sed reliqui-& eo nomine eam inuocat Medea as eius adhuc mansisse ibi putat: male; Apollonius clare tunc gemuisse Promethea dicit, cum secabatur illa radix, quam nunc ex cista promtam Medea sinu suo gerebat. nam monstrata erat antea iam ab Hecate, & fecta in vius fuos. Ita Apollon. 111. 864. Kreve & durds

> *lunerole maic dobry weel Sundy baller. &c. vbi forte legendum, Iseve 3' du-

rds. frustra gemuit, ve noster gemit irritus. BURM.

v. 369. Toses tunc contrabit artus Mente dolor | Carrionis liber, & primus Vaticanus, Monte dolor. fortallis, toto monte, vel moso. HEINS. Tosus arsus etiam mox vers. 464. dixit. an, mense dolens?

v. 372. Induitur] Non damno, & de sinu, quem replebat magicis his venenis, intelligi recle potest. mallet tamen aliquis forte, instruitur ex lum mouit Pius, & similiter fol- Quidii vis. Met. 196. Quaeque 0002 magas,

Adloquiis, iunctoque trahit per moenia passu.

Qualis adhuc teneros supremum pallida foetus
Mater ab excelso produxit in aëra nido,

Hor-

magas, tellus, pollentibus instruis berbis. Burm. Docus quidam Britannus in Obst. Miscell. vol. 1v. pag. 190. voc. induitur verum & esse Metaphoram ab armis sumtam, bene iudicat. Medea hie describitur vt armata venenis. Induitur venenis, quasi armis contra sua regna. Harl.

v. 373. Dat dextrom, blandeque pauens vocem Venus, & quam Alloquiis] Sic in ed. Bonon. HARL. Scribe, vt quam, pellicit & banditiis lactat Venus, vt quam alloquiis perducit & passus concomitatur, fingens fortallis effe Circen. Prus. Versus hic in omnibus corruptus est: legitur enim, blandeque pauens vocem Venus us quem. vet. cod. Das dexgram vocemque Venus, blandisque panentem Alloquiis, CARRION. In nostro codice crat. dat dextram blandique panens vocem l'enus ana. Venus autem exfpectauerateam in portis regiae, vid, fupr. vers. 300. Burm.

v. 375. Supremum] Singulari notione, pro superne, in altis.
BULAEUS. Castiga vel inuitis oculos. Clause membranis, seneros vbi primum sullida foetus. sic in vetustissimo Nasionianorum Fastorum exemplari, suprema crepuscula, pro, sub prima scriptum ostendi. proximo versu etiam fortassis, ab exciso nido. excisa arbore, in qua nidum ducere, quod fruxerat. Heins. & ita correxit vir quidam docus in exemplo suo Alardi. Harl. Sed quid opus 382. Burm.

mutatione? rece enim Pius fapremum coniunxit cum aëra, aër vero supremus est, in quem aquilae, sublimius reliquis auibus volantes, pullos producunt; & hoc firmat, borror caerulei olympi, id est, altitudo, quae ferit pullos despicientes in subiectas terras. hinc & profundum coelum dicitur, vt infra vers. 478. Seruius ad Virg. 1. Acn. 58. maria ac terras coelumque profundum. vbi Seruius, profundum autem & sublime dicitur & in p. vt Supremum altum. loco corrupto. Danielis editio. profundum de sublime [sublimi alii] I mare profundum us summum, ultimum, ita superum aëra, superas auras vidimus supr. vers. 25% primus borrer est, quia tunc permum euolantes consternamme. nec encelsus nidus mutandus, ita enim manifeste in hac eadem comparatione Ouidius VIII. Mes. 213.

velus ales, ab also Quae seneram prolem producis in aëra nido.


quae verba noster habuit ante oculos. Claudianus etiam Praesat. 111. Cons. Hon. vers. 1.

Paruos non aquilis fas est edecere fetus Ante sidem solis, indicium-

que poli.

vbi etiam codices quidam, producere, quod malo. quia follemae
hoc in hac re verbum videtur.

vt & in aliis vidimus ad lib. v.
382. BURM.



Cur non ipse tua fretus virtute labores? 440 Nempe, ego si patriis timuissem excedere tectis,

Occideras: nempe hanc animam fors faeua manebat

Funeris, en vbi Iuno, vbi nunc Tritonia virgo; Sola tibi quoniam tantis in calibus adlum

Ex-

XVIII. p. 340. BURM. hunc & cum Bulaeo scribatur, ex Maro-Seq. vers. tamquara spurios vncis niano [11. Aen. 554.] noster liinclusit Cortius. atque v. 435. deest in ed. Bonon. sed est in cod.

į,

ű

S

1 3:

:2 31

تنة

11.1

٤ =

1 72

1.10

افتحا

pt. is

13.

-

10

E .5

12.

12 8'S

Ŧ. C

الألحق

32

E LEADER

, si

م ا فتالي

je, 28

Pag P

r10

17 32

i (#)

17.5

1

n is

(Bird

, **13**

11.23

المتلا

11 10 o ma coll. HARL. v. 440. Timuiffem] Textum fentit castigatiorem Sabellicus, cum legitur, rennissem. nam Medea timere potuit, nec renuere, ardua enim fine timore non adgredimur. si ergo noluissem domum patriam relinquere, de te actum erat. Maser.

v. 441. Pars facua manebae]

– nempe banc animam sors Saeua manebat Puneris.

Vt Virgilius 11. Aeneid. [554. vbi vide Heyne.]

Haec finis Priami fatorum: bic exitus illum

Sorte tulit.

Bulaeus. Video ab aliis emendari, fors pro pars. Sed profecto non intellexere elegantissimum locum. Quod factum, dum non vident banc animam ad Medeam, non ad lasonem, respicere. Hic igitur sensus verborum Medeae: Nempe nifi ego misericordia inflantis & certi tui funeris tala neris manebat, & ea ex parte tecum fuiffet sepulta, si periifies. Vossius. Sors faeus funeris Bunn.

bro 1. 807. sqq.

– sum vobis si quod in– au [um

Arcanumque nefas, & adbuc inçognisa lesbi Sors Superest.

& libro IV. [112. fq.]

Tum leger e arma iubet, sumtisque occurrere contra

Caestibus? bacc miseri sors est aequissima lesbi.

fors faena Gronouius Observat.IV. cap. XXI. HEINE. Sic dura fors lib. vr. 624. pars autem & fors etiam in codicibus scriptis commutantur. vid. Ouid. Iv. Tri&. v. 1. Senec. Agam. 103. in codice nostro erat, ps. seuana mane-Hanc animam dubito, an bat. non lafonem recipiat, vt meritum suum iam Medea insinuet. Nam in primo colloquio Medeam profiteri a morte lasonis suam pendere, non fatis decorum videtur. sua morte lasonem periturum, secum dixerat vers. 342. respondet hic vero verbis lasonis, quae protulerat. vers. 427. Bur-MAN.

v. 442. O vbi Inno | Vetus coexcessissem tectis, iam occideras: dex, En vbi Iuno. CARR. Noster nempe & meam animam pars fu- liber, Funeris vbi luno nunc, vbi nunc T. V. de hac formula, vii nunc vide ad Ouid. IV. Ep. 150.

V. 444·

Externae regina domus: miraris & iple, 445 Credo: nec agnoscunt hae nunc Aeetida siluae. Sed fatis sum victa tuis, cape munera supplex

Non mea; teque iterum Pelias si perdere

quaeret,

ipsis,

Inque alios casus, aliasque immittet ad vrbes; Heu formae ne crede tuae: Titania iamque 450 Gramina, Persaeasque sinu depromere vires Coeperat; his iterum conpellat lasona dictis: Si tamen aut superis aliquam spem ponis in

Aut

V. 444. Miraris; & ipfa Credo: nec agnoscunt base nunc Acetida filuae] Scribendum,

- miraris? & ipfae, Credo, nec agnoscunt hae nunc Acetida filuac.

Vossius. Ipfe fcribo. quod ante Carrionem circumferebatur, vel ipsam cum Regio. Heins. Ipse verum est. nec agnoscune vero eleganter, pro non vident, qualem antea solebant. vid. Barth. ad Stat. VIII. Theb. 520. & quae nos fupr. ad lib. 1v. 523. BURM.

v. 446. Fatis victa tuis] Vid. ad lib. 1v. 127. BURM.

v. 447. Cape munera supplex Non mea] Non mea, sed deorum, aut verius lasonis. Sabellicus legit, nunc mea, quam necessario, Nunc [ed. iudicetur. Maser. Bonon. &] Carrion. prius legebatur, Non mea. non mea, icd Hecates, ac proinde diuina. mox prhes. cum antea legeretur, alias que immittet. primus Vaticanus, rum editionum lectionem, cui ad- dimittas. Carrion ex MS. edidit,

stipulatur codex noster. immittere enim hic majorem vim habet quam simplex missere: est enim subornabir, vt spolies alios. quomodo immittere percussores luft. 1x. 7. & xxvr. 3. & alii paffim. vel immittet, ve hostem. Bunn. Markland ad Statii Silu. 111. 3.77. corrigit, alias dimittet ad orbes. quoniam dimittit in omnis note Seneca Consol. ad Helu. c. 6. dimisit in prouincias idem de Benes. v. 16. & alii simili modo dixerunt. ego vero subscribo interpretationi Burmannianae. HARL.

v. 450. Sinu deprômere] Ex Mitra Apollon, 111, 1012, quae est zona. Bunm.

v. 452. Superis aliquam spen ponis in ipsis] Sunt, qui scribunt aliquam form Theffale ponis. repugnantibus exemplaribus, nullanecessitate cogente. Pius. Si 16men aut superis aliquam spem poidem Carrion, alias te mittet ad nis in ipfis, Aut tua praesenti virsus educere letho Si te forte potof. Ita edere placuit fide editionum alias mitter. opinor, 70 si exciditie, antiquiorum. Si, inquit Medes, alias si misses ad orbes. Heins, aut a virtute tua spem aliquem Nunc mea Aldus. non muto vete- concepisti, precor me insontem

Aut tua praesenti virtus educere leto Si te forte potest; & iam nunc deprecor, ho-

Me sine, & insontem misero dimitte parenti. 455 Dixerat. extemplo (neque enim matura ruebant

*Sidera, & extremum suffixerat axe Booten) Cum

Spem ponis in armis. .Quod nonnemini placere possit, quoniam & supra ita dixit Valerius. v. 638. Et sumptis decernimus armis. Item Virgilius 11. Aeneid. 676. Sin aliquam exper- & ita passim. Burm. tus sumptis spem ponis in armis. deri postunt. Valeriano nem admittamus, noui sequenti locus perplexissimus. scribo, versiculo diceretur? Vossius. Rede Vossius, & intolerabilis esset tautologia nunc vero egregius est sensus, siue confidis deabus fretus, audes periculum praesens nino similis subire, me ne sollicites. quia tamen noster codex habet, si tamen aut Superis aliquam Spem ponit Iafon. malim legere,

1

Ľ. زز

35

121

; :\$

¥ ;

21 21

11

مروايز

اير

30

ic

日本日本日本日本の大田市

Si tamen in superis aliquam spem ponis, Inson.

lasonis glossa fuit Thessale in lectione, quam Pius refert, repetita ex vers. 437. Burm.

V. 453. Praesenti virtus educere lete] nostri, [& ed. Bonon.] te educere; opinor, virius subducere. HEINS.

spes] Id iam nunc arbitror Valerium dediffe. HEINS. Lego con-

Si tamen aut sumptis aliquam etiam tempore, quo nihil adhuc in patrem commiti: Suet. Cael. 31. etiam nunc, inquit, regredi possumus. Iuftin. vill. 4. Graeciam, etiam nunc & viribus & dignitate orbis terrarum principem.

v. 457. Neque enim matura ruevnde Valeriana verba expressa vi- bans Sidera, & extremum suffixe-Ego tamen non rat axe Booten] Ita Carrion, in dubito, quin Maronis ille locus vulgatis, extremo axe. praeterea deprauando. Suffeceras in scriptis nostris, Al-Quid enim, si Carrionis lectio- dino etiam & Maseriano codice.

> – nam iam matura ruebans

Sidera, & extremo se flexerat axe Boötes. Iunoni & Palladi, fine rua virtute diem denotat instare. locus omapud; luuenalem. Sat. v. 23.

Sideribus dubiis, ant vilo tempore, quo se Frigida circumagunt pigri sar-

raca Boötae. nam se circumagere in Iuuenale prorfus idem est, quod in Valerio, se fletlere. sed castigationis nostrae singula videamus, pro neque enim reposuimus nam iam, sensu id postulante. nam scripserat librarius omiffa voce proxima iam ob cognationem literarum V. 454. Etian nunc deprecor bo- more solemni. ex grege semiliterato quidam, quod versum claudicare aduertebat, inprouide opem unclim, etiam nunc, id est, hoc tulit. matura sidera ruebant ex illo Maroniano videtur haulife, lib. x. 256.

interea revoluta rue-

Matura iam luce dies. & Videtur modus loquendi depromtus ab arboribus, quae fructus maturos sponte excuriunt. quamquam in Martonis loco diem maturam crenusquo, opponi con-

maturam crepusculo opponi contendit Seruius, & pro clara luce interpretatur. Auienus in Aratëis maturam nostem pro extrema pofuit,

Tum Cynosura etiam maturae in sempore nostis Attiut in Boreau sustalitus.

Aratus in hac descriptione dixerat πυμάτης δηλ τυπτές. adultam notlem eadern fignificatione habes apud eundem Auienum,

Scorpius exoriens fit sempore no-Elis adultae:

Hic maturino veniens procul acquore chelym

Brigis e pelago.

id Arato axplis sunràe est. sic masuras asui pro sene apud Poëtas. maturi etiam senes, & sene-clus maturi etiam senes, & sene-clus maturi etiam senes se senes sen

Tempus erat, que cunita filent, interque Triones

Flexeres obliquo plaustrum semone Boures.

Propertius libro 11. El. xx1v. 23. sq.

Non audis, & verba finis mea ludere, cum iam

Flettans Icarii sidera sarda

vbi castigandum, & verba finis me ludere. Ludere verba, vt, Ludere operam. Seneca Medea, vs. 3141 Nan quae fequieur, flessisque fe-

Arstica tardus plaustra Boötes. Lucanus lib. 11. 722. de instante iam die.

Et iam Plias behet, flexi iam plaustra Boötae In faciem puri redeunt languentia coeli.

idem libro tv. 521. Statius The-baidos 111.

--- iam notte suprems
Ante nous ortus, vbi sola supersite planstro
Arstos ad Oceanum sugientibus

inuidet affris.
ex quo loco manifestum sit, eur
extremo ane dixerit Valerius. &

Naso Met. 111. 515.

Mentler, obscurum nisi non aum
fecerit orbem.

Nuper bonoratas fummo men vulnera coclo Videritis stellas illic, vbi circulus

Videritis stellas illic, vbi circulus

Vleimus extremum spacioque brevissimus ambit.

fed hoc ad extremam partem axis
Borealis debet referri. Anacreon,
[111. 1. fqq.]

Mesovuntis #09' Vezu

Στρίφεται δτ' 'Αρκτός Υδη Κατά χείραν την Βούτευ. idem vertere dicebant. Naso

Trist. 1. El. 111. 47.

Lanque marae sparium non prae-

cipitata negabat,
Verfaque ab axe fuo Parrbafis Artlos eras.

Seneca Troadibus, 440.

Partes fere non alta transieras

duas,

Clarumque septem verterant sleilae ingum.

ira malo, quam, nox alma, quamquam & hoc tolerari potest ab alendo, Lucanus libro 11. 237.

--- Sed

Per chaos occurrant caecae fine vocibus vmbrae:

Haud secus in medile noctis nemorisque tenebris

Inciderant ambo attoniti, iuxtaque subibant,

405 Abietibus tacitis aut inmotis cypariffis Adfiniles, rapidus nondum quas miscuit auster. Ergo vt erat vultu defixus vterque filenti, Noxque suum peragebat iter; iam iam ora le-

Aesoniden, farique cupit Medea priorem. Quam simul essuss panitantem sletibus heros, Fla-

dimus ad lib. II. 86. & alibi. BURM.

v. 404. Inciderant | Pro occurrerant. Statius vIII. Theb. I.

Ve subitus vates pallentibus incidis umbris.

vbi Lutatius notat, esso veterem respiciens ad Phorm. 1. 111. 23. ego in eum infelix incidi locum. Valer. Max. lib. v. cap. v1. ex 3. Genneio Cipo Praetori, paludato portam ingredienti, noni & inauditi generis prodigium incidit. BURM.

Atque noster codex. mox. & similes. Apollon. vero lib. 111. 967. pro cyparifia habet quercus. Burm.

v. 406. Rapidus | Rabidus letibebat Heinfius ad lib. 1. 591. BURM.

v. 407. Vt erat vultu] Heinfius malebat, we erant, vid. ad Ouid. 11. ex Pont. 1x. 57. imitatur Statius x. Theb. 683. terunique ambo, & vox baefit verique. Burm.

v. 408. Suum peregebat iter] Ennianum, apud Vairon, lib. vi. de L. L. ex Iphigenia, Cogens fublime etiam atque etiam noctis itiner. Virgil. x. 162.

lam quaerit fidera opacae. Nottis iter.

elocutionem per datinum, cum alio sensu dixit lib. Iv. 423. non Terentius dixorit, in eum incidit. caffae nottis iter, quod Argonautae nocte confecerant. Bunn.

v. 410. Pauisantem fletibus] Sunt, qui flatibus scribant, vt illud Apollonii 111. 970. exprimat:

is iga tiye Μόλλον άλις Φθέγξασθαι ύπό πγοι-Heir Beurec.

v. 405. Aut immotis cypariss futurum erat, ve bi loquerensur fub flatibus amoris. non tamen perplacet. & quod priscum exemplar feeibus habet, & quod non filum filo nectitur. Virginum est erubescentium flere. Prus. Fletus melius flagrantibus genis conueniunt. Virgil. x11. 64.

Accepit vocem lacrimis Lauinia matris

Flagrantes perfusit genas, cui plurimus ignem Subiecis rubor, & calefacta per OFA CHENTYIS.

Clau-0005

Flagrantesque genas vidit, miserumque pudo-

Has tandem voces dedit, & folatus amantem est:

Fersne aliquam spem lucis? ait, miserata laborem

Nempe venis? an & ipfa mea laetabere morte?

Ne, precor, infando fimilem te, virgo, parenti
Gesferis: haud tales decet inclementia vultus.

Hascine nunc grates, haec exspectata laborum
Dona dari decuit? sic te sub teste remitti
Fas me, virgo, tuum? iustas da vocibus aures.

420 Nec

Claudian. 1. Eutr. 253. Aus quid in boc vultu poserit Ragrare ruboris. quae ex Valerio expressa iudicat Gronou. in omissa ad Diatribam Stat. pag. 500. alio sensu dat Cupidini sagrantes vultus Virgil. 1. Aen. 710. quos Seruius ardentes diuinitate interpretatur. Miserum pudorem illustrat Heins. ad Ouid. 11. Ep. 143. BURM.

v. 413. Fersne aliquam] Forsne noster codex. Burm.

v: 416. Haud tales decet inclementia vultus] Apollon. 111. 1005. 4 7he Young

En popofic dyangein innreige uenachai, Burm.

v. 417. Hascine nunc grates]
Hasne mibi grates. HEINS. Has
fine nunc noster codex. Burn.

v. 419. Sic te sub teste remitti
Fas mibi virgo tnum Pas tibi
feribe. Carrionis liber, Fas mi
Virgo, hexainse, de quo ad Epiftolam Herus Nasonianae. possis
etiam, Fasue o virgo tnum? idque
verum esse opinor. vel, Fas vbi
virgo tnum. tale illud Nasonis,
sura, fides vbi nanc? Heins. Diftinguunt priscae editiones quae-

dam [vti Bonom, figno interrogationis,] post remissi, & Pius explicat, Fas mibi virgo tuum, di, concede nobis virgo ins roum, quod pater abnegat, repetens de a sequentibus. vnde autem didicerit Heinfius Carrionis codicem habere mi nescio: nam nec in notis, nec in editionibus exstat, fed mibi, ve editiones omnes antiquae. nec puto mutandum. 80 fas est, o virgo, me tuum, vi fpero & promitto me fore, is remitti mihi. *mibi*, id est, in patriam, vnde veni, in codice nostro erat ad vocem remitti adfcriprum'in patriam, quod glofitoris erat. Maserius etiam notat legendum, fic te, non net te. quod nusquam inueni. se fab tesse eleganter, pro te vidente meos labores, nec adiunante: Statius 11. Theb. 439. Nec duri tanto sub teste labores. Claudian. IV. Conf. Honor. 352. gratusque feretur te sub teste labor. & Land. Seren. 28.

fie Claudia felix Teste dea, costosque probes sub numine mores. Bunn. v. 420. 420 Nec pater ille tuus tantis me opponere mon-

(Quid meritum?) aut tales voluit me pendere poenas.

An iacet externa quod nunc mihi cuspide Canthus?

Quod-

V. 420. Nec pater ille tuus Ec.]
Nam pater voluit me expendere poemas, ed. Bonon. HARL.
Vetuz codex, pendere poemas. sic
lib. 1. 150. iam pendere poemas
Colchida. CARR. Initiales duogum versuum dictiones transpositas reor, legendumque,

Onid pater ille suns tantis me opponere monstris Nec meritum, aut tales voluit

me pendere poenas?

mec meritus idem hic quod immeritus. & quem fenfum fecus elicias? ZINZERL. Zinzerlingus huius & fequentis verfus duo priora
vocabula arbitratur transponenda
effe.

Quid pater ille suus santis me opponere monstris Nec meritum, & santas voluis

me expendere poenas? sed pro recepta lectione Gronovium erudite velitantem vide Observat. lib. 1. gap. IV. voluit ene pendere codex Carrionis. in primo Vaticano, veluis expendere. quod amplector, nam repetitio ve me hic inconcinna oft, editio Pii, voluis me expendere. Heins. Codex noster, aus sales voluit (in margine debuit) me pendere poenas. quae repetitio 78 me si quem offendat, ille ex priore versu euciat, fine vllo detrimento fententiae. certe repetitionem illam malo admittere, quam vel vltimam in voluis producere, vel ob-

viam locutionem pendere poenas, (de qua vid. Heinf. ad Ouid. 1. Trift. 11. 63.) mutare, cum minus folita nostro expendere poenas, quam tamen Virgilio & Tacito noui este vsurparam. in Pii notis pro nec paser legitur, nam pater, & quod meritum, an ex eius sententia, an vitio operarum, nescio. fed tota sententia est intricata, nec vera: voluit enim pater lasona opponere monstris, quare dubito, an non scribendum sit,

Nec pater ante tuns tantis me opponere monstris,

cum primum ipsi operam offerrem contra Persen, noluit certe me opponere monstris, nec tales pendere poenas. an vero nunc, post egregie operam editam, possquam Canthus & Idas, a nostra parte, & tot Scythae a contratia cecidere, hoc merui? si statim me iussiste abire, tolerare possem. ille vero, & anse centes in scriptis consunduntur, vid. ad Quid. 1. Met. 611. & vi. 11. 1. Fast. 642, & alibi. Bubm.

v. 4.22. Non idees] Vulgati, Iam iaces extrema quod nunc mibi cufoide cantus. vet. cod. [& ed. Bonon.] An iaces externa quod nunc
mibi cufpide (antus. CARRION.
Iam etiam noster codex: quod
non facile mutem: est enim idem
ac praeterea. vid. commentatores ad Iustin. vi. 1. Burm.

V. 424.

Quodque meus vestris cecidit pro moenibus Iphis?

Aut Scythiae tanta inde manus? iussisset abire 425 Perfidus, atque fuis extemplo cedere regnis. Spem mihi promissam per quae discrimina rurfus,

Et reddat qua lege, vides. occumbere tandem Possumus: idque sedet, quam non quaecumque subire

Patris iussa tui: numquam sine vellere abibo 430 Hinc ego: degenerem nec me tu prima vi-

> Haec ait. illa tremens, vt supplicis adspicit ora Conticuisse viri, iamque & sua verba reposci; Nec quibus incipiat demens videt, ordine nec quo,

Quoue tenus, prima cupiens effundere voce 435 Omnia, fed nec prima pudor dat verba timenti. Haeret, & attollens vix tandem lumina fatur: Quid, precor, in nostras venisti, Thessale, terras?

Vn-

v. 424. Inde manus] Id est, 2 parte hoslium. Flor. Iv. 2. binc Gallici Germanique delectus, inde Deietarus. & ita alii. Bunm.

v. 427. Es reddat] Lege, en reddat. BULAEUS.

v. 428. Quam non quaecunque Quart pro potius quam. vide Comment. Terent. pag. 134. & Barth, lib. 11. in Eutrop. 206. WEITZ.

v. 430. Degenerem nec me tu. prima videbis] Timidum, recufantem pericula. Virgilius 11. edit. [Bonon, &] Maserii. vide Acneid.

--- illi mea tristia fatta, Deganeremque Neoptolemum narrare memento.

Statius: Degeneres animos timor arguit. BULAEUS. Virgilii eft IV. Aen. 13. Burm.

v. 433. Ordine nec quo, Quone tenus] Ex Apolton, lib. 111. 1010.

'Oud' Ener Erri magoiden Enos жоть ридновита

'AAA' Eudig perfeirer Ebalen márt dyogeűsai. Burm.

v. 434. Quone tenus] Quane Cuning. Animad. in Bentl. cap.

Cum gomitu & multo inueri medicamina flesu Non fecus ao patriam, pariter famamque decusque,

obiicit ille manu fubit, & vim corripit omnem. Inde vhi facta nocens, & non reuocabilis vm-

Cessit ab ore pudor, propierque inpleuit Erinnys:

Carmina nunc totos voluit figitque per artus Aesonidae, & totum septeno murmure fertur 465 Per

---- fed notte sopera Parrhasis obliques Helice cum verteret axes.

arque hace operofius quam par erat. sed locum insigniter depravatum inlustrari tanti suit. HEINS. Suffecerar in nosteo codice. suffecerat etiam lunta, sed in Maserio nihil tale reperio. nec matura reste explicuisse Pium puro., nondum, si lege & ordine solito iter facerent, tempessua ad occasium, sed quae carmine magico a Medea sugabantur nam mox redeunt eius matu vers. 499. Buzm.

. V. 458. Medicamina) Medican-

v. 459. Non fecas at passion, pariets | Es pariets, peo obiicis, etiam fostaffe reponendum, persigis. vt apud Nasonem Met. v111. 94.

— feelerataque dextra Munera porrexit, Minos porrecta refugit.

Heins. Ego mallem, obiulie. vel obiicie, vt vnum verbum ponatur conueniens volt famanque decusque, cum aliud fubintelligendum, quod respondeat va medicamina, vt sape sieri solet. ac paeria in editione Pii, vitiose. Burm.

v. 462. Propierque] Id est, magis instans & vrgens. vr lib. 11. 547. propier dolor. Burm.

v. 463. Carmina name sotos folvit figitque per artus Aefonidae] pro folute, quod hic non quadrat, Voffius ac Heinfius correxerunt volute. fic 111. 408. carmina volvit. Harl.

v. 463. Figit Aefonidas | Isfonis. verior est textus. licet quis posset dicere, figit Aefonida. sed minus commode. Maser. Aefonida lunta & Aldus. Burm.

v. 464. Es tosum septeno murmure sertur l'er clypenn le la Magicis numero septenario etiam locum suisse haud ignoro, hic tamen quid si legas?

gore fertur

Per clypeum; fic ille, dominus clypei fentemplicis Aiax apud Nasonem. ita passima Poëtae in descriptione clypeorum. tosi artus cum proxime praecesserint, 70 tosum minus opportune hic occurrit. possis tamen'8, Susum per clypeum. de quo copiosius agemus ad Maronem Aeneid. x. 313. HEINS. Ter clypeum noster codex. Burm.

Ppp v. 466.

465 Per clipeum, atque viro graniorem reddidit

Iamque sui tauris languent absentibus ignes. Nunc age, & has, inquit, stistas galeamque resume;

Quam modo funerea tenuit Discordia dextra. Hanc lace per medias, cum verteris aequora, messes.

470 Protinus in sele conners furoribus ibit Cuncta phalanx: atque ipse fremens mirabitur, & me

Respiciet fortasse pater, sic deinde locuta

Iam magis atque magis mentem super alta serebat

Aequora: pandentes Mynias iam vela videbat
475 Se fine: tum vero extremo percussa dolore
Adripit Aesoniden dextra, ao submissa profatur:

Sis memor, oro, mei, contra memor ipla manebo.

Cre-

v. 466. lamque fui] lamque etfi noster liber. Burm.

v. 467. Et bas, inquit, cristas galeamque resumo | Regius cleganter, & bas, inquit, cristam galeamque. Helns. Qui & volebat, bunc age & bas, hunc clypeum. Burm.

v. 474. Iam vela] Vitiose Innt. & Ald. sela. Burst.

v. 476. Adripit &c.] Ex Apollon. lib. 111. 1066. fed Ouidius ita Iafonem inducit lib. v11. 89.

Vs vero coepisque loqui, dexsramque prebendis Hospes, & auxilium submissa voce roganis. fed iam vices Medeae erant supplicandi. cesserat enim iam pudor, & nocens fasta in fide lasonis omnis eius fortuna stabat. hisc vero videre possunt, quam Latine loquantur vulgo, qui submissi voca soqui, pro suppressa vunnus, de quo ad d. l. Ouidii egimus. Burm.

v. 478. Quantum bic aberit] Vet. cod. quando binc aberit: tetle, Carrion.

v. 478. Profunds coeli] Pro alti. ex Virgilio, qui Ecl. 1v. 16. Terrasque eractusque maris coelam que profundum, vid. supr. ad vet. 375. BURM.

v. 430

ARGONATTICON (L'IR) VII.

Crede, tui. quando hinc aberis, dic quaeso, profundi

Quod coeli spectabo latus? sed te quoque tangat

480 Cura mei quocumque loco, quoscumque per annos:

Atque hunc te meminisse velis, & nostra fateri Munera; seruatum pudeat nec virginis arte. Hei mihi, cur nullos stringunt tua lumina fletus?

An me mox merita morituram patris ab ira 485 Dif-

44. 51. 169. BULAEUS.

meminisse puto. Heine. Rette Bulaeus, & ante eum Pius: nec opus vlla mutatione. memineris, quam mifer & supplex mihi hoc tempore fueris, nec obliuiscere meae opis & auxilii. Ouid. vii. Met. 291.

& olim . Ante quater denos bune se remi-

niscitur annos. vbi rece Heinfins hunc locum adducit. vide & quae nos notanimus ad Ouid. 111. Fast. 180. Sed in parua spes samen buius eras. Stat. vii. Theb. 503. Hunc te noctesque diesque Deflebam. & XII. Theb. 322.

Hunc ogo te coniun ad debita regna profectum Afpicio. BURN.

v. 483. Hei mibi cur nullos firingunt tua lumina fletus] Nulle

v. 480. Quocunque loco, quos- firinguntur lumina fletu, maluecanque per annos] omni loco, rim, vel, nelli firingune fleius. omnibus annis. lib. vIII. vf. 4. HEINS. Pius a spongia dedu-Sam locutionem vult, quae striv. 481. Atque bunc te meminis- eta & presa liquorem exsudat. fe velis] Hunc, id est, qualis certe tingularis est locutio. an dinunc es, milerum, in angultiis Stum ve ffringere tela, fulmina constitutum, & meis artibus eri- &c. an vero legendum, spargunt? piendum. BULAEUS. Hanc me vt illa verba apud Claud. 1. Rapt. 98. permutantur etiam. Bunn.

v. 484. Meritur merituram } ha Lugd. & Argent. cum reliquis vulgatis. vet. cod. merita meriturem. CARRION. Obserus hic quatuor voces iunctas, quae a litera mugiente, vt m vocat Fabius, incipiunt, tres iungit Vitgil. 11. Aen. 199.

Hic alind mains miseris multoque tremendum.

Vbi Servius notat, apud veteres non vitiofum fuiffe a fimilibus incipere. & ad lib. 111. 183. vbi tres a c incipientes voces, cafas Caffandra canebat, dicit iam effe vitiosam compositionem, quae placuit maioribus, sic & lib. v11. 486. custodia credita campi. vid. & Donat. ad Ter. Eun. Iv. VII. 10. & Victor. var. lect. xxvii. 11. & xxxv1. 10. qui in Cicerone talia Ppp 2

485 Diffimulas? te regna tuac felicia gentis,

Te coniux nataeque manent: ego prodita obibo.

Nec queror, & pro te lucem quoque laeta re-. linquam.

Protinus hospes ad haec, (tacitis nam cantibus illanı

..Flexerat, & fimili iamdudum adflarat amore) 490 Tune, ait, Aesoniden quidquam te velle relicta

1. Credis; & vila pati fine te loca? redde tyranno

Me

sam 1. de Orat. 1. dixit, moles molestiarum. 11. in Catil. 8. & quem, quia, quod semper volui. Quindil. 1. de loit. 5. quid? anad annedam, quae fingula vitiofa firm. & talia plura obseruarunt Viri doci. diffimulas explicat Pius, non curas, fusque deque habes. ego malim, quia non moueris HARL. illa futurac calamitatis meae imagine, fingis te ignorare, nec eredere, quod tamen certo eueniet, & lacrimas tibi excutere deberet. pro merito malim, mezita ab ira. vt lib. 11. 99. Meritas postquam dea coningis iras Horrait. Bunm. merita iam fuit in edit. Bonon. HABL.

v. 486. Te coninx natatque} Sunt qui feribunt, Te genitor materque. prifca lectio non fuffragatur. Pius.

v. 486. Perdita abibo] Vetus Burm. codex, predica ebibe. CARRION. L'erdica abibo in textu Carrion. scripti nostri editique, prodita abibo. lega, prodice chibo. quod cum Carrion reperiffet in suo co-

talis etiam observat. sic ille et- coningium apud Maronem adeantur quae adnotatimus ad Nasonem Rem. Am. vers. 455. vbi prodere ignes, & amores habes. Heins. Prodita eft relifta, deferta, vt millies. vid. Bernec. & Vorst. 2d lust. xix. I. Burm. prodita bene Bonon. v. ad Cornel. Nep. xvIII. 10, 2, & xIX. 2, 3.

> v. 487. Nec querer | Noften liber, nec precor, nec pro se. Bun-MAN.

> v. 488. Hofpes and base. Adeft. noster codex & Edit. Pii, lunt. Ald. Arg. Colin. & Gryph. Bunm. ad bace roste edit. Bonon. HARL. v. 489. Iamdudum | Modo, nuperrime. Bulacus.

v. 489. Affiabat] Sic ed. Bon. HARL. Scribendum, afflarer. Prua. Ita Maser. afflaret Edit. Arg. Colin. Gryph. & aliae.

v. 490. Tunc air] Vetus codex, tune ait. GARRION. ait Malerii editio. Burm.

v. 491. Es vlla pesi fine se loca] Pati Gronou. Observat. lib. Iv. dice, non intellexit, sic, prodere, cap. 21. vere, ne dubita, arque ita

Me potius: recipe ingratos atque exfue cantus. Quis mihi lucis amor? patriam cur amplius optem,

Si non & genitor te primam amplectitur Aeson, Teque tuo donge fulgentem vellere gaudens Spectat, & ad primos procumbit Graecia fluctus?

Respice ad has voces, & iam precor adnue, coniux.

Per te, quae superis diuisque potentior imis,
Perque haec ergo tuo redenntia sidera nutu,
Atque per has nostri iuro discriminis horas;
Vinquam ego si meriti, sim noctis & inmemor
huius,

81

ita nos ad Claudianum iam pridem: neque aliter Addints codex. vide quae fipra vf. 186. adnoto. Hesns. Vide ad lib. v. 197. Burm.

v. 492. Atque enfue cantus] Quia supra vers. 474. dixit, figie per arrus. & ipsa Medea induta venenis supr. vers. 372. Burm.

v. 496. Procumbie) procumbae legit Pius. procurrie maluerim, spectandi videlicet studio. libro 11. 638. III. 594. Heins.

v. 499. Perque baec erge sub]
Opinor,

Perque base, virgo, suo redemtia fidera nusa.

& fic Gisbertus Cuperus Obfervat. 111. cap. vi. Hilns. Ita
omnino iam editum est in ed.
Bonon. & rece puto: ac forsan
librario cuidam vos virgo suspenta
fuit, quod Medea paulto ante a laione iam coniax nuncupatur. sed ibi adulatur & inuitat

potestatem voc. coniux latiorent esse, quam vulgaria indicant lexica. a viris doctis adfatim est commonstratum. HARL. Maferius reponi inflerat. perque baét ego suo noster codex. Franc. volebat, perque baec ipfa. forte, perque baec, ecce, tuo, vt ecce ab baec fuerit absorptum. monstrabat vero iurans lason dextra sua sidera, quae iam redibant, volente ita Medea, quas antea fugauerat vers. 456. redeuntia vero dicit, quia Medea tenebras offuderat, vide fup. vi. 390. Burm.

v. 500. Asque per has nofiri inro diferiminis boras | Corrigo, oras.
fie lib. v. 312. Diras oras hoc
ipío libro vocat Flaccus. vt iam.
notauimus. Vossius. Oras nofter codex etiam. fed praestat,
boras. ipíum tempus innuit, vt
reche Pius & Maserius. Burm.
oras quoque ed. Bon. Harl.

eur. sed ibi adulatur & inuitat v. soi. Vmquam Ne legatur, ad certum quasi comingium. & motisque si so immomor, sed, no-Ppp 3 Si te, sceptra, domum, si te liquisse parentes Senseris; & mea tum non hace promissa videntem;

Tum me non tauros iuner enalifie, ferosque 505 Terrigenas: tum me techischus turbet in iplis Flamma, maeque artes: mollus fuccurrere contra

Ingrato queat, & fi quidetu facuius, iplis

Cieque nec immemor. MASER. Malerius logit, vnquem ego fi meriti noctisque si immemor buius. Lugd. & Argentor. Vnguem fi merisi nostisque sis immemor buius. liber manuscriptus, Vnquam si meriti fim noctis & immemor buius. CARRION. Si nostis repone concinna repetitione, nam in primo Varicano,

- umquam ego si merisis nactis iumemor buius.

in vulgatis editionibus etiam valde turbatur. Pius legebat, numquam ego fim. Heins. In Argentor. inueni, vnguam ego fi meriti, notis sique immemor. in Gryph. nottis fimque im. in Col. vaquams ego sim meriti, nottis sique im. in Ald. vnquam ego si meriti nottisque fim im. in nostro codice, umquam ego fi meriti, noctis & imm. BURM. In ed. Bon. est: Vmquam ego fim merisi : nostisque nec immemor buius. Sed fim mutatum est a docta manu in fi. HARL.

v. 502. Si se liquisse? Male habet Bonon. si te reliquisse. CAR-BION.

. v. 503. Et mea tum non baec promissi videntem Haec aut mendosa sunt valde, aut scioli manum adulteram prae se ferunt. forte, me quentem. Heins, Pius

id est, si non videbis, hace mea promifia fuille vera, malim, »»« bacc promissa querentem, id elt, non exprobrare poteris mihi, vmquam me promissa mea fefellifse. vt solent deceptae mulieres, quae viris obliciunt, non bacc firere promissa, non hoc promisers olim. vide supra v1. 406. v11. 89. BURM.

v. 506. Flamma] Hie & fequens versus in codice nostro deerat. Pius dicit, se reperise in codicibus emendatis additum,

Flamma, quot infanda poffent in caede furores

Adiicias, artesque tuas. succur-. rere nullus

Ingrato queat &c. fed in priscis se non invenife, nec fequentibus congruere notat. Assens hic respicit incendium, quod Medea immisir Creusae & Creontis domui. Ouid. v11. Met. 394. Burm. Izsonis & Medese fata vide ex monumentis & bistoria illustrata in Begeri Spicilegio antiquitatis pag. 118. fqq. HARL.

v. 507. Et st quid tu sacuius ipsis | Haec quoque suspecta sunt. HEINS. Pius fubintelligit nofti, vel tenes, vel habes: si quid habes his saeuius, poenis adiice. posset legi, & fi quid tibi focuins construit, non & te videntem, (feil. eff) ipfis adiicias, respicit

enim

Adiicias, meque in medio terrore relinquas. Audiit, atque simul meritis periuria poenis Despondet, questus semper Furor vitus amantis. Haec vbi dicta, tamen perstant defixus vterque, Et nunc ora leuant audaci laeta innenta, Ora fimul toties dulces rapientia visus,

Deil-

enim Poeta caedes natorum ex Medea & lasone, qua summam manum imposuit saeuitiae, & effugit lafona terrefactum & flupentem. rede haec cepit Maserius, male Pius de flammis taurorum capit & terrore in mediis ignibus, tunc enim nondum fe ingratum probare poterat lason, sed cum in Graeciam reversus eam desereret Burm.

v. 510. Desponder questus sember Furer ultus amantis | Heinsius maluerat, difponit. fed male Furor despondere dicitur periuria poenis, id est, destinare iam periurum poenis, quia certo sciebar, lasonem periurum fore. despondere est promittere. Cicer. xII. ad Fam. 9. Exigna enim est spes reipubl. nam nullam non libet dicere, fed quaecumque est, ea despondetur anno confulatus tui. fic desponsata laus Ciceroni, quam promissam vocat Ouid. x11. Met. 248. vbi vide & ad veri. 348. Maserio recte pro Nemesi accinu conspicitur apud Tristan. t. 11. pag. 431. hoc autem Furiis propriam, vt infra lib. v11, 20. Vitrici enim deae conuenit, vnde & loui Vitori tribuitur apud άρπάζειν Apoll. 111. 1017. eumdem Tristan. t. 11. p. 495. BURM.

v. §10. Farer] Furor enim periurii poena. Barth. lib. xx11. Adu. 9. WEITZ.

v. 510. Amantis] Amantes puto.

HEINS.

v. 511. Haec vbi dicta: tamen perflant defixus uterque }

Haec vbi dicta: aciem perstant defixus vierque.

ni fallor, HEINS. Conjector & Heinsius primam syllabam 78 samen repetitam ex vitima ve di-Aa. & ex mea faciebat meen baec vbi dicta, metu perstant. BURM.

v. 512. Lacta innenta] Heinsius, elata, vel freta malebat.

BURM.

v. 513. Dulces rapiensia] Ita vet. cod. Maser. dulcis rapientia. Lugd. & Argent. totiesque ducis rapientia. CARRION. totiensque ducis rep. ed. Bonon. HARL. Putabam aliquando,

Cura qualis totis dulces rapientia vifus.

eodem libro. Furer vero hic a Heins. Noster codex. toties ducis rapientia vultus, & correctum pitur. quod apparet ex eleganti visus. ego praesero, toties dulces numismate Iuliae Mammaeae, voi rapientia visus, id est, oculos Nemesis cum Flagello in ma- Medeae & Iasonis, quibus, furtim & ex occulto quafi leuantes, vtrimque limis se celeriter adspiciebant in vices, & simul iterum prae pudore deiiciebant. ita &

> The 3' kpaguyas 'ОфЗидийу йониζеч. Викм., Ppp 4 v. 514.

Redditur, ac rursus conterret lasona virgo:
Accipe, perdomitis quae deinde pericula tauris,
Et quis in Aeolio maneat te vellere custos;
Nondum cuncta tibi, fateor, promissa peregi.
Saeuior ingenti Mauortis in arbore restat,

520 Crede, labor; quem! tanta vtinam fiducia nostri

Sit mihi, noclurnaeque Hecates, vestrique vigoris.

Dixerat: vtque virum doceat, quae monstra superfint,

Protinus immensis recubantem anfractibus anguem

Turbat, & Haemonii subito ducis obiicit varbram.

25 Ille, quod hand alias, stetit, & trepidantia torsk Sibi-

v. 514. Deiicit binc] Hinc deioit noster codex. Burm.

v. \$15. Infina virgo] Infina vultus notter codex. vultus nempe Medcae, toties mutabilis, nunc fpe implet, nunc metu. sed quia praecesserat, seruo vulgatum. Burm.

v. 517. In Acace] Colchica pelle. prisci codices habent, Acolie, pid est, Phrixco. Phrixi progenitor suit Acolus. Prus. Acolin noster codex. pro custos Heini. maluerat, fudor. Burm. Acace ed. Bon. Acolio cod. HARL.

v. 519. Mauertis im arbere] In rebore meus codex. Heinfius malebat, Mauertis restat in arue. Burm.

v. 520. Quem tanta | Non apparet, quo illud quem fit referen-

dum; vnde olim suspicatus erst Heinfius, hic versum vnum excdiffe. sed forte distinguendum post quem, ve abruprus sie sermo, quem, scil. tu certe superabis laborem & serpentem vinces. fed antequam hoc plene efferret Medea, dubitans & diffidens sibi & artibus magicis, & timens lafoni, interiicit, santa veinam &c. Columbus coniecerat, went seen ts viinam fiducia in bostem, vel fiducia contra. noster codex, fidecia nostri sic mibi nacturnae Hecates. aliquid viceris hic later. Burm.

v. 521. Nostrique vigoris Omnino scribendum, vestrique vigoris. cum pracesserit, siducio uostripro quem, quod mendosum vique, primus Vasicanus, quemputo,

--- qi#

Sibila, seque metu postquam sua vellera circum Sustulit, atque omnis spiris exhorruit arbor; Incipit inde sequi, & vacuo surit ore per auras. Quis fragor hic? quaenam tantae, dic virgo, ruinae?

Exclamat stricto Aesonides stans frigidus ense.

Illa trahit ridens, tandemque ait angue represso:

Hunc tibi postremum nostri parat ira parentis, Heu miser, heu tantis iterum carpende periclis. O vtinam, vt nullo te sim visura labore Ipsam caeruleis squalentem nexibus ornum,

Ipfa-

— quin tanta veinam fiducia nostri Sie mibi.

535

Heins. Sabellicus iam quin cortigebat, nam hunc locum in eius adnotationibus innui credo, vbi pro quem, quin reponi iubet. Burm.

v. 526. Sua vellera] Quae fetvanda ipsi commissa erant. lib. vitt. 89. Burm.

v. 527. Omnis spiris Rausuparov enitaretur, si legatur, spiras. vt ipsa arbor horruisse spiras serpentis intelligatur. vide lib. 1v. 181. & supra vers. 278. Burm.

v. 528. Vacuo ore] Inani, apetro. Pius. Ignem non vomenti. MASER. Malo, qui nihil
apprehendebar, licet hostem peteret. vide ad lib. 111. 589. BurMAN.

v. 531. Trabis] Caudam serpentis tractat. Pius. Malo, Iasona wahit, dextra apprehensum. Virgil. II. Aen. 455. puerum Asyanada trabebat. & saepe noster. vt ljb. 11. 551. 111. 372. v111. 414. & alibi. Burm.

v. 532. Hunc tibi | Noster codex, nunc sibi postremum monfiri, forte, boc tibi postremum monstri parat ira. de parare vide ad lib. 111. 586. similis varietas apud Lucan. lib. IV. 245. vbi Grotius edidit, fecit nostra fides. sed antiquae editiones, fecie monstra fides, ve oft in scriptis. Burm. Burmanni coniecturam adiuuat cd. Bonon. Hunc tibi postremum menstris parat. cod. vero coll. habet uri, quod quidem nostri notate fed ex praua to m scriptura, aut, ductu obscuro deletoue ortum est. HARL.

v. 533. Mibi care periclis Heus tantis iterum carpende periclis Carrion. vulgati, mibi care. fotte, subture, vel credende, vel damnamde. Hains. Mibi care explicationeth, quem propter ipsa pericula amo. vt apud Ouid. Deucalion ad Pyrtham. lib. 1. 353.

Deinde torus iunxit, nunc ipfa pericula iungunt. fed & carpende defendi potoft. vt lib. til. 393. & fua carpunt Facta wiros refides. Seruius ad Iv. Aen. 2. carpitur explicat, paullatim con-Pop 5 fumiIpfaque peruigilis calcantem lumina monfin, Contingat vix deinde mori! fic fata, profugit; Seque sub extremis in moenia retulit vinbris. Et iam puniceo regem spes vana sub ortu Extulerat, quantis nox vina diremerit vindis Aesoniden: liberne freto iam vultus aperto.

fumieur. Iust. xv. 2. com carpi se fingulos viderent. posset & legi, iterum eripieude, vel rapiende. Burm.

v. 536. Calcantem lumina] An calcantem tergora. vt lib. viii.

Scande age, & aduerfo gressus, air, imprime dorso.

fed & per caput in dorfum greffus fecit, vt ibl docebimus. BURM.

v. 537. Vix deinde] Malo legere, mibi deinde mori. Maser. Mas deinde feribatur. Naso ix. Met. 143. Mox deinde, quid ansem Flemus? air. superiora etiam male distinguebantur. Heins. Sed vix idem saepe notare, quod mox, statim, docuimus ad Ouid. XIII. Met. 141. Burm. sie deinde cod. Harl.

v. 538. Sub extremis vmbris] Id est, descientibus tenebris, propinqua luce. Ouid. x11. 53. extrema tonitura reddunt. ita non extrema Tibul. 111. 1v. 2. vid. ad Petron. 'cap, xx11. Burm.

v. 539. Spes vna] lasonem conficiendi. Pius. Non spermenda tamen est lestio, quae habet, spes aperto Tibarine, in tertia declin tione. Non spes enim regis quod sequitur. Spes enim regis vana erat, quum lason sugam non meditatus estet. non vna. vna nocte sperabat lasona plurimum maris nauigio peregisse. Massa.

Eadem varietas est apud Virgil. 1 Acneid. 352. vana spe last a mantem, vbi uma alii codices. vid Pierii notas. & supr. vers. 240 BURM.

v. 540. Nox vana Nox va cum Zinzerlingo & prifcis editionibus. fpes vana proxime praece

ferat. HEINS.

v. 541. Tibarine fretis iam vu tus aperto] Sic quoque ed. Bor tiberine a docta manu, minus de de, corredum. HARL. Scribs liberne freeis iam vulsus apertii id est, an maria ablata & abdud essent classe libera, vacua, aperti sed scribas non Tibarine, sed ! berne. liber est vultus maris cui in quamcumque partem voluer oculos, omnia aperta videnti fine offendiculo. Prus. haec dictio (Tibarine) nauigatic nem mihi asperam. quae si pi flumine poneretur (quod tame nusquam legi) sensum daret ape tiflimum. *Tibarine fretis iam* vi tus aperto. scilicet spes vana Ac tan euchebat. Sperabat enim A soniden vna noste maxima direc ptum vnda, vultumque fretis el aperto Tibarine, in tertia declin tione, nam apparuisset tunc fre superficies, si Argonautae Tib rinem liquiffent. Ceterum cu nemo adstipuletur, inuento text adhaerens poterit apostrophe

ш

ARGONAUTICON LIB. VII.

Vtque prius totum fileat mare: dumque ea longe

Explorare quest; contra venit Arcas Echion Dicta ferens: ism Circaeis Manortis in agris Stare virum, daret aeripedes in proelia tauros. En vocor, en vltro, dixit, spesque addidit ausa:

Vos

jam contigific credatur, dicturus, O Tibarine, quantis fretis nox vna diremerit Acsoniden per vndas. nam coniiciebat nauigio, non pedibus a Colchico litore diuifum. sicque non terra; sed vndis diremprum. Est quoque runc ablatiuorum diuersa ratio. sequitur, iam valtus aperto. quod firuendum est repetitis superioribus, sc. fpes vana &c. sperabat siquidem vultum effe mari iam aperto, & ipfum mare totum filere, vt prius, dumque ea vellet explorare, venit Echion. id si non placet, poteris forsan tutius dicere, fretis iam vultus apertis. &c. MASER. Maser, legit, Tibarine fresis iam vultus apertis. in quem locum quaecunque frigide pariter & abfurde dici potuerunt omnia congesta videas. vet. Paris. Tibarine fretis iam vultus aperto. Lugd. &c. Argent. Liberne freeis iam vultus apertis. vet. cod. Liberne frete iam vultus aperto. CARRION. Liberne freto iam vultus aperto Catrionis codex. quomodo & Pins Baptista coniecerat. freis apertis vulgati. Tiberine fresis aperto in primo Vaticano, aliorum commenta piget adscribere, corrigen-

--- liberne freto iam fluctus aperto ?

Heins. Barth. ad Stat. viii. Theb. 402. illustrat bene vultum maris. ita vt fenfus effet, an temeratum antea & violatum mare Benignitas aulae meae & comitas

ab Argonautis, iam liberum, & fine metu peregrinae nauis & hostis, iterum adspici poterit. an tam placidum & quierum, quam prius fuerat, antequam tentarent Argonautae? Fludius tamen Heinsii non admodum displicet, nam simili modo hae voces confunduntur apud Stat. ix. Theb. 553. vid. & infr. v111. 333. Burm.

v. 542. Vique prius totum fileat mare | Forte, motum fidat mare. nisi tutum fileat cum Gronouio mauis Obseru. ad Script. Eccl. 10. motum mare pro procelloso. de quo ad Memmorphoses Nasonianas pluribus. Heins.

v. 543. Queat] Explorare queat Carrionis liber & primus Vaticanus cum Regio. Pius castigabat, Explorare paras. Heins. Pil coniecturam recepere Aldus, Engent. Colin. & Gryph. BURM.

v. 545. Stare virum] Viros nofter codex. In proclia, ad manus conserendas. vid. lib. 1. 17. Bur-MAN.

v. 546. Et vocat] Lege, en voent, en. haec repetitio est plena fremitus & stomachi. ecce qui tardus effe debebat, me arcessit & euocat lason. Pius. Perperam Carrion, & vocor. Heins. En vocor omnes editi, licet Pius in notis, En vocat habeat. Bunm. & vocor tamen est in ed. Bonon. HARL.

v. 546. Spesque addidit aula? hospi-

Vos mihi nunc primum in glebas inuertite tauri Aequora, nunc totas aperite & voluite flammas: Exeat Haemonio meilis memoranda colono. Tuque tuun parti Graium da, nata, draconem. * Ipli-

hospitalis, si liceat audere & conlicere in hoc turbido mari, quid fi legas aura? hoc est fulgor metalli & coruscatio. &c. PIUS. Spesque addidie aura Lugd. & Argent. vtrumque autem Parif. [& ed. Bonon.] spesque addidit aula. & notandum est, inquit Maser. Ges in multitudinis numero poni. vet. cod. fpesque addidit aufa, optime. CARR. opinor, Spesque addisur aufo, vel aufis. Heine.

V. 547. Vos mibi nunc primum in flammas invertite tauri Aequora] In glebas cum Aldina editione praestantissimus Gronouius Obferuar. lib. 1v. cap. 21. fub finem; qui illic consulendus. sane rò flammas hic admitti vix potest, cum versu proximo iterum repetatur haec vox. forte, inmanes tauri, & prima aequora. Heins. In flammus in vertice sauri noster codex. BURM.

v. 547. Mibi vertite] Vetus codex, invertite. CARRION.

v. 548. Nunc totas] Scribo,

– nunc tota coopertum immolvite flamma.

pannis coopersum corpus Lucretio libro IV, &, famosis coopertus versibus. Hor. libro 11. Sat. 1. HEINS.

v. 549. Exeat | In codice noftro, burferat, & correctum, exferat. Buum.

v. 549. Messis memoranda Scribe, meruenda: quam, contra natu-

Pro, messis memorandi, forte, = tuenda. vt apud Natonem de ha eadem to, Illa eras agricolae mefis iniqua suo. & tic Buptista quoque Pius coniecerat, praestiterit temen fortaffe, melfis plorande. pleraque in hac Acetae orations admodum mendofa funt, & ab interpolatoribus valde difforu. HEINS.

v. 550. Partim Grainm] la exemplo Bonon, hi verfus valde vitiole & corrupte leguntur: Tuque tunm gradine pater damas ta draconem Ipfius aspectu percent in vellera. & ipfa Terga &c. damnata etiam cod. Burm. 44 nata, h. e. filia Medea emitte draconem tuum, quem alere foles & mulcere, emendauit Pius. Equidem emendationem Burmanni reciperem. HABL. Partim tuus est serpens, o Medea, partim Graius. funt, qui habent, Gredine pater, tuncque opus effet dicere Draconem & Martis & Medeze, quod est iam diclis confenum. sed intermissa coniuncio vix hoc patitur. MASER. Inuitus profecto, aliqua super hoc carmine verba facio, quia, & hoc modo legi non debere pro ceno habeo, & quomodo possit emendari, vt verum fatear, non mihi facile succurrit. Non debere its legi, vel ex eo folum probari posset, quad si recte memini, nunquam aduerbium illud partie fine comite ponitur in eo fignifram mellis, Iason metuat, ve quae cato, quo ab interprete accipitut. in eum verfura sit spicula. Prus. partin enim duobus modis vsu-

tur & docissimis scriptoribus. 10, cum idem fignificat quod irs, Vt partim bominum venerunt, em est, seste Aulo Gell. quod ars hominum venit. quod exmplo Marci Caronis comprobat icenzis in orațione de re Floria: bi pro scorto fuit, in cubiculum urrepsisanis e conninio, cum parim illerum. Altero, cum accisitur pro ex parte, quod codem nodo, quo tum, geminatur. vt, vaec partina ex iplius Ciceronis vervis deprebenduntur, partim ex di-His Asconi Pediani declarantur. Vix autem dici posse crediderim, bomines sunt beni, partim mali, pro eo, quod dicendum erat, partim boni, partin meli. Ita nec dixisset Valerius: o filia da draconem tuum partini Graium, pro partim tuum, partim Graium. quod vt permitteremus dici posse, tamen ex historia nequaquam posset tolerari. si quidem draco ille, qui perpetuo vigilans vellus aureum custodiebat, nihil est, quod Graius dici posset, vt commentater exponit, inquiens: partim tuus est serpens, Medea, partim Graius. at quomodo partim Medeae, partim Graius? Medeae dicitur, quia illa ipfius curam gerebat, atque ex adytis cantu dapibusque vocabat, Et dabat besterno linentia mella veneno. Grains 211tem quare dici possit, non equidem excogitare valeo. Nam nec erat ex genere serpentis illius, quem Cadmus in Bocotia interemit, nec ex terra Graccia aduenerat, quippe cum a Marte deo ad velleris custodiam missus ex Caucaso monte descendisset, vt & ipse Valerius lib. v. scribit;

> Vix ea, Caucafeis cum lapfus monsibus unguis, Haud fine mente dei spiris nemus omno resossio

spexit ad orbem. Et funt, qui dicant, a terra procreatum ex Anguine Typhonis gigantis, quem in Caucaso monte ab loue fulmine extinctum perhibent Herodorus & Apollonia. quare ego pro partim, aut partiaut populo, aut quid simile scriprum a poeta fuspicor. Erit alius. vt spero, qui meliora excogitabit. sicque siet, vt dum alii alia inuenerint, omnia Valerii nostri vulnera sanentur. Nam, vt in Adagio eft: weakates wanyais dous seced dupageray: Multis rigida quercus domatur iclibus. Ego lestorem volui duntaxat admonitum ne Maserii interpretatione falleretur. BALBUS. Parei Graium liber Carrionis veterrimus. Vaticanus, passim. forte, patri in Graios. HEINS. Parsing Grainm daninute draconem nofter codex. in luntae & Ald. legitur, suae tuum partim. ridicula vero Alardi expolitio, qui ex Carrionis codice Parti Graium legens, dicit Minyas per contemtum vocari partem Graimm. versus sine dubio corruptis fimus; & illud parein, quidquid argutentur viri dosti, nihili est. de Medea agi certum est ex voce zasa. haec vero folita erat paftere draconem lib. I. verf. 82. quare ex Vaticani codicis vestigiis legi poterit,

Implenit, Grailmque procul re-

Inque suum. Graiis passum da, nata, dracenem, Ipsius adspellu ve pereent.

da, postquam paueris, serpentema ita vt vibret linguas multissas tanto horrore, vt ipso adspectu pereant Argonautae: posset & passum, id est, quem sibi in proclia dari mecum constituerunt. cerera ita constituerem,

Quin vellera, S ipsa Terga mibi diros spirent insessa cruores.

vel,

555

*Ipsius adspectu percant: quin vellera, & ipsa
Terga mihi diros seruent insecta cruores.
Fatur, & effusis pandi iubet acquora tauris.
Pars & Echionii subeunt inmania dentis
Semina: pars diri portant graue robur aratri.
At sua magnanimum contra Parasea inventus

At sua magnanimum contra Pagasea iuuentus Prosequitur siipatque ducem: tum maxima quisque

Dicta dedit, faeuisque procul dicessit ab agris. Fixerat ille gradus, totoque ex agmine solus

560 Sta-

vel, versent, quod verbum passim cum ri sernare confunditur. Burn.

v. 551. Ipsius adspectu pereant in vellera, & ipsa Terga In ipsa Terga Cartion ex suo codice frustra, quamquam & sic primus Vaticanus. scribo,

Ipsius adspettu pereant: quin vellera, E ipsa Terga mibi diros seruens infetta cruores.

HEINS. In ipfa terga etiam nofler codex. Burn.

v. 554. Echionii] Ab Echione, vno ex quinque comitibus Cadmi. vide Schol. Apoll. 111. 1178. & 1185. sic Echioniam Plebem Stat. 1: Theb. 169. pro Thebanis. restè yero Pius ostendit, denres fatos esse diuersi Draconis, Thebani nimirum, ab illo, qui feruabat vellus aureum. & ita supr. vers. 76. dixit esse semen Cadmei hydri. vbi etiam vide Pium. Burmann. confer. Obss. Miscell. vol. 1x. pag. 447. sqq. in primis p. 467. Harl.

v. 555. Grave robur aratri] Grave aratrum. Bulaeus. Hinc ex sentencia Heinsii corrige illa Propertii 11. xxv. 47. Sed non ante gravi taurus succumbit aratro,

Cornua quam validis baeferis in laqueis. vulgo, granis saurus. Bunm.

v. 557. Prosequitur speciosa dacem] Sic Maser. reliqui vulgati, prosequitur sparioque ducem. vet. cod. prosequitur stipatque ducem. CARRION. Sic & noster codex. Stat. 111. Theb. 394.

Turbati extemplo comites, & pallida coniux

Tydea circum omnes, fessum bellique viaeque, Stipantur. Runn.

v. 557. Maxima dicta] Vid. ad lib. 1. 262. Burm.

v. 558. Saenusque procul discess in agros] Legerem equidem, faeuos, nam quamuis faeuus pro magno accipiatur, ibi tamen nullam habet gratiam, si de Argonauta dicatur aliquo. melius autem refertur ad agros, nisi pro iratus accipiatur cum Nonio Marcello. qui inter alia eius vocabuli fignificata, hoc etiam ponit. Cui etiam Festus Pompeius astipulari videtur, faeuam rem vulgo in bonam & in malam vocari scribens. BALBUS. Ab agris maluerim, HEINS. Saeunsque & nofter

560 Stabat, vt extremis desertus ab orbibus axis, Quem

noster codex & editi olim. Bur-MAN. faeuisque — ab agris ex. Bonon. & ita rescripsi. HARL. v. 560. Extremis desertus ab orbibus axis] Pins explicat, vt si coelum polo arctico & antarctico privatum esser, quod vix intelligo. orbes Maserius rotas interpretatur. credo per axem hic intelligi septemerionem, siue Arctum. Festus, Axis plures babes fignificasiones, nam & pars coeli saptemerionalis, &c. appellatur. Virgil. 111. Georg. 351.

Quaque redit medium Rhodope porresta sub axem. whi Seruius, Axis est septemerio, qui Gracce auage nominatur. & Philag. Annotandum vetuste axem pro septemerione positum. per orbes intelligo iam stellas, quae merguntur, sola manente Arcto. Claud. Et. de apt. 283.

Sunt altera nobis Sidera, funt orbes alii.

& ita orbis folis lib. III. 437. exes-emi vero funt, vt fupr. 538. exzremae umbrae iam deficientes. reliqua obscuriora sunt, nec video quid lassa vel lupsa dies huc faciat, & quomodo illa Arctum auferre possit, cum potius dies orta eam auferre ex oculis soleat, & obscuret. an laza dies, vt referata lib. 1. 655. vel, allapfa, pro iam oriente sole. & ita senfus effet, lasona a sociis recedentibus relictum folum, vt Arctus a stellis reliquis, quae ipsa tamen ad folis lumen ex oculis aufertur, vt lason per slammas taurorum. vel, ve iterum furgentem Arctum vespere auferunt nix & tempestates a Borea concitatae, ita & laiona inuoluit & obscurat ptemerionalem & austrinam. Valefumus tautorum, pro austrique rius Flaccus in comparationibus

ardensis barbune mallem, affris quia Auster vulgo madidus & frigidus a Poetis inducitur astri autem, siue solis, calor & simul ventus harenam siccam agitat, vt coelum inuoluat puluere. qui apriorem fenfum ex his, in quibus interpretes nihil viderunt, excudet, me infignem in modumdemerebitur, mihi enim comparatio illa nondum fatis clara apparet. BURM. Doruill. ad Charit. pag. 639. versus hos difficillimos a vers. 560. fixeres --borror ita explicat, ve primum rurfus interpretatur contra. .. lafon a suis solus destirutus, vt depugnet cum tauris, comparatue plaustro, quod solitarum & non mouendum haesit sub vesperam în agro, dum reliqui currus, aurigae & veredarii iter suum in mansionem perrexerunt. poetice autem caussam istius rei dat vel enim accidit hoc in agris, puta Cyrenaicis versus austrinum polum, per excitatos subito arenarum cumulos, vel contra per nivem & glaciem sub polum arcticum in campis Rhipacis. Orbes exeremi funt vlsimi currus. in istis enim regionibus fimul multi currus iter faciunt, carauanen: in australi regione arena currum dfulit; id est, obruit: in septemtrionali regione currum nix & glacies abstulie & obruit. Exstantem autem secundo loco dicit, quia plaga septemtrionalis altior, at australis plaga depressa creditur effe. Altiora dicuntur passim exflare. currus exflat ad arces ideo, conspicuus est. Illud rursus, ve innui, opponit sibi regiones fediliQuem iam lasta dies, austrique ardentis harenae,

Aut quem Rhipaeas exstantem rursus ad arces Nix & caerulei Borese ferus abstulit horror: Cum subito attoniti longissima Phasidis vnda, 565 Cancafiaeque trabes, omnisque Aeëtia tellus Fulsit, & ardentes stabula effudêre tenebras.

Аc

diligens, & faepe paene morofus nimio everyteus atudio, & dum conetur, occupatas iam a maeno fuo magistro Marone comparationes nouis coloribus illuftrama leftori commendare. 4 Hacteaus Doruille. & meliora dare nequeo. vide esiam kipra BV. 287. & infra VEI. 609. HABL.

v. 561. Lapfa dies | Vet. cod. lassa dies: &, attoniti; vet. cod. attonitis. CARRION.

v. 162. Riphneas and arces] Add Melles forte. arces pro moncions. HEINS.

v. 563. Coerulei Boreae ferus abstulit borror] Supra vf. 378. Illos cocrul i primus ferit horror Olympi. Bulneus. Vid. & lib. 1. 652. BURM.

v. 564. Longiffima Phafidis unda] ld oft, longinquissima, remotifime, lib. 11. 642. Non tamen bac adea semuen vegue uvdua sallus Longaque iam populis imperwin lucis cone. Tibull, 1. -- Veneris periusia nensi, kerita, per verras & freta, longa fernas. Bareh. lib. vii. cap. 21. & lib. XXI. cap. 8. WELTZ. Langifiwa explicant longinquam & remotificam ab his campis Phasida Weirzius & Alardus, fecuri Pium, Barthium & Raraeum ad fabulis enim prodibant, & ef-Musaci vers. 50. sed propinquus fundebantur in campos. Bunn.

erat Phasidi lucus Martis & ki campi. quare explicandum est, quam longe Phasis extenditura per omnem eius ripam. sic longa inga montium &c. vid. ad lib. 4. 602. deinde assenisi [Phafidis] legendum cum prifcis editionibus, [quae male tamen distinguunt post hanc vocem] & nostro codice: sic saepe montes & stumina & loca alia dicuntue Rupere, horrere & attonita effe. vid. lib. u. 620. Burn.

v. 566. Effudere conebrae] les vulgati omnes, vet. cod. effudere tenebras. CARRION. Ardentes tenebrae en genere beungen est; de quibus Rittershus. se Oppian, 1. Cyneg. 260. & Barth. ad Claud. p. 245. Dref. ad lofeph. Ifcan. lib. 4. 221. WEIT-BIUS. Offudere magis arrident. de quo verbo iam supra egimus. fors etiam funeriori verfu-Accia tellus, non Acceia. Heins. Ardenses vero illae tenebrae andaci cerse figura dicuntur. fi enim tenebrze, quomodo ardentes? an fumofas flammas ita vocat? exprimit legendenta xátron VI Apolion, 11, 133, & 111, 1290. vocat: per stabula vero intelligit Boárases, fine Ecávka, tenebrae est in nostro codice & editis prifeis, effudere hie retinendum: ex

v. 567.

Ac velut ex vna si quando nube cosusos ... Ira Iouis torsit geminos mortalibus ignes; Aut duo cuni periter ruperdat vincula ventiga 570 Dantque fugam: fic tune zlauferis eualit vierque Tauros, & inmani proflauit turbine flammas . 'Arduus, atque atro voluens incendia fluctu. Horruit Argoae legio ratis: horruit audax, Qui modo virgineis seruari cantibus. Idas \$75 Flebat, & inuito prospexit Colchida vultu. Non tulit ipfe moras, seseque inmist läson; Diversos postquam ire videt: galeamque mis

Quaf

wos mortalibus ignes, &c. CARRI-ON. ima ed. Bonon. oud cod. collat. HARL. Hanc quoque comparationem debet Apollonio, sed qui lib. 111. 1264. non tauros, fed lasona fulmini comparat per caliginem tralucentia versu vero 1303. taurorum adflatus fulmini componuntar. Buam.

. v. 568. Ira Ionis.] Periphrafis ordinaria, pro irato louc. & tonante, wid. lib. IV. 580. VI. 607. Senec. Herc. Fur. 982.

Nullus iraso Ione Exfiliat ignis.

Propert 11. Eleg. x111. 51.

Non bacc Pleiades faciunt, neque aquofus Orion. Nec sic de nibilo fulminis

ira cadit. Burm. v. 507. Claustris enasis? Vid. ad verfi 163. huius libri. Bunm.

V. 573. Legio] Notandum, les gionem dici de quinquagiora Argonautis. Burm.

V. 575. Inuito respexit Colchida valta Putabam aliquando, innette legendum. sed nihil muto.

v. 367. Ex ima] Vet. cod. ex fed inngendum borruit & respenia onat rette. sequitar enim, gemi- Idas, qui anten indignabatur & flebat, Isiona alio auxilio, quam armis, contra tauros progredia vt eum etiam inducit Apollon. lib. 111. 556. & 1169. & 1251. ille tamen tam audax iam horruit, & inuidus, licet & fremens, nunc tamen respiciebat Medeame eiusque opem lasoni quasi ogulis. inuocabat : nam respicere hic notat, implorare opem, vt mox vetl. 624. Palladios defessus refpicie angues. & lib. viii. 435. Quin tu men respice saltem Confilia. Ita Florus lib. 111. 22. ille wen contentus Hispania ad Mithris datem quoque Pouticosque respentes inuito, male, hothili, inimico, Pius interpretatur, licet in reliquis sensum verum satis viderit, BURM. fed cur Burm. dedit prospexis, vei habent edd, Bonon. & Carrion, nec lectionis vlla notatur variotas? HARL.

nantein

v. 577. Galeamque minartem] Micantem puto. Heins. Caue audias; & vide ad lib. vr. 519. BURMAN.

Qqq

v. 578.

Quasilat, & errantem dextra ciet obuius ignem. Vt tandem stetit, & toruo se lumine slexit,

Qui prior adnerfi respexit Iasonis arma:

Cunctatus paullum subito furit. aequora non sie
In scopulos irata ruunt, eademque recedunt
Fracta retro. bis sulmineis se slatibus infert,

Fracta retro. bis fulmineis le flatibus infert,
Obnubitque virum: sed non incendia Colchis

585 Adspirare sinit: clipeoque inliditur ignis

Frigi-

v. 578. Errantem ignem Puto, ardentem dextra cies obnins ignems, non errantem ignem. sic & noster alibi locutus. Heins. Nec his errantem ignem damnare sustineo. errabat enim circa lasonis caput ignis essaute patiebatur Medea, qui eum medicamentis munierat. sic, licet in alia re, Ouid. xiv. Met. 351.

Flammaque per totas visa est evrare medullas.

eies warem pro repellit, demouet videtur posuisse, vt Maserius. provocae explicat Pius, etiam non

male. Burm.

v. 579. Et torus | Nihil neceffe torto lumine, quod Carrion e cod. suo inuexit. nostri codices pro vulgata stant scriptura. HEINS. Eadem in scriptis varietas apud Quidium 1x. Met. 27. & Stat. v. Silu. 11. 180. fed recte Pius notat, hic sorno necessario requiri, quia tornus proprie aspectus reveddie eft & a tauris ita dictus. Ita Columel. v1. 20. neque enim alio diftat taurus bonus a castrato, niss quod buic torua facies est. Ouid. Grandiaque in torx. Met. 237. vos transformat membra iunencos. Claud, 1. Rapt. 126.

Vitulam non blandius ambis Torua parens, & ita passim Poetae. Bunn.

v. 580. Aduersi Insenis arma]
Aduersus pro hoste, repugnante,
ve saepe apud Nostrum. Caesar.
lib. 111. bell. Ciuil. Interfestus
est gladio in os aduersum coniecto.
Infra vs. 616. Opperiens voi prima
sibi dares agmina sellus Aduerso.
Bulaeus. Aduersi est, stania
ex aduerso. vid. ad lib. 1. 493.
& alibi. Burm.

v. 583. Falla retro] Quid si, frasia retro. retrocedentia cum franguntur a scopulo, & eorum mugientium retruditur impetus. Pius. Omnino Frasta scribendum, monui ad Nasonis lib. xi. Metam. vs. 729. vsi & Zinzerlingo videbatur, & ante Zinzerlingum Pio. Statius Theb. vs. 774.

ve praeceps cumulo falis
vuda minantes

In scopulos & fracta redis.
Silius lib. 111.

Mox remeat gurges, fractoque relabitur aeftu.

vbi perperam eralloque nunc circumfertur. Heins. Sine dubio vera lectio fralla, vid, ad lib. 111. 36. alla volebat Alardus. Burm.

v. 584. Obnubitque virum] Obnubilat, fumo inuoluit. Ita supra vestire vsurpauit. Mox vers. 598. ait: nociem implicat. Bulatus,

v. 585. Adspirare I ld est, actingere, peruenire ad eius corpus.

Frigidus, & viso pallescit flamma veneno. Incitat Aesonides dextram, inque ardentia mittit Cornua, dein totis propendens viribus haeret. Ille virum atque iplam tunc te, Medea, recu-

590 Concutit, & tota nitentem cornibus ira Portat iners: tandem grauis mugire residens, Incipit, & fesso victus descendere cornu. Respicit hine socios, inmania vincula poscens, Aesonides, iamque ora premit, trahiturque trahitque,

Ob-

pus. male vulgo capiunt hoc verbum de conatu attingendi, cum reuera effectum notet. Cicer. pro Sull. 18. num quis est igitur, qui tum dicat in campum aspirasse Sullam. vbi vide noms Syluii. Virgil. x11. Aeneid. 352. Nec equis adspirat Achilles. vbi Scruius adspirat apud maiores accedit, fignificat. Cicero, num adspiranis in curiam? Burm.

v. 585. Illiditur] Frangitur vis flammae. Sabell. illuditur, repellit, quod poterat tolerari. MA-

gati, Iniicit Aesonides dextram, est, decidunt. asque ardensia missis Cornua. VCL. cod, incitat Acfonides dextram, inque ardentia mittit Cornua. CAR-Inque ardentia mittie RION. Cornua cum Carrionis libro. sed verius Regii scriptura, asque ardentia mutat Cornua. eleganter. mutare cornus, nune hoc, nune illud cornu adprehendere, sic musub finem libri x111. Metam. Inicit codex noster, HEINS. mox, atque ardentia mittit. Maserius notat esse, qui legunt, ne-Bis, ita videtur & Pius reperisse, qui illigat capistro reddit. sed

mutat elegans. vid. ad lib. vi. 614. Bunm. Iniicit Aef. d. asque ardentio nellit. ed. Bon. fixit cod. haud male! HABL.

v. 590. Tota nitentem carminis 1 Sic alii; verus codex, nitenten cornibus. Carrion. Nisanteni carminis ira codex noster. Burm.

v. 591. Granius mugire recedens Incipit] Residens optime Gronovius Obseruat. libro. 1. cap. zvii. quod subsidere est aliis. HEINS.

v. 592. Descendere] Ita lego. & decidere expono. Plaurus: dev. 587. Iniicit Aesonides] Vul- scendunt ex oculis lacrimae. hoc Probant hanc sententiam, quae mox leguntur vf. 598.

– ille fasiscens In capus, inque bumeros infa vi molis & ira.

Proruit. BULAEUS. Nescio quis aliter legerit. certe omnes editi, descendere habent, sed Alardi, desere lasus apud Nasonem restitui, coris illius Musarum, est conic-Stura, discedere, quae eius admiratori Bulaeo ramen non placuit. Burm.

> v. 594. Trabiturque trabitque] Vide lib. vi. 414. Burm. · Qqq 2

595 Obnixusque genu superat, cogitque trementes Sub iuga ahena toros, alium dehine turbida Colchis

> Exarmat, lentumque offert timideque minantem:

> Iamque propinquanti noctem implicat: fatiscens

> > Īα

v. 595. Obnixusque? Vide ad lib. v1. 236. gelu hic olim lectum fuisse notat Sabellicus. Runm.

. v. 596. Toros] The mudrae, cervicem. Virgilius de Leone: comantes excutiens ceruice tords. Seneca: Arduos toros attollis taurus. BULAEUS.

v. 597. Exarmat | Mox exponit: Lentumque offers simideque minantem. Serpentes exarmari dicuntur, quibus veneni vius ademtus eft. Barth, ad Calpurn, Eclog. 5. 94. Silius lib. 1. Nec non ferpentes' diro exarmare veneno Do-Onomast. Exarmo, Etus Atyr. iuspou. Hinc exarmare leones, est cisdem adimere dentes & vngues; quae, arma ferarum, Scalig. ad Manil. loseph. Iscan. lib. 5. 3. - Somnoque profundo Exarmata quies, facilem spondebat ituris Portum. WEITZIUS. Exarmat. Hanc scripturam approbat decus Musarum Lampertus Alardus, quem vide. At Scaligero F. placet, exorar: Ego, si quid emendandum, legerim, exanimat, inooger, sensu commodistimo. Ho-Tatius: metuentes verbera exanimanner. Terentius: Oratio bace Stat. vi. Theb. 567. me miferam exanimauit metu. Oratorum aquila: Te metus exanimane indiciorum atque legum. Bu-LAEUS. Nihil mutandum. & re-Qe Pius explicat, monfeerum & placidum reddit. Calpur. Ect. v. vbi Scholiaftes Barthii, son tor 95. . .

Marcet & obtuso iacet exarmets veneno.

vbi vide Barth. & ad Claud. 111. de laud. Stil. vf. 353. & hic Weitzium. & Scalig. ad Manil. 1v. vi. 235. pag. 291. qui in nofhi Vilerii loco exeras non legit, vi Bulacus perperam notat; illum interneratum relinquens, explicat exarmae, cicurar. sed in Manilii loco pro exerar invent in MSS, mirificum verbum, esunglar tigres, quod certe est gloilatoris: vngaes enim & dentes & similia sunt arma ferarum, vt Virgil. Culic. 176. naturat comparat arma. Ouid. x. Met. 540. armstos ungaibus vefos. & paullo polls

Nete feras, quibus arma dedit matura, laceffas. arma ingenita vocat Quin il. 11. de lift. Orat: 16. Stat. 1x. 589. Armaque curua fuum. vid. plata apud Seru. ad Virg. xrr. Acn. 6. & Lutat, ad Stat. viir. 125. & Weitz. Ind. in Dracontium in arma fic & inermes, quibus natura negauir illa arma Phaedr. I.

Et genus inerme tali decepit den.

Et'ipse procul fams iam we tus inermes Narratur ceruas, pedes intit aperia Lycel

Tollere. mibus In caput, inque humeros ipla vi molis & irae
600 Proruit: inuadit, totusque incumbit lason
Desuper, atque suis defixum flatibus vrguet.
Vtque dedit vinclis, validoque obstrinxit aratro,
Suscitat ipse genu, sacuaque agit insuper hasta.
Non aliter medio quam si telluris hiatu

605 Ter-

mibus instructos. eleganter Auien. Fab. 111. Se folum nulla munisum parse Camelum. Bur M. simidaeque ed. Bonon. HARL.

N. 598. Nottem implicas I Scribe, notte, id est, sumo. imitatur illud Apollonii 31ú 00296 tt. 3mg 120296. Pius. Malim, notte cum Pio Baptista. Heins. Nescio an accedendum sit viris dostissmis: nam & similiter vidimus lib. 111. 271. deus beec verisque implicuis. vbi etiam nouare Heinsum vidimus. vid. & infr. vers. 638. & viii, 18. vnde videnus perpetuum nostri Poërae ysum circa hoc verbum. Burm. implicas etiam ed. Bon. impueas cod. Harr.

v. 599. In caput inque bumeros]
Iuque armos maluerim. pro provair Gronouius ad Taciti Annales
lib. xv. cap. xx11. procidit. cur
non. corruit? Heins.

v. 599. Vi molis] De robore Iasonis capit Pius. non male, quamuis dubitem, an non de mole melius intelligatur tauri, id est, corporis vasti pondere. vid. lib. 1v. 232. & 322. & yi. 104. Bubm.

v. 601. Atque fuis defixum flatibus vrguet | Defessium Regius, pro diuersa lectione, sed defixum perrae innuit. malim tamen, afflasibus, HEINS. Facibus noster liber. mallem vero, defestum flatibus, vid. supr. vi. 116. & alibi. Burn. vide Begerum ad v. 506. laudatum. HARL.

v. 602. Obstrinzit] Obstruzit
Iuntae & Aldi Edit. Burm.

v. 598. Noctem implicat | Scribe, nocte, id est, sumo. imitafix elluris bintu Terga receniis equi]
tur illud Apollonii dia odorde ilme laudele. Pius. Malim, noce
cum Pio Baptista. Heins. Nescium Pio Baptista. Heins. Nescio an accedendum sit viris do[Bonon. ac] Pii. scribo,

Non secus ac medio quassae tellu-

Terga repentis equi, primoque inuasis babenis, Marmore, & in summa Lapi-

thes adparuit Offa.
quaffae telluris bintu Maronianum
illud respicit,

--- tuque o, cui prima frementem

Fudit equum magno tellus percussis tridente.

alii enim in Attica, alii in Theffalia rem a Neptuno factam adfeuerant. primo marmore, pro primo aequore. fic apud Lucanum libro 1x. 343. peccatur,

Hanc, vs fama Deus, quem to-

Audit ventofa perflantem marmora concha;

Hanc & Pallas amat.

vbi murmura minus concinne nune legitur. Pius Baptista corrigebat, — primumque euasis barenis

Murmur.

Heins. Et Pius per murmur intelligebat equum frementem & Qqq 3 hin-

605 Terga recentis equi, primumque inualit ba-

> Murmur, & in furnma Lapithes adparuit Offa Ille velut campos Libyes, ac pinguia Nili Fertilis arua secet; plena sic semina dextra Spargere gaudet agris, oneratque noualia bello. 610 Mar-

hinnientem, per barenas terram, ex qua erupit. sed haec durius dista, force ita locus constituendus,

Non secus ac medio quam si telluris biatu

Terga recentis equi, primoque inuafit babenis Turbine, & in summa Lapithes

adparuit Offa.

primo impetu Lapithes inualit terga equi, habenis eum frenans, & ita apparuit in Offa. amat noster vocem illam turbine. vt lib. 111. 78. voluns immani turbine ba-Ba. & vers. 243. diverso surbine fundunt Tela viri. hoc libro vers. 571. inmani proflantes turbine flammas. solent vero librarii turbinem & murmur permutare, vt

apud Ouid. 1. Trift. 11. 25. Inter virumque fremunt immani murmure venti.

vbi Heinfius ex antiquis libris reflituit, gurbine. Burm. - Obscurae huic comparationi lucem quoque adcendit Doruille ad Charit. pag. 640. "laso taurum domirum agens adfimulatur Lapithae, qui modo natum in Thefsalia equum postquam Neptunus terram percusserat, primus frenat & adscendit. Non secus a medio - adpurnit Offa. & hic ea nimia cura aliquam nubem orationi efficaciilimae adfudit. Tu

Marmar primes diffiffa terra. accipe dentes primum fremdentes & mutmure & fremisu recufantes frenum accipere. nec quidquam muta, nisi ve pro New eliser === dio, vel, ficur codices & ediciones quaedam habent, pro No fecus ec, mecum reponas Non fecus a medio. Ac & quan fi qui iungantur? non secus quem se eques recens a medio biera, fermo perspicuus. " Hactenus Docuille. vers. 608. pro secer haber ed. Bonon. ferat. HARL.

v. 604. Non fecus ac medio] Non aliter Carrion. Lilientis vebiets. to, quam cum telluris

SCHOTTUS.

v. 607. Libyes ac pinguia} Noster: Libyae ac p via Nili

v. 608. Plena dentra | Prouerbialem locutionem illustrat Broukhus. ad Tibul. 1. v1. 32. qui 🕊 lib. 1. Eleg. x.

Et pretium plena grande reser

re mann.

noster. lib. 11. 507. plenus manus babenis. alio sensu apud Petronixiv. Burm.

v. 609. Acrique ouerat | Acet prima correpta proferri non por est: co minus acri ideo legendum potius erit, alacri eneratque nes lia bello. quod enim piaculum committitur, fi alacrem legam le cunda producta, appositione C intellige equum recentem a telluris & R, vt apud Horatium frebiatu, mede natum ex percuffa & bre, & apud Lucretium pemeret. iecur

Martius hic primum ter vomere fusus ab ipso Clangor, & ex omni sonuerunt cornua sulco: Bellatrix tune gleba quati, pariterque creari Armarique phalanx, totisque insurgere campis: Cessit, & ad socios paullum se rettulit heros Opperiens, vbi prima sibi daret agmina tellus Aduerso. vt summis iam rura recedere cristis Vidit, & insesta vibrantes casside terras;

Ad-

fecunda producta. Alacre bellum vocat terrigenas, qui alacriter erampunt exarata ab lasone tellure. Prus. Sunt, qui scopulum volentes vitare, in profundissimas labuntur voragines: legunt enim, acrique onerantque. foede capti, quum longa non sit corripienda illarum concursu, ve docuimus in aegroto. alii Bononiensem na-Li codicem, acri oneratque legunt, tumque vitimam gaudet protrahit vt antiqui in effet, & fecundum alios in Valerio, erezis. qui vero arens non acri subdiderit, habebit quantitatem fenfui non oblistencem, sed quod ex Poeta non est. Itaque his omnibus polthabitis censeo, spargere gaudet agris legendum, quod pon improbabunt (vt reor) eruditi. ego fane sitb censeria virgula relinguo omnia. Maser. Obfecuti funt Maferio Engent. Gryph. & Colin. sed Aldus edidit, fpargere gandet, atroxque oneratque nov. b. sed faltem acrox oneratque dediffet, molesta enim repetitio illa 78 que. ego egris retineo. bello onerare nonalia audaci figura dixit, pro femine, vnde belligeri enascuntur, vt rece Bulaeus. Imitatus videtur Propertium, qui lib. 111. eleg. 1x.

Colchis flagrantes adamentina fub ingo sauros

Bgit, & armigera proclie

vbi vide Broukh. mox bellatricem glebam vocat. Burm.

v. 609. Onerasque noualia bello]
Bello, hoc est, semine, ex quo
nascituri erant bellatores. Mox:
sotique occurrere bello sosse occurrere
totale Gistori turbae Gigentum.
lib. viii. vs. 138. complentur sirtora bello. Bulaeus.

v. 612. Tum gleba quatit] Vetus codex, [item ed. Bonon.] gleba quati. melius. CARR.

v. 615. Dare germina] dare gemine ed. Bonon. HARL. Scribe ex vetustissimo exemplari, daret agmina, effunderet agmen & globum militarem, cum quo pugnaretur. Prus. Vbi alii, dare germina tellus At verae. verus codex, daret agmina tellus aduerfo. CAR-RION. Emendabitur meo iudicio, si legatur, opporiens vbi prima daret sibi germina tellus. BALBUS. Aldus edidit, vbi prima sibi det germina tellus. At vera. luma vitiose, prima sibi daret germina tellust Bunm. at vero ctiam ed. Bon. HARL.

v. 616. Recedere criftis] Vetus codex, recedere cafiris. CARR. v. 617. Caffide] Cufpide noster codex. sed nondum humeris exstantibus, hastae vel enses micaro

Qqq 4 non

Aduolat, atque imo tellus qua proxima collo,, Necdum humeri videre diem, prior ense se-

6201 Aequat humo truncos a cutilum thoraca fe-

Aut

pon poterant. Bunm. terras fispectum visum fuit Gorcio. Hant.

v. 618. Imo sellus quae proximal Commodius legetur, qua proxima, pto ce patte, qua, imitatut Apollonium lib. 111. 1379. Pius. Ima sellus Pius., lunt. Ald. & nofter codex. Burm.

v. 619. Enfe fequaci] Illa monfira persequenti, quidam in hoc fignificatu parum Latinum fequacem putantes, fecanti scribunt. fequax materia vocatur lenta, & quae sequitur trahentem. Pius. Sunt qui fequenti legunt cum codem fensu. fecanei admittit Sabellicus. ti fecaci dicatur, fiet ve bellax. MASER. Hocest, persequente. Ita de Malea, Laconiae promontorio, Virgilius lib. v. Maleaeque sequacibus undis, i. c. persecutricibus. & quae crebro retrahunt spe iam tutos & securos. Ordo autem loci est: prier ense sequaci aequat bumo truncos, quam tellus proxima collo imo, nec dum bumeri videre diem, hoc est, vbi Gigantis nouiter succrescentis caput e terra emicat, statim adest lason strido ense, & illud amputat prope terram ab imo collo, antequem emergant humeri: at sequenti, interim altius erumpenti, diffindit thoracema aut abscindit primas a matre manus, hoc est, primum seu nouiter e terra exiurgentes. Bulanus. Nihit muta. Sequex entis, non est, qui persequitur taures; sed, qui oblequitur imperui & dexerne la-

fonis, vid. ad lib. v. 562. & ad lib. r. 122, Bonn.

v. 620. Retilum shoraca fequentis Aus primas a matre manus fic Cart. edit. Harl: Hace valde cortugta funt. fequenti in psimo Varicano & Regio, rutilo im shorace fequentis Aldus. Heans. Nullum in his fontum video. coniecerat & Hainfius, stunços rutilum sharaca firentes, quod tolerabile. aut primas a matre manus. forte poster & ita conflitui.

Aequat humo trunços; rusilum thoraca fecantem, Aut primas a matre manus, pre-

mis obnius aker.

vix suffecisse turbae lasona dicit, dum enim quidam humero tenus exit, illum metit, interim alius vsque ad thoraca surgit, quem dum secat, alius iam manus ex terra, (illa enim mater) tollit, quem dum secat, iam alter in pedes elatus obuiam it sasoni, & premit, multumque negotii facit. rutilum thoraca in MSS. apud Virgilium x1. Aen. 487.

Jamque adeo entilum thoraca indutus.

inuenit Barthius ad Stat. IV. Th, 174. & hoc Valerii loco defendit. pro thoraca, eribraca inuenit in aliis Sabellicus. Burm. fequentes ed. Bonen, & cunc nil forfan mutandum, fed ante rutilum erit aus subintelligendum. HARL.

v. 623. Sufficie J Vid. lib. vs. 321., Burm.

v. 623.

Aut primas a matro manus; premit obuius ante.

